NOTITIA
HISTORICO-LITTERARIA
DE LIBRIS
AB ANNO MCCCCLXXX. VSQVE AD ANNVM MD. IMPRESSIS:
IN BIBLIOTHECA
LIBERI, AC IMPERIALIS MONASTERII
AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTAE
EXTANTIBVS.


PARS SECVNDA OPERIS.

ACCEDVNT III. TABVLAE AEREAE
SEXDECIM PRIMORVM TYPOGRAPHORVM ALPHABETA CONTINENTES.



AVGVSTAE VINDELICORVM
SVMPTIBVS FRATRVM VEITH, BIBLIOPOLARVM.

MDCCLXXXVIIII.



PLACIDVS BRAVN
BIBLIOTHECAE PRAEFECTVS
LECTORI SVO SALVTEM.



Prima notitiae meae hiſtorico - litterariae parte, elapſo anno typis euulgata, a rei bibliographicae cultoribus perbenigne adcepta, ac in litterariis nouellis perhumaniter habita *) ad ſecundam partem, iteratis quoque amicorum meorum litteris excitatus, manus adiicere, atque perfectam librorum ab anno 1480 — 1500 impreſſorum, ac copioſe in noſtra bibliotheca extantium, deſcriptionem tibi, Lector beneuole, procurare, litterariisque illuſtrare animaduerſionibus, haud ſum grauatus.

In duas & praeſens opus diuiſum habetur ſectiones; Prima libros anni nota deſtitutos complectitur; altera vero eadem inſtructos exhibet. Alphabeta etiam, quotquot in libris, tum in noſtra, tum in alia bibliotheca adſeruatis, inuenire potui, & quae haud parum luminis rei bibliographicae ſubminiſtrare mihi videbantur, a me delineata, tribus tabulis aereis incidi curaui.

Prima tabula ſub numero primo *Ambroſii* KELLER charactères, quibus iſte ARISTOTELIS libros *Analiticorum* anno 1479 Auguſtae impreſſerat, exhibet. Secundo illi conſpiciuntur, quibus *Ioannes* SCHOBSER *Ciceronem de officiis* in lingua vulgari anno 1488, & *An-*

*) Literatur Zeitung des obern Deutſchlands vom Iahr 1788 St. CCLXXXVI. col. 3181 & ſeqq. Bibliographiſches Magazin von H. Meuſel St. II. vom Iahr 1789.



tonius SORG *Valerium Maximum* euulgarunt. Numerus tertius litteras ſiſtit, quibus a *Ioanne* SCHOENSBERGER anno 1489 *Summa* IOANNIS, & quartus illas, quibus *chronicon Monaſterii Andecenſis* ſine anni indicio ab eodem excuſum extat. Numero quinto characteres, quibus *Ioannes* FROSCHAVER *Violam Sanctorum* anno 1496, & ſexto, quibus *Ioannes* BAEMLER *Calendarium* theodiſcum anno 1483 impreſſit, occurrunt.

Tabula ſecunda numero primo oſtendit characterem, quo *Iodocus* PFLANZMANN typographus Auguſtenſis anno 1475 librum iſtum excuderat, cuius titulus ita ſonat: *Hie hebt ſich an ein Capitel oder eine Sammlung die gemacht hat meiſter Samuel ein Iud &c.* Alter eiusdem typographi typus, quo tituli pſalmorum ſine anni nota in lingua vulgari impreſſi ſunt, octaua primae partis tabula N. VII. conſpicitur. Numerus ſecundus typum, quo *Hermannus* KAESTLIN *Iacobi* de VORAGINE ſermones de Sanctis anno 1484 exſcripſit: tertius illum, quo *Arnoldus* TERHOERNEN anno 1473 Coloniae *tabulam ſuper libros S.* THOMAE: quartus, quo *Ioannes* KOELHOFF ibidem anno 1475 eiusdem S. doctoris *quaeſtiones de veritate* elucubrauit: quintus denique characteres *Eliae* de LVOFFEN repraeſentat.

Primum tertiae tabulae locum obtinent *Alberti* KVNNE typographi Memmingenſis characteres, quibus *Aeneae* SILVII *Europae hiſtoriam* ſine anni nota impreſſit: ſecundum & tertium *Petri* SCHOIFFER tygographi Moguntinenſis: quartum *Ioannis* SCHAEFFLER, quibus anno 1493 Vlmae *Pauli* NIAVIS dialogum excuderat: quintum denique cuiusdam mihi adhuc ignoti typothetae, forſitan Colonienſis, quibus *Ceremoniale* Monachorum Ordinis S. BENEDICTI Congregationis Burſfeldenſis impreſſum extat.

Characteres iſti ſi paululum elegantius, ac ſubtilius, quam in ipſis exemplaribus inueniuntur, inſculpti ſint, id calcographo potius, Lector optime, quam mihi attribuas, obſecro.

Dices fortaſſe, ad quid tot alphabeta vix non omnibus notiſſima? Haud iniuria ita me argueres, ſi pro viris tantum in re bibliographica verſatiſſimis ea delineare ſtatuiſſem; verum ſcias velim, me id laboris haud exigui in eorum quoque gratiam ſuſcipere voluiſſe, qui prouinciam illam hucusque aut nunquam peragrarunt, aut non multum in ea profecerunt.

Antequam ad opera adumbranda transgrediar, quaedam emendanda, & addenda tam pro prima, quam ſecunda parte praemittere, neceſſe duxi.

In prima parte paginis 35, 19 & ſequentibus, *Ioannem* BAEMLER typographicam in vrbem Auguſtam introduxiſſe artem, eamque iam anno 1466 ibidem exercuiſſe, haud contemnendis argumentis monſtrare adniſſus fui. Aſt dum nec RECENSOR *litteraturae ſuperioris Germaniae*, nec alii iisdem contenti erant, vlterius indagare, ac magis conuincentia ad opinionem meam ſtabiliendam, & roborandam argumenta exquirere ſtudui, eaque a

me

me in steurarum registris Augustae diligenter adseruatis, ac quam amice ad inspiciendum mihi exhibitis, fuisse inuenta, haud parum gauisus fui. In istis enim iam anno 1465 sub rubrica *Rathhaus* illum inter ciues ad steuras soluendas obligatos sequentibus verbis reperi: *Iohannes* BAEMLER *Schreiber*, quem sub eodem verborum tenore ad annum vsque 1485 adnotatum inueni, & legi, copia ad id mihi gratiose facta. Verbum autem SCHREIBER, non *scribam* quemdam, sed *librarium*, seu *typographum* indicare, inde colligi datur, eoquod & alii typographi isthoc praedicato honorati fuerint.

Ioannes Schüssler, qui iam anno 1466 in memorato registro sub rubrica *Bruder Kloster* inuenitur, primum ab anno 1468 - 1472 *Schreiber* adpellabatur. Anno isto elapso, non amplius adparet, ex quo, illum iam tum egisse animam, coniicere erit.

Guntherus ZAYNER primum anno 1472 ex steurarum registro sub eadem rubrica, qua *Schüssler*, his verbis inscriptus legitur: *Gunther* SCHREIBER; anno vero 1473: *Gunther* ZAINER *Schreiber*. Hic vsque ad annum 1478 ibidem occurrit. Itaque cum hi typographi in vulgari lingua *Schreiber* illo tempore, quo typographicam exercebant artem, a verbo forsan latino *Librarius* male intellecto, aut male exposito dicerentur, *Ioannem* BAEMLER saltem anno 1466 Augustae prelo occupatum fuisse, sanae critices regulae adfirmare omnino suadent.

Pagina 45 S. GREGORII M. dialogos, & Breuiarium, seu directorium Augustense litteris Zainerianis, quas tabula II. N. VIII. exhibet, exscriptos dixi. Illis vero ZAYNER nunquam, sed *Ioannem* WIENER vsum fuisse, *Ioannis* GRITSCH Quadragesimale anno 1477 ab isto excusum testatur.

Pag. 80. linea 33. post verba: *Eustettenses vsos fuisse*, adde: iisdem quoque typographus quidam Burgdorfii *Iacobi* de CLVSA *tractatum de adparitionibus animarum* a) & alter etiam ignotus Argentinae ERNESTI Ducis Bauariae historiam b) in lingua vernacula, & in monasterio Sortensi anno 1478 & alius LEONARDI Aretini opusculum de *Calphurnia* & *Gurgulione* c) impressere. Ex his patet, quam difficile dictu sit, a quo typographorum tot opera, charactere Valdaseriano impressa, elucubrata fuerint.

Pag. 81. linea 32. lege pro *Quibus*, Ciuibus.

Pag. 83. linea 31. loco *commendiarum* legatur *Commendarium*.

)(3 Pag.

a) V. SEEMILLER Fasc. I. Incunab. Bibl. Ingolstad. p. 69.

b) Extat in Bibl. Veithiana Augustae.

c) In Bibl. Imper. Monast. Vrsin. inuenitur.



Pag. 84 linea 5 dixi, altum effe apud Bibliographos de TERENTII comoediarum editione filentium. MAITTAIRE eiusdem T. IV. p. 391 meminit, eamque in monafterio Sortenfi anno 1478 typis fuiffe euulgatam, inde colligit, eoquod in fine opufculi Aretini fupra memorati, & TERENTII comoediis adiecti, legatur: *in monafterio Sorten. anno* 1478. Infuper vtriusque libri character plane idem eft, eademque quoad omnia externa forma occurrit, vt ipfemet ex vtriusque exacta comparatione in monafterio Vrfinenfi anno elapfo inftituta, obferuaui.

Pag. 102. *Ioannis* de FRANCOFORDIA *fermones abfque dubio a Ioanne* ZAYNER fuiffe impreffos fcripfi; aft *Conradum* DIENCKMVT illos impreffiffe, typus, qui plane idem eft, quo ille anno 1483 *Plenarium* (d) in lingua vulgari euulgauit, nos docet. Itaque characteres tabula VII. N. VII.exhibiti, non *Ioanni* ZAYNER, fed *Conrado* DIENCKMVT attribuendi funt.

Pag. 116 *Ioannis* de REGIO MONTE calendarium *Erhardo* RATDOLT typographo Auguftano adfcripfi. Verum ab ipfo auctore Norimbergae intra annos 1471 — 1475 typis fuiffe excufum, viri eruditi GASSENDVS in vita PEVRBACHII & REGIOMANTANI pagg. 355 & 360 SCHWARZ in *Exercit. III. de Orig. Typogr. Altorf. p.* 63. ROEDERVS *in Catal. libr. Sec. XV. Norimbergae impreff.* MVRR *in Memorab. Bibl. publ. p.* 321 *& cl.* PANZER *in typographiae Norimbergenfis hiftoria* anno currente edita p. 164 fat clare oftendunt.

Biblia germanica figuris ligno incifis illuftrata, pagg. 116 & feqq. defcripta, Auguftae Vindelicae, & forfan a *Ioanne* BAEMLER fuiffe prelo fubmiffa, quasdam adduxi opiniones. Nunc vero genuinum eiusdem parentem, patriaeque locum me detexiffe haud amplius dubito. Characteres enim, quibus illa impreffa extant, in Pfalmorum titulis a *Iodoco* PFLANZMANN Auguftae absque anni nota in vulgari lingua exfcriptis deprehendi. Duae etiam figurae ligno incifae, prima in folii feptimi, & altera in vltimi auerfa pagina obferuantur. Iftae plane quoad omnia cum ills conueniunt, quarum vna in Bibliis memoratis fecunda folii 170 columna, & altera Pfalmis praemiffa occurrit. Ex quibus illa fuiffe a *Iodoco* PFLANZMANN Auguftae Typis euulgata, merito colligitur. Quod ad imimpreffionis annum fpectat, mihi eadem circa annum 1475, quo typographus ifte primum opere fupra memorato innotefcit, in lucem prodiiffe videtur. Vnde non tertius, vti cl. PANZER in *Notit. Bibl. Germ.* p. 61 & in *annalibus litteraturae teutonicae* p. 13. placuit, fed quintus locus illis defignandus erit, & ita Zaynerianis ac Helueticis illa priores partes cedere tenentur.

Biblia

(d Extat in Bibl. Canonic. Reg. Vlmae.



Biblia folio 118 & feqq. recenfita, a *Ioanne* BAEMLER Auguftae anno 1466 fuiffe excufa, haud infirmis argumentis a me probatum arbitror. Licet id RECENSOR *litteraturae fuperioris Germaniae* aegre tuliffet, ac motiuis ex cl. ZAPFIO, ac PANZERO mutuatis ad eorum partes retrahere ftuduiffet, eo minus tamen victas manus dare poffum, quo firmiora adhuc argumenta, praeter ea in prima parte iam adducta, ex publicis inftrumentis defumta in mea fententia me roborant, ac conuincunt.

Pag. 133 linea 13 & feqq. legitur: „ Mirum admodum mihi videtur, RVMEL „ vel typographicam artem Norimbergam introduxiffe, vel faltem primis iam annis eam„ dem ibidem exercuiffe. " Nunc autem litem omnino diremiffe, cl, PANZER in hiftoria typographiae Norimbergenfis p. 2. mihi videtur. Ibi oftendit eruditus auctor, RVMEL non typographum, fed correctorem tantum fuiffe: deinde *Comeftorium vitiorum a Ioanne* SENSENSCHMID, & *Henrico* KEFER, quos primos Norimbergenfis ciuitatis typographos laudat, fuiffe impreffum, quod characteres, qui plane iidem funt, quibus ifti anno 1473 RAYNERII de Pifis *Pantheologiam* excuderant, penitus adfirmant. Itaque characteres, tabula V. N. VIII exhibiti typographis fupra memoratis attribuendi veniunt.

Pag. 132 linea 36 legatur tabula V. & pag. 157 linea 28 tabula III.

In parte fecunda pag. 11 linea 29 poft verbum *excuderat*, adde, & quem tabula II. N. II. exhibet.

Pagg. 23, 24, & 25 libri a numero 43 - 46 defcripti eodem typo, qui tabula III. N. I. confpicitur, impreffi funt.

Character, quo SIXTI IV. *declaratio fuper indulgentia* p. 27 INNOCENTII VIII. Bulla, & duo tractatus *fuper declaratione indulgentiarum conceffarum pro animabus in purgatorio detentis* p. 28 recenfiti, funt exfcripti, illi fimilis eft, quem tabula III. N. III. quo vero *Receffus capituli* ab Abbatibus Ord. S. BENEDICTI Congr. Bursfeld. Moguntiae anno 1487 habiti impreffus habetur, cum illo conuenit, quem eadem tabula N. II. exhibet.


Pag. 109 linea 12 poft verba *tabula III. N. I.* adde: & plane idem, quem tabula I. fecundae parti adnexa N. VI. exhibet, & quo *Ioannes* BAEMLER calendarium in vulgari lingua anno 1483 imprefferat.

Pag. 110 linea 1. poft verbum *pereleganti* adde: qui tabula II. N. II. confpicitur.


Has emendationes, ac additiones, vt praemitterem, maxime obftrictum me credebam. Plures fi errores oculum tuum eruditum, Lector optime, in praefenti parte offendant,



fendant, ea humanitate, & benignitate eos corrigas, ac me doceas, obſecro, qua in prima mecum agere ſolitus eras. Quodſi eodem grato animo & praeſentem accipias laborem, a te tamdiu ardentiſſime deſideratum, ad codices manu exaratos, & in noſtra bibliotheca adſeruatos, deſcribendos, me accingere haud grauabor. Scio equidem, me id praeſtiturum in praeſenti iam parte tibi promiſiſſe; aſt ne id adimplerem, duo mihi haud contemnenda motiua perſuaſere. Primum eſt, eoquod praeſens opus longius, quam ſperabam, excurriſſet: alterum, quod non nudam, ac ieiunam ſolummodo codicum recenſionem, ſed catalogum notis criticis illuſtratum tibi ſiſtere cogitem, id quod certe maioris indaginis, ac diuturnioris temporis molimen eſſe, ipſus fateberis. Itaque ſi alia negotia me non diſtineant, ſi tantum temporis lucrer, ſanitateque continua fruar, illos ſumma, qua par eſt, diligentia adumbrabo: Seculum, quo conſcripti ſunt, eorumque aetatem indagabo, quid de illis iam typis euulgatum, quid adhuc ineditum ſit, absque taedio inquiram, in quonam editum ab inedito diſcrepet, adcurate oſtendam, exactum notabiliorum codicum conſpectum ad oculos ponam, pluraque ad tuam eruditionem apta excerpam. Vale. Scribebam Auguſtae in Imperiali Monaſterio ad SS. VDALRICVM & AFRAM Cal. Octobris anno MDCCLXXXIX.



Libri



Libri anni nota carentes, ſed absque dubio ante annum 1500 typis excuſi.



Libri Argentinae impreſſi.

I. Laurentii Vallenſis tractatus de libero Arbitrio, & diuina Prouidentia.

Opuſculum iſtud decem foliis contentum, chartae firmae admodum, ſed minus politae gothico charactere, & plane eodem, quem tabula II. primae parti adnexa, numero II. exhibet, impreſſum eſt. Initiales litterae nullae adparent, nulli cuſtodes, aut paginarum numeri, nullaeque ſignaturae. Praeter punctum nullum aliud occurrit diſtinctionis ſignum. Lineae in quauis pagina 35 numerantur.

In operis fronte ſequentia capitalibus litteris impreſſa leguntur: *Laurentii Vallenſis Oratoris Clariſſimi De Libero Arbitrio Et Prouidencia Diuina. Tractatulus Feliciter incipit.* Haec mox excipit prologus, in quo ad GARSIAM Epiſcopum Ilerdenſem contra eos queritur, qui nimium in theologicis quaeſtionibus Philoſophiae tribuere ſolent. Folio ſecundo ipſe tractatus in modum dialogi inter Auctorem, & *Antonium* GLAREAM compoſitus incipit. Terminatur vero auerſa folii decimi pagina, linea 23, cui haec tantum ſubiecta leguntur: *Laus Deo.*

Editio iſta Argentinae ex *Georgii* HVSNER officina, vt Characteres nos docent, in lucem prodiit, & quidem ſaltem anno 1476, cum *Georgius* ZINGEL Academiae Ingolſtadienſis olim Profeſſor, vt Cl. SEEMILLER Faſc. I. p. 147. teſtatur, iam iſto anno eam ſibi comparauerit.

Laurentius VALLA, patria Romanus, anno circiter 1415 natus, S. Theologiae Doctor, & eccleſiæ S. IOANNIS Lateranenſis Canonicus Vir omni humanioris litteraturae genere probe ſubactus; acris vero ac ſupra modum mordacis ingenii, qui omnibus minus latine loquentibus dicam ſcripſit, nec Theologos ſui ſeculi vanis dogmatibus, & ineptis argutiis deditos acuto calamo perſtringere dubitauit. Cum plurimas eccleſiae Romanae traditiones erroris damnare non vereretur, vix rogum, cui a fidei inquiſitoribus addicebatur,

tur, euitare potuit, fcopis tamen in foro caefus crimen fuum luere coactus eft. Romam denuo Neapoli reuerfus, quorumdam amicorum ope Pontificem fibi propitium reddidit; & accepta docendi poteftate, lauto infuper ftipendio donatus eft. Obiit anno, 1465, aetatis fuae 50. WARTON in *Adpend.* ad CAVEVM. p. 153.

II. *Danielis, fomniorum expofitoris veridici. Libellus incipit, in* 4.

Verba ifta in fronte huius opufculi octo foliis comprehenfi, maiufculis litteris impreffa leguntur. His deinde fequens notitia habetur fubiecta, & litteris minufculis expreffa: *Ego fum Daniel propheta vnus de ifrahelitis qui captiui ducti funt de fancta ciuitate iherufalem. Hec omnia a Deo mihi reuelata funt. Nihil tamen per memet addidi fed fic omnia a Deo infpirata accepi.* Ifta excipiunt fomnia alphabetico ordine difpofita, quibus mox eorumdem fignificatio adiecta eft. E. g.

Aerem ferenum videre. lucrum fignificat.
Anulos dare vel perdere dolorem fignificat.
Anulos accipere fecuritatem fignificat.

Prima folii 8 pagina, linea 22 *Expliciunt fomnia Danielis, prophete.* Tum immediate vlterius legitur: *fi vis fcire quid fomnium fignificet aperi pfalterium. & primam Litteram quam reperies in fummitate folii tibi indicabit. A. ptatem vel dilectationem fig. B. victoriam in bello C & D. merorem & mortem fig. E. & F. progeniem nobilem fig. G. figni. Cafum viciofum. H. amorem mulierum fig. I. bonam vitam figni: K. ftulticiam & iocunditatem fignificat. L. Honorem fignificat. M. medicum ad infirmitatem vocandum merorem. N. videbis quod defideras. O. poteftatem in vita fignificat. P. omnem falutem. Q. diminutionem vite fignificat. R. triftem vitam fignificat. S. letum animum fcat. T. iram vel perdicionem fcat. V. mortem fcat. X. Captionem inimicorum fcat. Y. quod cupis eueniet fcat. Z. thefaurum fcat. Finis.*

Opufculum iftud, quod nullis paginarum numeris, cuftodibus, & fignaturis eft inftructum, duplici gothico charactere impreffum eft: maiufculo fcilicet, & minufculo, quo *Henricus* EGGENSTEIN typographus Argentinenfis vfus eft, & quem tabula I. primae parti adiecta N. VI. exhibet. Ex quo, iftud ab ipfo iam ante annum 1480 typis fuiffe euulgatum, mihi verifimile videtur. Editio ob altum Bibliographorum filentium merito rariffimis adcenfetur

DANIELEM Prophetam fomniorum iftorum Auctorem haud effe, fed a fomniatore quodam nimis credulo ad plebeculam decipiendam ifta fomniata fuiffe, quilibet fanae mentis compos absque difficultate agnofcere poteft.

III. Malleus maleficarum, in fol.

Opus iftud fexdecim plagularum fafciculis contentum, gothico ac fatis luculento impreffum eft charactere, quo nimirum *Joannes* PRYSS Argentinae anno 1487 fafciculum temporum excuderat; ex quo, & idem ab eodem prelo fubditum fuiffe, colligere erit. Defunt initiales litterae, cuftodes, & paginarum numeri, fafciculi litteris funt fignati. Singulae paginae in duas funt diftinctae columnas. Prima pagina primi folii vacua eft; auerfam occupat *Appologia Auctoris in malleum maleficarum.* Duo folia fequentia operis contenta comprehendunt; folio dein quinto prima operis pars incipit, & fecunda folii 43 columna, linea 21 terminatur. Tertia pars finitur quarta columna folii 129, linea fexta, cui fubiectum legitur: *Sit laus Deo. exterminium herefis. pax viuis. requies eterna defunctis. Amen.*

Rariffi-

Rarissimas esse huius operis editiones, testantur VOGT in *Catal. libr. rar.* *Et* BAUR in *Bibl. Vniuers.* T. III. p. 14. Licet plures earum, quas iste l. cit. memorat, ad seculi XV. finem prelum reliquissent.

Duos huius operis Auctores laudant QVETIF & alii; *Iacobum* nempe SPRENGER & *Henricum* INSTITOREM. Primus natione Germanus, Ordinis Prædicatorum Alumnus erat, qui a SIXTO IV. vnacum *Gerardo* de ELTEN, fidei quaesitor constitutus, hocque e viuis exemto, in eodem officio ab INNOCENTIO VIII. adiuncto sibi *Henrico* INSTITORE, qui aeque Germanus, & Dominicanus erat, confirmatus fuit. Vterque adhuc seculo XV. florebat. QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 880 & 896.

IV. Thomae de Argentina Ord. Eremit. S. August. Libri IV. in Magistrum Sententiarum. Argentinae per Martinum Flach, in Fol.

MAITTAIRE huius operis editionem Argentinae anno 1490 typis enulgatam T. IV. P. II. p. 526 recenset. Annon ista eadem cum praesenti sit, ob libri quarti, ad cuius finem forsitan anni indicium legendum esset, defectum, discernere haud possum.

In prima pagina primi folii maioribus litteris exscriptum habetur: *Acutissimi Thome de Argentina scripta super quatuor libros sententiarum.* In auersa eiusdem legitur *Palladis* SPANAGEL Theologiae professoris in Academia Heidelbergensi ad *Martinum* FLACH Typographum Argentinensem epistola, in qua ejusdem merita prelo collecta multis extollit. *Vir clarissime*, inquit, *litteras has ad te pingere decreui non mireris, etsi enim ignotus tibi sim: tua tamen industria: fama humanitatis tue. & preclara opera que sine menda ex officina tua passim mittis mihi notissimum reddiderunt: adeo vt te iudicem virum bonum. qui cupiat prodesse reipublice. qui & emendatis codicibus viros litteris traditos ad studia velit incitare. fere omnes enim etiam studiosi cum reuoluunt libros impressos cum sincopatione dictionum vel quacunque incorrectura: mox concepta legendi nausea libros proiiciunt. a studio se transferunt vel ad inane ocium vel ad res prophanas. de tuis vero operibus exquisitissime impressis. qui conqueratur adhuc audiui neminem.* Dein rogat illum, vt quam primum opus imprimendnm adsumat, omniumque exspectationem non fallat.

Secundo folio *Incipit tabula super quatuor scripta acutissimi Thome de Argentina*, quam folio nono *Tituli questionum* excipiunt. Folio 18. impresso *Acutissimi materiarum theologicalium resolutoris Thome de Argentina prioris generalis ordinis heremitarum sancti Augustini scriptum librorum sententiarum feliciter incipit.* Liber primus vnacum titulis quaestionum 23. plagularum fasciculis: liber secundus quindecim, tertius denique vndecim constant. Quarta columna folii 73 libri tertii *Finit tertium scriptum libri sententiarum Thome de Argentina.* Desunt custodes, & paginarum numeri. Signaturas, initiales litteras paruas, paginarum inscriptiones, & notas marginales typographus adiecit. Opus in duabus columnis gothico charactere est impressum.

THOMAS, natione Germanus, Hagenoae in Alsatia natus, *Argentinensis* communiter dictus, a cathedra Argentinensi, quam gloriosissime moderatus est. Ordini Eremitarum S. AUGUSTINI nomen dedit, inque eo ob summam suam eruditionem, & insignem pietatem non solum provinciæ Rheno fueuicae, sed totius quoque ordinis gubernacula tenuit. Floruit seculo XIV. OSSINGER *Bibl. August.* p. 471.



V. Iacobi Wimpfelingi Isidoneus Germanicus. in 4.

In fronte primae paginae sequentia leguntur: *Isidoneus Germanus ad R. P. D Georgium de Gemmyngen Spirensem prepositum Iacobi Vimpfelingi Sletstatini.* Folio secundo incipit *Iacobi* HAN Argentinensis, qui praesentem editionem procurauerat, epistola dedicatoria ad HENRICVM Comitem in Henneberg Canonicum Argentinensem, in qua opus istud in lucem emittendi caussam proponit, nominisque *Isidonei* rationem adfert. Itam auersa folii tertii pagina WIMPFELINGI epistola ad *Georgium* de GEMMINGEN ecclesiae Spirensis Praepositum anno 1486 scripta sequitur, & prima folii quarti pagina finitur. Auersa eiusdem vacua est. Folio sequenti opus ipsum his verbis inchoat: *Incipiunt nunc capitula huius opusculi & primum tradat de vero litterarum sono.* Haec maiusculis litteris, vti & alii Capitulorum tituli, expressa sunt. Constat illud 21 foliis, exceptis quatuor prioribus. Folia numeris, fasciculos plagularum litteris signauit typographus, litterasque initiales paruas adiecit. Custodes desiderantur. Typus est gothicus. Prima folii vndeuicesimi paginae operis inuenitur conclusio, in qua legitur, WIMPFELINGVM Isidoneum suum, vrgente *Caspare* MVRRHONE confratre, ac amico suo, & ad optimam germanorum iuuenum educationem procurandam, elucubrasse. In auersa pagina, & sequentibus duobus foliis praeter nonnulla WIMPFELINGI epigrammata moralia, elegiacum ad CHRISTVM pro remissione omnium peccatorum, & elegiacum, ac saphicum ante summum sacrificium, habentur. Vltimam paginam *Tabula huius opusculi* occupat.

Cl. FREYTAG duarum editionum, quae a praesenti diversae sunt, meminit, primae quae Argentinae ex GRYNINGERI officina anno 1497 in lucem prodiit, in suis ANALECTIS p. 1098. secundae in *Adpar* I. p. 182. Praesentem quoque Argentinae typis euulgatam fuisse, Iacobi HAN Argentinensis epistola, operi praemissa, satis testari mihi videtur.

Iacobus WIMPFELINGVS, natione Germanus, patria Alsatus, ciuitate Sletstatensis, natus est anno 1449. In schola patria bonis litteris imbutus, ad academias Friburgensem, Basileensem, Erfordiensem, ac Heidelbergensem ordine se contulit, vt theologiae, ac iuris canonici scientiam hauriret, vtriusque demum licentiatus academico more factus. Inter disertissimos istius aeui concionatores habitus, Spiram anno 1494, vt concionatoris munere fungeretur, euocatus est. Aliquot annis elapsis, dignitati suae ecclesiasticae renuntiauit, & Heidelbergam profectus, in gymnasio vrbis litterario sacros auctores, ac in his S. HIERONYMUM enarrandos suscepit, atque ut magis humani generis commodis inseruiret, paedagogum agere haud grauatus est. Vir meliori litteratura instructus, plura ad rempublicam litterariam maxime germanicam adornandam scripsit, aliosque, inter quos eruditissimus TRITHEMIUS erat, ad viros germanos eruditione insignes ignorantiae tenebris eruendos induxit. Schismate a LUTHERO inuecto Heidelbergam relinquens, patriam vrbem repetiit, ibique octogenarius anno 1528 obiit. WARTHON in *Adpend.* ad CAVEVM p. 220. TRITHEMIVS de *Script. Germ.*

LIBRI AVGVSTAE IMPRESSI.

VI. Missale secundum ritum ecclesiae Augustensis. in fol.

Missali Calendarium ecclesiasticum, sex foliis contentum, praemittitur. Folio sequenti *Incipit ordo libri missalis specialis secundum Ritus ecclesiae Augustens Dominica prima in aduentu Domini ad missam Introitus.* Haec verba rubro colore sunt expressa. Folio 28 incipit Canon pergameno impressus, & quatuor foliis comprehensus, quem Missae de

de sanctorum festis sequuntur. Folio 38. *Incipit commune sanctorum.* Secunda folii 56 columna *Incipiunt misse communes secundum ferias.* Folium 69 & vltimum occupat *Registrum huius specialis quoto videlicet folio: oratio seu Collecta: locetur designans.* Missale istud in duabus columnis, chartae firmae admodum ac mundae gothico charactere impressum 69 foliis, prioribus sex non computatis, constat. Initiales litterae ligno incisae adparent. Folia numeris romanis sunt notata. Signaturae quoque occurrunt, nulli vero custodes.

Idem Missale extat in Bibliotheca Carthusianorum Buxhemii, ad cuius finem legitur: *Expliciunt Misse speciales imprese Auguste per Erhardum Ratdolt.* V. ZAPFII *Annal Typograph. August.* p. 140. Produnt id quoque ipsi characteres, quibus impressum est, qui plane iidem sunt, quibus idem anno 1491 aliud maioris voluminis Missale iussu FRIDERICI Comitis de ZOLLEREN, & Episcopi Augustani excuderat, ex quo, praesens istud praecessisse, eoquod pluribus auctum sit, colligere est.

VII. *Epistola de miseria curatorum seu plebanorum.* Augustae per Antonium Sorg. in 4.

Verba supra relata in prima pagina folii primi charactere maiusculo expressa habentur. Folio secundo ipsa Epistola ad IOANNEM scripta incipit, in qua nouem incommoda, quae diabolos adpellat auctor, in pastorali cura existenti occurrentia enumerat. *Primus diabolus*, ait auctor, *inter omnes est ipse collator, qui dum ecclesiam quam confert suam esse putat. Secundus diabolus est custos ecclesie. qui quanto minor in potestate: tanto maior in persecutione non manifeste ledit. sed vt serpens occulte retro pungit. Tertius diabolus est coca tua domina: per quam habes tot tentationum stimulos quot in capite geris capillos nunquam fidelis: semper pigra: in cunctis rebellis &c. Quartus diabolus est vitricus ecclesie tam impugnat quantum est quod non considerat in ecclesia tua sine licentia mendicat &c. Quintus diabolus est ipse rusticus ideo malus. Quia nullus in eo intellectus &c. Sextus diabolus est ipse officialis quanto sua iurisdictio latior: de tanto in plures tyrannidior & fortior. Septimus diabolus est ipse episcopus quod per totum annum omnis sollicitudo tua collegit hoc iste per subsidium tollit &c. Octauus diabolus est ipse Capellanus hic in ecclesia tua: Nec cantat: nec legit: Nisi Vnde ipse suum profectum habere possit. Nonus diabolus est ipse predicator: quanto in doctrina gloriosior: tanto plebano infestior &c.* Octo foliis integra epistola absoluitur. Ad eiusdem finem legitur: *Explicit epistola de miseria Curatorum seu plebanorum. Impressum Auguste per Antonium Sorg.*

Eamdem editionem Cl. SEEMILLER Fasc. II. p. 142. descripsit. Cl. ZAPFIVS de eadem nullam habuit notitiam.

VIII. *De vita & beneficiis saluatoris Iesu Christi deuotissimas meditationes cum gratiarum actione. Et perlucidum tractatum atque deuotum domini Zutphanie de spiritualibus ascensionibus totus libellus continet*, in 12.

Verba ista in prima folii primi pagina recitantur. In fronte secundi folii litteris maiusculis expressum legitur: *Prefatio*, quae 18 lineis constat. Tunc linea vndeuicesima *Incipiunt deuote gratiarum actiones de tota vita mediatoris dei & hominum Ihesu Cristi.* Meditationes istae prima Folii 108 pagina, linea decima finiuntur. Deinde spatio exiguo interiecto, *Incipit deuotus tractatulus domini Gerardi Zutphanie de spiritualibus ascensionibus, omnibus in spirituali vita proficere volentibus non minus necessarius quam vtilis de quinque necessariis*



fariis in vita religiosa proficere disponentibus. Terminatur prima pagina folii 208, linea 21. cui subnexum habetur: *Laus Deo.* Adiectus materiarum index, septem foliis contentus.

Opusculum istud Augustae Vindelicae ab *Antonio* SORG typis fuisse impressum, externa eiusdem forma, quae quoad omnia cum *horologio devotionis* ab eodem anno 1489. typis euulgato, conuenit, persuadet. Idem enim typus gothicus, eadem charta, idemque linearum numerus in vtroque obseruantur. Eodem quoque anno *Ioannes* PIRLIN, vt rubro colore in prima pagina scriptum legitur, eum iam possederat.

IX. Tractatus de quatuor virtutibus cardinalibus. Theodisce c. figg. in 4.

Opusculum istud triginta foliis contentum, charactere gothico germanico ac pingui impressum est. Custodes & paginarum numeri desiderantur. Plagularum fasciculi litteris sunt signati. Figurae ligno incisae, materiae adcommodatae, numero sex insertae habentur. Quaeuis pagina 26 exhibet lineas. In prima pagina folii primi legitur: *Dieses sind die uier angel Tugent. Weisheit. Gerechtikeit. Sterk. vnd messigkeit. Im latein genant Quatuor virtutes Cardinales, gar schone aufsgelegt durch die sinnreichen natürlichen maister Boecium Socratem Aristotelem Platonem Tulium und Senecam.* In folii secundi fronte haec habentur: *Hie redt Boecius mit der Kunste Philosophia.* His subiecta est figura ligno incisa, BOETHIVM & Philosophiam repraesentans. Prima folii quinti pagina BOETHIVM SOCRATES sequenti cum inscriptione excipit: *Hie legt Socrates Lust und Freud aufs der Tugent und wie vil der feind.* His iterum figura subnexa habetur. Terminatur opus prima folii 30 pagina, linea vicesima, cui subiectum legitur: *Hie endent sich die vier angeltugent. das ist Weisheit. Gerechtikeit. Sterke vnd Messikeit. aufsgelegt durch die natürlichen maister Boecium Socratem Aristotelem Platonem Tulium vnd Senecam.*

Augustae Vindelicae opus prae ens ab *Antonio* SORG impressum fuisse, characteres nos docent, qui plane iidem sunt, quibus idem typographus anno 1480 APOLLONII historiam euulgauit, & quos tabula I. N. II. exhibet. Cl. ZAPFIVS & Cl. PANZER nullam de hac editione notitiam habuerunt, ex quo insignis eiusdem raritas adparet.

X. Chronicon Monasterii montis S. Georgii. Theodisce. in 4.

Chronicon istud characteribus gothico germanicis ac pinguibus impressum, 33. foliis constat, nullas exhibens signaturas, nullos custodes, aut paginarum numeros. Prima littera initialis ligno incisa est; reliquae vero paruae sunt a typographo adiectae. In quauis pagina 22 lineae numerantur.

In fronte operis legitur: *Das ist ein Tafel des anefangs des wirdigen Klosters vnd Aptie auff sant Iörgen berg im intal und Brixner bistumb vnd von dem löblichen heyltumb das do ist und wirdigkeit da gehalten wird* Haec excipit prologus, ad cuius finem legitur, quo anno praesens opus completum fuerit: *an dem Zehenden tag des mayen in dem iare als man zallte von der geburdt Cristi M. CCCC. LXXX iare.* Prima Folii 33 pagina, linea vndeuicesima finis eidem imponitur.

Haec editio rarissima, cuius nec cl. ZAPFIVS, nec cl. PANZER meminerunt, Augustae ex *Antonii* SORG officina quarto typographicae artis decennio in lucem prodiit, vti typus, qui idem est, quem tabula III. primae parti adnexa N. IV. repraesentat, nos edocet.

XI. Hi-



XI. Hiſtoria Griſeldis. Theodiſce. c. figg. in fol.

Hoc opuſculum decem foliis contentum, eodem charactere, quo immediate praecedens, eſt impreſſum, ex quo, illud ab eodem typographo prelo fuiſſe ſubditum, haud dubitandum erit. Caret ſignaturis, cuſtodibus, & paginarum numeris. Figurae ligno inciſae decem obſeruantur.

Operis initio ita legitur: *So ich aber von ſtetikait, und getreuwer gemahelſchafft, ſo manger frauwen geſchrieben habe, unnd von Keiner gröſſern. über die griſel, von der Franciſcus petrarcha ſchreibet, doch auſs iohannis boccacii welſch in latein. von mir auſs latein in teutſch gebracht ſo bedunket mich vil unbillich ſein das ſy auch bey andern erleichten frauwen, waren hyſtorien geſezet werde. Ob auch ſöliche geſchicht in wahrheit beſchehen oder umb ander frauwen manung zu gedult geſezet werden.* Terminatur haec hiſtoria auerſa folii decimi pagina, linea decima, cuius verba ita ſonant: *lebt in ſeligkeit.*

Aliam huius operis editionem iam P. I. p. 151 recenſuimus. Cl. PANZER quatuor de eadem editiones memorat; praeſentem vero nec ipſe, nec Cl. ZAPFIVS detegere potuerunt.

XII. *Cronick von dem hochwirdigen und loblichen heyltum auff dem heyligen Berg Andechs genant In obern Bayren.* Auguſtae per Ioan. Schösberger. in 4.

Primam paginam verba ſuperius relata, ac maiuſculo charactere impreſſa occupant. Folium ſecundum duas figuras ligno inciſas exhibet; illa, quae primam implet paginam, B. V. MARIAM a S. quodam Epiſcopo, ac ſancta quadam faemina circumdatam, ad cuius pedes Abbas Andecenſis nixus genibus adſpicitur; illa vero, quae auerſam occupat, tres ſacras hoſtias, ſudarium, ac ſpineam Domini coronam repraeſentat. Folio tertio ipſum chronicon his verbis incipit: *In dem Namen der heyligen vnnd vngeteylten driualtigkeit gottes des Vatters. des ſuns vnd des heyligen geiſtes &c.* Terminatur iſtud auerſa folii 30 pagina, linea ſexta, cui ſequens notitia habetur ſubiecta: *Gedruckt zu Augſpurg von Hanſen Schönſperger.* In folii 40. prima pagina genius ambabus manibus monaſterii Andecenſis inſignia tenens conſpicitur. Character eſt gothico-germanus, quem tabula I. N. IV. exhibet. Cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur.

Hac de editione mentionem faciunt Cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. Auguſt.* p. 137. Cl. PANZER in *Annal. Litterat. Teuton.* p. 45. & Cl. GEMEINER in den *Nachrichten* &c. p. 283 qui & aliam, quae praeſentem praeceſſiſſe videtur, p. 80. recenſet.

XIII. *Oratio querulosa contra Inuaſores Sacerdotum.* in 4.

Titulus iſte tantum in primi folii prima pagina majuſculis litteris impreſſus legitur. In fronte auerſae paginae ſequentia habentur: *Flaminum vatum. Sacerdotum Gymnoſophiſtarum philoſophorum druidum. In Teſtipremos Conqueſtio.* Haec oratio queruloſa, FRIDERICO III. fatis functo ſcripta, ad ALEXANDRVM VI. P. M. directa eſt, in qua de perſecutione in Clerum, & monachos in Germania excitata auctor ita queritur: *Nunc vero poſt eius lacrymabilem caſum ſiue temporum malicia. ſiue ſecreto dei iudicio. vaſtantur eccleſiae. Cenobia ſpoliantur. monachorum granaria frumentis onuſta exuruntur. Clerus obruitur. clerus offenditur. clerus nouo penarum genere a latronibus atrociter impugnatur. & torquetur. Latrones eos vocamus. quoniam nonnulli ſacerdotum. quibus hoc nouum tormenti genus inflictum eſt. miſere necati ſunt immo latronibus eos longe iudicamus deteriores. . . . . qui quod latrones exhorreſcerent impudenter admittuntur.*

Nempe



Nempe latrocinio turpius eſt iudicandum eam corporis partem viri a viro contrectari vinciri. ferisque indiſſolubilibusque includi quam natura prorſus abdidam & abſtruſam eſſe voluit. &c. Ex hoc quisque miſerum, ac deplorandum Clericorum ſtatum, in quem illos non *Nerones*, non *Domitiani*, aut alii tyranni a fide chriſtiana alieni, ſed eiusdem fidei profeſſores redegerint, ſatis agnoſcere poteſt. Prima folii octavi pagina, linea decima, haec oratio terminatur; deinde ſequens carmen legitur ſubiectum:

Impie tu latro quem certe lamina tygris
Quem lex. truxue draco genuit vel cereberus ipſe.
Et nutriit quisnam rogo tam crudelia te dic.
Supplicia edocuit vetita omni lege. nec ipſi.
Tormentum ſyculi par invenere tyranni.
Quod nunquam auſa fuit ſub celo natio. ſolus
Tu germane facis. quid enim tibi teſticuliſque.
Sacrificum. quos dira nouis tua machina penis.
Afficit. hac teſtes vinctus miſer vſque ſacerdos.
Angitur vt properet quo iuſſeris inclite latro.
Turpia tu faciens. non turpia ſcribere cogis.
Flereque. tarthareis tortor ſtringende Cathenis.
Heu tua mens ſtygia reſtat crucianda palude.
Finis

Vnico tantum plagularum faſciculo, littera a ſignato, hoc opuſculum conſtat. Initialem litteram ligno inciſam adiecit typographicus; cuſtodes vero, & paginarum numeros omiſit. Typus eſt gothicus, quem tabula I. N. V. exhibet, & quidem plane idem, quo *Ioannes* FROSCHAUER tractatum de *Iurare* & *Blaſphemare* Auguſtae anno 1499 impreſſerat, ex quo, & iſtam orationem ab eodem typis fuiſſe excuſam, colligere erit.

Haec oratio ſeculo XV. ad finem vergente, & quidem non diu poſt annum 1493, quo FRIDERICVS III. viuis ereptus eſt, compoſita fuit. Auctorem eiusdem, & locum, quo ſcelera iſta nefanda patrata ſunt, exploratum haud habemus.

Alia huius opuſculi editio in Bibliotheca academica Ingolſtadienſi exſtat, quam Cl. SEEMILLER Faſc. II. p. 161. deſcripſit.

XIV. *Tractatus de peſtilentiali Scorra ſiue mala de Franzos. Originem Remediaque eiuſdem continens. Compilatus a venerabili viro Magiſtro Ioſeph Grünbeck de Burckhauſen. ſuper Carmina quedam Sebaſtiani Braunt, vtriusque iuris profeſſoris, in 4.*

Verba iſta in prima folii primi pagina leguntur. His ſubiecta eſt figura ligno inciſa, B. V. MARIAM cum puerulo IESU, tres perſonas eiusdem opem implorantes, & hominem humi iacentem, elephantiaſique laborantem repraeſentans. Auerſam paginam alia figura occupat, quae globum coeleſtem, ſuper quem Deus, a duobus Angelis circumdatus adſpicitur, exhibet. Folio ſecundo auctoris epiſtola dedicatoria ad *Bernardum* de WALDKIRCH Canonicum Auguſtanum incipit Iſtam Auguſtae in aedibus Sixti STAIMACK XV. Kal. Nouembris anno 1496 ſcripſit. Dedicatione prima folii tertii pagina, linea ſexta abſoluta, inchoat *Eulogium Sebaſtiani Braunt: Vtriusque iuris profeſſoris de ſcorra Peſtilentiali. ſiue Mala de Franzos. Anni 96. ad Iohannem Capinon Legum Imperialium Interpretem.* Ad finem primae paginae folii quinti *Tractatus de origine Peſtilentialis ſcorre. ſiue mala de Franzos*

Franzos Magistri Ioseph' Grünbeck de Burckhausen . felici sidere Incipit. Auersa pagina folii 18 linea 28 finis eidem imponitur . Folii vltimi prima pagina operis commendatio legitur . Eius initium ita sonat: *Habes Bernarde de Waltkirch meo iuditio licet minus graui sed simplici sinceroque & hominis . vt ita dicam . tyronis opusculum vtile lucubratum proximis Nonis Nouembris &c.* Ad finem eiusdem ita legitur: *Vale nobilitatis vnicum specimen. Iterum Vale omnis litterature amator.*

Hoc opusculum foliis vndeuiginti contentum, charactere plane eodem, quo immediate praecedens, exscriptum est, ex quo colligi datur, ex eadem officina illud in lucem prodiisse, & forsitan eodem anno 1496, quo epistola dedicatoria Augustae scripta fuit. Initiales litteras ligno incisas, & signaturas adposuit typographus. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Distinctionis signum praeter punctum nullum aliud occurrit.

Huius editionis omnium primae mentionem fecere, FREYTAG *Adpar. II.* p. 837 *Fridericus* BOERNER *Spec. I. Bibl. libr. rar. physico - medic.* pag. 29.

Iosephus GRYNBECK natione Germanus, Burghusii in Bavaria natus, seculo XV. ad finem vergente, floruit, & Augustae Vindelicae medicinam exercuit. Inter primos, qui de *mentulagra*, seu *morbo gallico* scripsere, numeratur. FREYTAG l. cit. IOECHER *Lex* T. II. col. 1216.

XV. Lectiones, Responsoria, Hymnus, & Missa pro S. Leopoldi Archiducis Austriae festiuitate. in 4.

Integrum hoc opusculum, eodem charactere, quo immediate praecedens, impressum, septem absoluitur foliis. Desunt initiales litterae, custodes, signaturae, & paginarum numeri. Charta est firma, alba, & polita. In fronte eiusdem legitur: *In festiuitate sancti Leopoldi* — Haec maiusculis, quae vero sequuntur, minusculis litteris sunt impressa — *Confessoris non Pontificis marchionis austrie secundum rubricam ecclesie patauiensis. In primis vesperis an.* Septimi folii prima pagina *Ad missam introitus* incipit. Terminatur auersa eiusdem pagina, linea 27, cui subiectum legitur: *Finis.*

XVI. *Lauacrum conscientie*, In 4.

Inscriptio ista in prima pagina legitur, cui imago saluatoris ligno incisa habetur subnexa. Folio sequenti *incipit lauacrum Conscientie omnium sacerdotum.* Auersa folii secundi pagina, linea 25, praefationem *De ornamentis sacerdotum. Capitulum primum* excipit. Prima folii 105 pagina *Explicit lauacrum conscientie.* Auersa vacua est. Duo vltima folia capitulorum argumenta occupant. Typus cum praecedenti conuenit. Initiales litteras, paginarum numeros, & signaturas typographus adiecit. Custodes desiderantur. Praeter punctum nullum aliud distinctionis signum obseruatur. Plures adhuc huius opusculi editiones, quae in huius operis decursu describuntur, possidemus.

XVII. Ioannis Trithemii Abbatis Ord. S. Ben. Institutio vitae Sacerdotalis, in 4.

Opusculum istud foliis 16. contentum, in duabus columnis charactere eodem, quo *Ioannes* FROSCHAUER vsus erat, impressum, nec paginarum numeros, nec custodes exhibet. Initiales litterae sunt ligno incisae. In folii primi pagina prima haec tituli loco leguntur: *Institutio vite sacerdotalis domini Iohannis tritemii abbatis Spanhemensis ordinis diui*



patris benedicti Moguntinensis diocesis. ad Nicolaum presbyterum Mernicensem Treuerensis dioecesis. Auersam paginam & dimidiam folii secundi *Thomae* RUSCHER de Gamundia epistola ad eumdem NICOLAVM occupat. In ista tum illi tum omnibus sacerdotibus praesens opusculum maximopere commendatur. Columna tertia folii secundi ipsum opus, in septem capitula diuisum, & iam anno 1486 ab ipso auctore completum, initium sumit. Secunda columna folii 16 *Explicit libellus domini Iohannis Tritemii abbatis Spanhemensis. de vita sacerdotum.*

Praesentem editionem, quae, vt ex epistola operi praemissa adparet, primum anno 1496 in lucem prodiit, altera, quae, juxta Cl. WYRDTWEIN circa annum 1486 Moguntiae primam adspexit lucem, praecessit.

Ioannes TRITHEMIVS, natione Germanus, in vico *Trittheim* ad Mosellam fluuium anno 1462 natus, in Academiis Treuirensi, & Heidelbergensi bonis litteris imbutus, anno aetatis suae 22 die Purificationis B. V. MARIAE in Monasterio Spanheimensi Benedictinum habitum induit. Iuuenis adhuc, & nouitius tantam sibi apud Sodales rara eruditione, & pietate eximia auctoritatem conciliauit, philosophus, mathematicus, poeta, historicus, & theologus insignis, vt altero conuersionis suae anno, Christi vero 1483 communi monachorum suffragio Abbas eligeretur. Hac prouincia non sine summa laude per annos 22. administrata, Prioris sui *Nicolai* REMITII, aliorumque factione diu, multumque vexatus, regimini Spanheimensi renunciavit, & coenobio S. IACOBI in suburbano Herbipolensi anno 1506 praefectus est. Obiit anno 1518, vel vt alii volunt, 1519 aetatis suae 57. Vir iste iure adpellatur *magnum ecclesiae Bonum a summo bono, illustre ordinis monastici lumen & inconcussa columna, ingens teutonicae gloria gentis, Eruditorum aeuo suo aeuiternus phaenix, emeritus sub Benedictinis Vexillis miles, viuus Praelatorum Archetypus & virorum illustrium, qui Franconiam ipsam Germaniam eruditione, scriptis, ac nominis fama seculo XV. decliui exornarunt, facile princeps, magna incomparabilis ingenii laude, linguarum orientalium peritia ac omnigenae eruditionis cultu, scriptorumque varietate & copia, vti & vitae ac morum integritate celebris. Histor. Litter. Ord. S. Ben. III.* p. 217.

XVIII. Das Buch der Natur. c. figg. in fol.

In hac nostra editione primum, & vltimum folium deesse mihi videtur, vnde foliorum numerum exacte determinare haud possum. Si tamen typographus in duodecimi & vltimi capituli argumento eumdem adcurate adnotauerit, illorum 188 numerarentur, & tunc omnino eadem esset, quam *Ioannes* BAEMLER anno 1481 typis euulgauerat, ac cl. PANZER in *Annal Litterat. Teuton.* p. 119 descripserat. Saltem characteres, quos tabula I. N. VI. exhibet eidem patrocinantur.

Prima pagina folii secundi vndecimi & duodecimi capitulorum argumenta leguntur. Auersam eiusdem figura ligno incisa, quae nudum hominem columnae adfixum repraesentat, cui a dextris, & a sinistris duo alii adstant vestiti, ille vasculum, hic librum manu tenens apertum, occupat. In fronte folii tertii sequentia rubro colore impressa leguntur: *Hye nach volget das Buch der Natur. das innhaltet. Zu dem ersten von eygenschafft und natur der menschen. Darnach von der natur und eygenschafft des himmels. der tier. des gefügels. der Kreuter. der stein. vnd von vil anderen natürlichen dingen Vnd an disem buch hat ein hochgelerter man bey fünfzehen iaren Colligiert vnd gearbeyt vnd hat für sich genommen die hernach benannten göttlich vnd natürlich lere Poeten vnd ander bewert doctores der erezney Als Augustinum, Ambrosium, Aristotelem, Basilium, Plinium. Galienum, Auicennam &c.*

vnd



vnd vil ander meyster vnd lerer Aufs den vnd anderen hat er dicz nachgeschrieben buch allentzusamen gelesen vnd aufsgezogen Weliches buch meyster Cunrad von Megenberg von lateyn in teütsch trasferieret vnd geschrieben hat Vnnd ist gar ein nüczliche Kürczweilige materi darinnen ein yegklich mensch vil selczsamer sachen vnderricht mag werden. Haec excipit primum capitulum de hominis natura. Cuilibet capitulo praefixa est figura ligno incisa, ac materiae pertractandae adcommodata. Figura vndecima S. VDALRICVM Episcoporum Augustanum gemmis vndique exornatum repraesentat. In capitulo enim vndecimo auctor de gemmis agit. Signaturæ, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Initiales litterae ligno incisae, & quidem singulorum capitulorum prima florens adparet.

De huius operis auctore Cl. PANZER in *Annal.* p. 83. sequentia adtulit. Fuit ille haud dubio vir in ecclesiasticis existens, & quidem Cathedralis ecclesiae Ratisbonensis Canonicus; adpellat enim versionis auctor Dominum de HANNBERG eiusdem ecclesiae Praepositum dominum suum. An haec PANZERI ratio id adfirmandi sufficiens sit, virorum eruditorum iudicio relinquo. *Conradus* de MEGENBURG, qui non solum hoc opus germanicam in linquam transtulit, sed multis quoque additionibus auxit, forsan ille *Conradus* de MONTE PUELLARVM, Canonicus Ratisbonensis, erat, quem circa annum 1390 floruisse TRITHEMIVS scribit. AVENTINVS in suis Annalibus Boicis cuiusdam CONRADI Maidenburgensis Parochi & Mystae Reginoburgensium meminit.

XIX. *Regule grammaticales antiquorum cum earundem declarationibus & multis argumentis positis circa vnamquamque regulam in spetiali.* 4.

Verba ista prima pagina folii primi leguntur. Auersam figura ligno incisa hominis animam, & diabolum repraesentans occupat. In secundi folii fronte legitur: *Regule grammaticales.* Opusculum istud octo plagularum fasciculis, qui omnes quaterni, & litteris insigniti sunt, contentum, gothico, ac pingui admodum charactere charthae firmae quidem, sed minus albae, ac politae impressum est. Caret litteris initialibus, custodibus, paginarum numeris. Praeter punctum nullum aliud distinctionis signum obseruatur. Terminatur istud auersa folii 64. pagina linea 26, cui subiectum habetur: *deo gracias.*

Hanc editionem Augustae ex *Hermanni* KESTLIN officina in lucem prodiisse, typus, qui idem est, quo ille anno 1484 *Manuale sacerdotum* excuderat, testatur.

LIBRI BASILEAE IMPRESSI.

XX. *Elegantiae minores Augustini Dati.* Basileae per Ioannem de Amerbach. in 4.

Titulus iste in prima pagina folii primi maiusculis gothicis litteris impressus legitur. Opusculum tribus plagularum fasciculis, qui quaterni, ac litteris signati sunt, comprehenditur. Typus, qui romanus, ac nitidus, & charta, quae alba, & laeuigata est, haud parum praesentem commendant editionem. Initiales litteras paruas adjecit typographus, nullos vero custodes, aut paginarum numeros. Distinctionis signa obseruantur punctum, colon, & coma. Diphtongi *ae*, & *oe* duplici littera sunt expressi.

In fronte secundi folii legitur: *Augustini Dati Senensis Isagogicus libellus in eloquentiae praecepta, ad Andream domini Christoferi filium.* Prima folii 24 pagina iste terminatur. Ad eius finem sequens habetur notitia: *Augustini Dati Senensis oratoris primarii, Isagogicus libellus in elocutionis praecepta Explicitus est: Impressusque Basileae per magistrum Iohannem*



num de Amerbach. Hac de editione pereleganti bibliographi etiam praestantiores altum tenent silentium, ex quo insignis eiusdem raritas elucescit.

Augustinus DATHVS, natione Italus, patria Senensis, Philosophus & Orator insignis, iam in primis suae aetatis annis tantos in litterarum studiis progressus fecit, vt adolescens admodum doctissimis istius seculi viris adcenseri meruerit, & vigesimo secundo aetatis anno FREDERICVM de *Monte Ferrato* erudiendum susceperit. Postea in Sicilia publice docuit, inde a NICOLAO V. P. M. Romam adcitus, vt ei ab epistolis esset, istius officii munus detrectauit, ac in patriam vrbem reuersus, gymnasium illic aperuit, vbi anno aetatis 59 pestilentia correptus, variis elucubrationibus clarus, viuis ereptus est anno 1479. WARTHON apud CAVEVM. p. 181.

XXI. *Excellentissimi Magnini Mediolanensis Medici Famosissimi Regimen Sanitatis.* Basileae per Nicolaum Kessler. in 4.

Opus istud 110 foliis, prioribus tribus non computatis, contentum, gothico impressum est charactere. Caret solum custodibus; folia enim numeris, fasciculos plagularum litteris signauit typographus; initialesque litteras paruas adiecit. Tria priora folia titulus, & alphabeticus materiarum index complectuntur. In fronte primi folii legitur: *Regimen sanitatis Magnini mediolanensis medici famosissimi Attrebatensi episcopo directum feliciter incipit.* Prologus haec excipit, & istum capitulorum argumenta. Capitulum denique primum *De necessitate regiminis sanitatis* secundo folio initium sumit. Ad calcem operis legitur: *Regimen sanitatis Magnini mediolanensis medici expertissimi. Opus equidem non parum vtile omni cum diligentia in hoc volumen redactum finit feliciter. Impressum Basilee per Nicolaum Kessler etc.*

Altera de huius operis editione, quae praesentem iuxta critices regulas praecessit, & anno 1486 typis euulgata est, suo loco differemus. *Christ. Guil.* KESTNER de vtraque hac editione in *Bibl. medic.* nullam mentionem fecit.

MAGNINVS Mediolanensis Medicus opus illud, quod Arnoldo de VILLA NOVA proprium est, postquam in quibusdam istud emendasset, sub suo nomine elucubrauit. Florebat ad finem seculi XV. IOECH *Lex* T. III. col. 41.

XXII. *Margarita Decretalium.* Basileae per Nicolaum Kessler. in 4.

In prima pagina folii primi verba ista maiusculis litteris impressa tantum habentur. In auersa legitur Epigramma *Sebastiani* BRANNT in typographi laudem, quod ita sonat:

Sebastianus Brant Nicolao Kessler ciui Basilien. salutem.

Multiplices cernis iuris studiose libellos
Quos impressorum prestitit arte labor.
Ille tamen noster nunquam prius vsque repertus.
Et fuerat paucis cognitus ante liber.
Vtilis imprimis frugi & breuis ille libellus
Sub modicis chartis commoda multa tenens.
Continet ille quidem digna & memoranda notatu
Que decretalis pagina longa canit.
Quicquid vbi tenent capita: & tituli: atque rubriee
Gregorii noni codicis: inuenies.

Ordine



Ordine queque suo stat dictio: charta remittit
Ad decretalis te titulum: atque caput.
O quotiens dices: valeat bene: candide lector
Qui primus doctis tradidit auctor opus.
Et tibi precipue Keßler Nicolae: feretur
Gloria magna: bonos qui premis vsque libros.
Consule te gaudet Basilea & eiue probato:
Te duce speramus plurima scripta: Vale.

Folio secundo *Incipiunt annotationes siue reportationes margaritarum omnium decretalium secundum Alphabeti ordinem.* Ad finem operis legitur tantum verbum *finis*, cui typographi insignia habentur subiecta. Constat illud nouem plagularum fasciculis, gothicoque charactere impressum est. Signaturas, & initiales litteras paruas adiecit typographus; custodes vero, & paginarum numeros omisit. Editio haec, vti in epigrammate supra exscripto legitur, est omnium prima, quae Basileae a *Nicolao* KESSLER typis euulgata est.

XXIII. *Decreta concilii Basileensis.* in 4.

Titulus iste in prima pagina folii primi mainsculis litteris impressus legitur. Isti *Sebastiani* BRANT epigramma ad vrbem Basilieam subiectum est. Folium secundum eiusdem dedicatio ad *Joannem Antonium* de S. GEORGIO SS. NEREI & ACHILLEI Presbyterum Cardinalem Alexandrinum directa, & anno 1499. Kalen. Martii scripta implet. Folio tertio incipiunt *Decreta & acta concilii Basiliensis.* Hoc opus, gothico charactere impressum 112 foliis constat. Desunt custodes, & paginarum numeri. Initiales litteras, & signaturas typographus adpressit. In superiori margine quaevis adnotata est sessio. Vltimae sessionis decreta prima pagina folii 109 linea 31 finiuntur. Adiecta est *Bulla Nicolai pape quinti super approbatione actorum & gestorum in concilio Basilien.* quae auersa eiusdem folii pagina incipit, & prima folii 112 linea 42 terminatur.

Decreta ista Basileae, & quidem anno 1499. impressa fuisse, ex epistola dedicatoria eodem anno scripta colligi posse mihi videtur. Ibi enim sic legitur: *Cum iam pridem in mentem quorundam nostrorum biblipolarum venisset, decreta sacre Synodi Basiliensis hactenus in obstruso latentia publicare: impressionique litterarie demandare: precibus suis, verbisque quam honestissimis me adiere: vtque laborem suum & nauatum opus, alicui ex preceptoribus maioribusque meis viris tanto munere cupidis dignisque, commendatione nostra epistolari nominatim dedicarem rogauere.* Patet quoque ex his, primam omnium hanc esse editionem, de qua Bibliographi hucusque parum notitiae habuerunt.

XXIV. *Clarissimi viri Iuriumque doctoris Felicis hemmerlin cantoris quondam Turicen. varie oblectationis opuscula & tractatus.* in fol.

Verba ista in fronte primae paginae maiusculis litteris impressa leguntur. His subnexa conspicitur figura ligno incisa ipsum auctorem repraesentans, quam epigramma sequentis tenoris subsequitur:

Felicis si te iuuat indulsisse libellis.
Malleoli: presens dilige lector opus.
Illius ingenium variis scabronibus actum
Perspicis: & stimulos sustinuisse graues.

 Casibus



Casibus aduersis (aurum vel igne) probatus,
Hostibus vsque suis malleus acer erat.
Hinc sibi conueniens sortitus nomen : vt esset
Hemmerlin dictus : nomine : reque : statu.
At felix tandem : vicioque illesus ab omni
Carceris e tenebris sydera clara subit.

Folium secundum *Sebastiani* BRANT dedicatio elegiacis versibus composita ad HERMANNVM Electorem Coloniensem occupat. Ad huius finem legitur: *Ex Basilea Idibus Augusti. M. CCCC. XCVII.* Primam folii tertii paginam operis tituli implent. Auersa eiusdem vacua est. Folio denique quarto primus tractatus *contra validos mendicantes*, HENRICO Episcopo Constantiensi inscriptus, incipit, & prima pagina folii duodecimi cum recapitulatione terminatur. Auersa eiusdem sequitur tractatus *Contra Anachoritas Beghardos beginasque siluestres.* Auersa folii 181 pagina, linea 41 opus *finit feliciter.* Desunt custodes, & paginarum numeri. Initiales litteras paruas, & signaturas adiecit typographus. Typus gothicus est. Integrum opus 29 plagularum fasciculis constat.

Haec editio Basileae, consideratis characteribus, per *Nicolaum* KESSLER impressa videtur, cum illi plane iidem sunt, quibus ille *Decretorum Margaritam* supra descriptam typis excuderat. Eiusdem opinionis sunt clarissimi viri FABRICIVS, & NICERON, qui etiam illam anno 1497 litteris exscriptam dicunt, id quod absque dubio e *Sebastiani* BRANT Episodio elegiaco ex Basilea eodem anno idibus Augusti dato colligendum erit. De ista mentionem faciunt GEMEINER in *den Nachrichten* &c. p. 284. FREYTAG in *Analectis* p. 4834, qui inter rarissimos, ac primi ordinis libros, haec opuscula refert.

Felix, cognomento HAEMMERLIN, qui pro illius seculi genio MALLEOLVS etiam dictus, fuit natione Germanus, patria Tigurinus, Decretorum Doctor Bononiensis, Praepositus Soloduriensis, & ab anno 1428 Cantor Thuricensis seu Tigurinae ecclesiae. Obiit anno 1456. Lepidus, scribit de LUDEWIG, sed sincerus scriptor, aeui sui censor acerrimus in omni vitae genere, ciuilis, militaris, sacrae, profanae, nobilis, plebeiae. FREYTAG l. cit.

LIBRI COLONIAE IMPRESSI.

XXV. Ethica morosi Faceti cum glossa. Coloniae per Henricum Quentell. in 4.

Opusculum istud gothico charactere impressum, quindecim foliis comprehenditur. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. In fronte primae paginae legitur: *Liber faceti docens mores hominum. precipue iuuenum in supplementum illorum. qui a Cathone erant omissi iuuenibus vtiles.* Auersam eiusdem folii primi paginam prooemium occupat, in quo legitur: *Causa efficiens* — Operis praesentis nimirum — *fuit quidam regens Parisius qui vt dicitur nominabatur facetus* — IOECHER in Lex Tom. III. col. 1880 illum RAINERIVM Alemannum adpellat, qui scriptor omnino ignotus erat — *qui quinque videbat scolares siue scholasticos suos in moribus deficere, nitebatur circa omnes mores per dicta & documenta cathonis eos redarguere. Et quia pluries non poterat auctoritatem in cathone reperire. que defectui scolarium cooptaretur. & precipue pro statu ecclesie & mense meditatus est documenta aggregare omniaque ab eodem Cathone in moribus extiterant pretermissa. quod & tandem perfecit & nomine suo suum opus nominauit.* Ad calcem operis sequens habetur notitia: *Explicit Ethica morosi Faceti cum notabili glosula. Impressa Colonie per Henricum Quentell.*

Hanc



Hanc editionem iam anno 1496 *Petrus* PERKENMAIR, vti initio operis fcriptum legitur poffedit.

XXVI. *Floretus in fe continens facre theologie & canonum flores ad gaudia paradifi finaliter eos (qui fe in illis exercitauerint) perducentes.* in 4.

Floretus ifte nouem plagularum fafciculis, qui litteris fignati, contentus, eodem charactere, quo immediate praecedens, impreffus eft, ex quo, ab eodem typographo typis fuiffe illum excufum, minime dubitandum. Reliqua externa forma cum praecedenti conuenit. Verba fupra relata in prima folii primi pagina leguntur. In auerfa eiusdem habetur *Prohemium floreti*; in quo haec notatu digna inueniuntur: *Caufa efficiens vt communiter dicitur fuit fanctus Bernardus abbas Monafterii clareuallis &c.* Vnde etiam *Floretus* BERNARDI adpellatur. Haud putandum eft, opus fuiffe a S. Doctore compofitum, fed folummodo fententiae ex eiusdem operibus ac fcriptis funt excerptae, ftilo metrico confcriptae, ac commentariis a quodam Anonymo inftructae. Scripfit quidam *Matthaeus* ANDEBERTVS *flores operum D.* BERNARDI decem libris contentos, ac Lugduni anno 1556 impreffos. An ifte fit eorum auctor, an tantum editor, haud exploratum habetur. V. FREYTAG Adp. II. p. 879. Auerfa folii 51 pagina *Explicit liber floretus fancti Bernardi.*

XXVII. *Phifiologus Theobaldi epifcopi de naturis duodecim animalium.* in 4.

Externa huius editionis forma cum praecedentibus quoad omnia conuenit. Titulus fupra relatus tantum primam paginam primi folii occupat. In auerfa legitur prologus. Deinde natura fequentium animalium defcribitur, fcilicet, *Leonis, aquilae, ferpentis, formicae, vulpis, cerui, araneae, cete, firenis, elephantis, turturis, & pantheris.* Prima folii 14 pagina *finit phifiologus de duodecim naturis animalium.*

De huius operis auctore non plus notionis habetur, quam nobis vel editor vel commentarii auctor in prooemio reliquerant. Ibi enim legitur: *Caufa efficiens fcientie huius libri dicitur fuiffe magifter Theobaldus doctor & epifcopus qui iftum librum fimplicibus verbis compofuit. nolens per verba obfcura extolli & exaltari.* Conf. etiam IOECH. Lex T. IV. col. 1093.

XXVIII. Guillelmi de Gouda Ord. Min. expofitio Miffae. Coloniae per Henricum Quentell. in 4.

Huius quoque opufculi tribus plagularum fafciculis contenti externa forma praecedentibus confonat. In prima pagina folii primi legitur impreffum: *Expofitio myfteriorum miffe & verus modus rite celebrandi.* In auerfa eiusdem *Tractatus de expofitione miffe editus a fratre Guilhelmo de Gouda ordinis minorum de obferuantia Incipit feliciter.* Ad calcem operis fequentia habentur: *Tractatus fratris Guilhelmi de Gouda. Ordinis minorum de obferuantia. de expofitione miffe & de modo celebrandi finit feliciter. Impreffus Colonie per Henricum Quentell facerdotibus deuote celebrare volentibus vtilis & neceffarius.*

XXIX. Ariftotelis VIII. Libri Phificorum. III. Metheorum. II. de coelo, & mundo. II. de generatione, & corruptione &c. cum commentariis. in fol.

Haec ARISTOTELIS opera, eodem typo, quo praecedentia, in duabus columnis impreffa, 148 foliis conftant. Defunt cuftodes & paginarum numeri: folia vero numeris &

fafci-



fasciculos plagularum litteris signauit typographus. In primi folii prima pagina legitur: *Questionum optimarum cursus cum textualibus expositionibus super phisicorum & ceteros naturalis philosophie libros Aristotelis sicut maximi parisius regentes tradiderunt, multorum peritissimorum in philosophia opiniones recitantes finaliter se resoluentes ad mentem subtilissimi doctoris anglici Iohannis Schotti Ordinis minorum.* In auersa pagina primus Phisicorum liber incipit, ac prima columna folii tricesimi terminatur. Folii 88. tertia columna *Explicit octauus phisicorum.* Quarta columna vacua est. Folio 89. *Primus Metheorum* inchoat: libros *Metheorum* libri duo de *coelo* & *mundo*, hos duo de *generatione*, istos quaestiones de *Sensato*, de *Somno*, *Diuinatione*, ac *longitudine* & *breuitate vitae* sequuntur. Istis subnexae sunt quaestiones super tres libros de *anima*, 22 foliis contentae.

XXX. *Questiones magistri Iohannis versoris super metaphisicam Arestotelis cum textu eiusdem.* in fol.

Verba ista in prima pagina primi folii impressa habentur. Folio secundo primus liber initium sumit. Secunda columna folii 116 *finiunt decimustercius & decimus quartus libri metaphisice Arestotelis qui sunt additi ad duodecim precedentes libros propter quibusdam studiosos illorum noticiam speculari aspirantes.* Adiectum est *Registrum continens questiones & dubitationes magistri versoris* &c. ad cuius finem legitur: *Est finis tabule questionum magistri Iohannis versoris super libros metaphisice Arestotelis.* Integrum hoc opus 118 foliis contentum, gothico charactere est impressum. Desunt custodes, & initiales litterae. Primae initialis loco figuram ligno incisam, vti in praecedenti, triplicem coronam repraesentantem adposuit typographus, atque signaturas, & foliorum numeros adiecit. Ab eodem quoque typographo & praesens fuisse impressum opus, externa eiusdem forma ostendit.

XXXI. *Vocabularius poeticus siue Elucidarius Carminum & Historicorum continens fabulas, Historias Prouincias Insulas Fluuios & Montes illustres & cetera,* Coloniae, in 4.

Verbis istis, quae in prima pagina leguntur, subiecta est figura ligno incisa, Salvatoris nostri imaginem repraesentans. In auersa eiusdem absque titulo, aut inscriptione legitur praefatio operis, quod prima columna folii secundi initium sumit. Desunt initiales litterae, custodes, & paginarum numeri. Singulae paginae in duas sunt distinctae columnas. Typus est gothicus minusculus. Ad finem sequentia maiusculis litteris impressa habentur: *Impressum colonie apud predicatores.*

XXXII. Petri Hispani Summula Logices. in' 4.

Integrum hoc opus gothico, ac minusculo charactere impressum, 230 foliis constat. Caret litteris initialibus, custodibus, & paginarum numeris. Distinctionis signum solummodo punctum obseruatur. Incipit absque titulo, aut inscriptione his verbis maiusculis litteris expressis: *Circa initium summularum P. H. Queritur.* Folio vndecimo primus inchoat tractatus, qui prima folii 62 pagina finitur. Tractatus vero quintus, & vltimus prima folii 230 pagina, linea 33 desinit; deinde legitur subiectum; *Et hec de locis dyalecticis dicta sufficiant.*

Quis



Quis hic PETRVS *Hispanus* fuerit, an diuersus a IOANNE XXI. P. M. an idem, an ordinis Praedicatorum alumnus, diuersi diuersa sentiunt. S. QVETIF *Script Ord. Praedic.* T. I. p. 485 TRITHEM, *Script. Eccles.* KOEHLERS *Abhandlung vom Pabst* IOHANN *XXI.*

XXXIII. *Copulata tractatuum paruorum logicalium.* in 4.

Verba ista tantum in prima pagina folii primi impressa habentur. Folio secundo his verbis opus incipit: *Circa initium tractatuum paruorum logicalium.* Constat illud decem plagularum fasciculis. Desunt initiales litterae, custodes, & paginarum numeri. Typus idem est, quo immediate praecedens opus impressum. In prima folii 87 pagina *Copulata tractatuum paruorum logicalium iuxta processum magistrorum regentium in domo magistri lamberti de monte sacre theologye professoris eximii expliciunt feliciter.*

LAMBERTVS iste, auctor huius operis, natione Burgundus, patria Autissiodorensis, ordinis Praedicatorum Alumnus, ex primis, & antiquioribus Autissiodorensis domus fodalibus fuit. Floruit seculo XIII. QVETIF. T. I. *Script. Ord. Praedic.* 906.

Haec duo opuscula Coloniae, & forsan apud ipsos Praedicatores fuisse impressa, inde colligo, eoquod ibidem in Bursa Montis fuerint praelecta.

XXXIV. Helwici Teutonici Ord. Praedic. Libri X. de exemplis, & similitudinibus rerum. in fol.

Hoc magnae molis opus gothico charactere in duabus columnis chartae firmae, sed minus politae impressum 84 constat plagularum fasciculis, qui vel terni, vel quaterni, vel quinterni, & litteris a - z. A - Z. Aa - Pp. & numeris 1 - 3 signati sunt. Initiales litterae partim sunt penitus omissae, partim paruis indicatae. Paginarum numeri & custodes desiderantur. Praeter punctum nullum aliud distinctionis signum occurrit.

Operi index generalis alphabeticus praemissus est, in cuius fronte sic legitur: *Incipit tabula vniuersalis totius libri subsequentis. qui intitulatur de similitudinibus rerum secundum ordinem litterarum alphabeti. vbi vnumquodque inueniendum sit euidenter ostentans.* Quarta columna folii 13 impressi illa desinit. In fronte operis sequentia habentur: *Incipit opus perutile & validum predicatoribus de quacunque materia dicturis. venerabilis atque doctissimi magistri helwici teutonici professoris sacre theologie ordinis predicatorum. quod intitulatur ab actore liber de exemplis & similitudinibus rerum.* Deinde sequuntur tres prologi, quos capitulorum argumenta, & exemplorum tabula primi libri excipiunt. Tabulae istae reliquis quoque libris sunt praefixae. Secunda columna folii quinti primum inchoat capitulum. Tertia folii 116 columna, linea 13 *Explicit liber primus de similitudinibus rerum.* Quarta vltimi folii columna *Explicit liber decimus & vltimus de exemplis & similitudinibus rerum intitulatum In quo similitudines inter creaturarum proprietates & inter virtutes & vitia ceteraque de quibus in sermonibus mentio fieri solet reperte pulcerrime declarantur.*

Hoc opus Coloniae per *Ioannem* KOELHOFF fuisse impressum, characteres nos docent, qui plane iidem sunt, quibus ille anno 14 5 S. THOMAE *quaestiones de veritate* excuderat.

Hac de editione mentionem facit QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 528, 29. qui & duas alias ad finem seculi XV euulgatas memorat; vna Venetiis anno 1497, & altera Basileae anno 1499 in lucem prodiit. BAVR T. II. *Bibl. Vniuers.* p. 89 editionis Sublaci anno 1464 impressae meminit, quam tamen merito *editionem chimaericam impostoris cuiusdam* adpellat.



Operis huius auctor *Ioannes* de SANCTO-GEMINIANO laudatur a TRITHEMIO, CAVEO, & QVETIF, qui sequentia de isto differit: „ Nomen *Helwici Teutonici* fictitium esse, & a „ nostro *Ioanne* de SANCTO-GEMINIANO forsan occultare se volente adoptatum patet ex „ ipsomet opere; nam qui se HELWICUM et Teutonem praestat in fronte, in decursu operis „ seipsum prodidit. Sic enim habet L. 6. c. 52. circa medium: *Sicut accidit in terra origi-* „ *nis meae, scilicet in Castello Santigeminiani, quod est in partibus Tusciae quindecim milliariis* „ *distans a ciuitate Senarum.* Haud dubie id sciuerunt, qui sequentes post primam lauda- „ tam editiones curarunt, in quibus omnibus licet in prologo id nomen *Helwici Teutonici*, „ vt auctoris legatur, titulus a SANCTOGEMINIANO ceu vero ac genuino scriptori adserit.

IOANNES iste a patria a *Sanctogeminiano* dictus, quem alii de *Goro* vel *Gorinum* a familia nuncupant, natione Etruscus, Geminiani fani primam adspexit lucem, & Senis ordini S. DOMINICI nomen dedit. Claruit circa initium seculi XIV. Plura ingenii sui monumenta, quae QVETIF l. cit. recenset, posteritati reliquit.

XXXV. S. Ioannis Chrysostomi Epistola ad Cyriacum Episcopum. XXV. Sermones morales, & epistola ad Theodorum Monachum. in fol.

Constat hoc opus 48 foliis, eodemque typo impressum est, quo anno 1487 *Ioannes* KELHOFF Coloniae eiusdem S. Doctoris homilias super MATTHAEVM excuderat, vnde ex eadem quoque officina illud in lucem prodiisse, colligendum erit. Quaevis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaevis 45 exhibet lineas. Desunt custodes. Initiales litterae paruae sunt adiectae, plagularum fasciculi numeris insigniti, & folia, exceptis octo prioribus, numeris notata.

In prima pagina folii primi haec maiusculis litteris impressa leguntur: *Ioannis Chrysostomi Epistola ad Cyriacum episcopum & exulem Quinque & viginti sermones morales Epistola ad Theodorum monachum.* Folio sequenti incipit *Epistola Chrysostomi ad Cyriacum episcopum*, cui eiusdem dedicatio *Leodrisii* CREBELLI, qui eamdem latine reddidit, ad *Aeneam* SYLVIVM praemissa est. Quarta columna tertii folii linea nona definit epistola, quam *Sequuntur Sermones Morales quinque & viginti Iohannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani.* Haec verba excipit *Chrystophori* PORSENAE, quem alii ordinis Eremitarum S. GVILELMI, alii S. AVGVSTINI Monachum dicunt, epistola dedicatoria ad *Marcum* BORBONEM Venetum Cardinalem S. MARCI, quam prologus, alphabeticus materiarum index, & sermonum tabula sequuntur. In fronte primi folii sermonum legitur: *Sermones beati Chrysostomi quinque & viginti per Christoferum personam & priorem sancte Balbine nuper e greco in latinum traducti ac Reuerendissimo domino domino Marco Barbo & veneto Cardinali sancti Marci viro omni laude cumulato dedicati & inscripti Quorum primus contra auaritiam siue pecuniarum amorem.* Terminantur isti prima folii 37 columna, linea 18. Secunda columna incipit *Epistola eiusdem Iohannis Chrysostomi ad quemdem nobilem Theodorum in qua reuocat ad cenobium.* Folii 40 secunda columna *Explicit Epistola Chrysostomi.*

LIBRI ESLINGAE PER CONRADVM FINER IMPRESSI.

XXXVI. Henrici de Gorichem tractatus de Praedestinatione & Reprobatione. II. Eiusdem tractatus de Simonia. III. Ioannis de Mechlinia determinatio quotlibetica. IV. Iacobi Carthusiani tractatus de valore & vtilitate Missarum

Miſſarum pro defunctis. V. Ioannis de Mechlinia determinatio, vtrum perfecta Dei opera poſſint impediri doemonis malitia. in fol.

Diuerſi hi tractatus 28 foliis contenti, gothico ac minuſculo charactere, & quidem eodem ſunt impreſſi, quo *Conradus* FINER anno 1474 S. THOMAE *Poſtillam* in IOB euulgauit, & quem tabula V primae parti adnexa. N. IV. exhibet, ex quo, eosdem ab illo in lucem fuiſſe emiſſos, colligi poteſt. Initiales litterae nullae conſpiciuntur, nulli cuſtodes, aut paginarum numeri, nullaeque ſignaturae. Charta eſt firma admodum, & alba, ſed minus polita.

In fronte primi tractatus legitur: *Tractatus de predeſtinacione & reprobacione diuina Magiſtri henrici de gorichem ſacre theologie profeſſoris &c.* Deinde incipit prologus, quem auerſa folii ſecundi pagina prima excipit propoſitio. Prima folii noni pagina *Explicit tractatus de predeſtinacione & reprobacione diuina compilatus per venerabilem virum henricum de gorichem in artibus magiſtrum. ac ſacre theologie profeſſorem eximium in alma vniuerſitate ſtudii colonienſis. Anno Domini* M. CCCC. LXXIII., quo forſan anno in lucem prodiit, quod omnes etiam antiquitatis notae admittunt & finalis ſubſcriptio operis Iacobi Carthuſiani adfirmare videtur. In auerſa eiusdem *Incipit tractatus magiſtri gorichem de ſymonia circa ſepulturam accidente*, qui prima folii 18. pagina, linea 25 terminatur.

In auerſa eiusdem pagina *Incipit determinacio quotlibetica Magiſtri iohannis de mechilinia doctoris eximii*, quae prima folii ſequentis pagina, linea 12 his verbis definit: *Explicit determinacio quotlibetica magiſtri Iohannis de Mechilinia doctoris eximii colonien.*

Auerſam eiusdem folii contenta opuſculi ſequentis occupant. Folio viceſimo ipſum opuſculum hoc titulo incipit: *De valore & vtilitate miſſarum pro defunctis celebratarum per ſacre theologie profeſſorem Iacobum ordinis Carthuſien. edita.* Terminatur prima folii 26 pagina, linea 14, cui ſubiectum legitur: *Et ſic eſt finis huius operis. anno* CCCC. LXXIIII.

In folii eiusdem auerſa incipit IOANNIS de *Mechlinia* determinatio, vtrum perfecta Dei opera poſſint impediri doemonis malitia. Finitur auerſa pagina folii 28, linea 22., cui ſubnexum habetur: *Explicit determinacio Eximii & diſertiſſimi doctoris ſacre theologie Magiſtri iohannis de mechilinia habita in vniuerſitate colonien. in ſcolis artiſtarum in quotlibet.* Editio ſane rariſſima, & Bibliographis parum nota.

XXXVII. Lehre von der Liebe Gottes. in fol.

Opuſculum iſtud 44 abſoluitur foliis, nullas exhibens ſignaturas, nullos cuſtodes, nullosque paginarum numeros. Lineae in quauis pagina triginta numerantur. Initiales litterae ligno inciſae occurrunt. Typus eſt gothicus maiuſculus ac pinguis, & plane idem, quo *Conradus* FINER Eslingae anno 1477 opus *Stella Meſchiah* adpellatum, & quem tabula V. primae parti adnexa, N. III. repraeſentat, expreſſerat.

In fronte operis legitur: *Das buch lert vns wie got vnſern herren ſöllen lieb haben über alle ding.* Tum prologus his verbis incipit: *In ainem waren criſtenlichen gelouben in ſtetter hoffnung, vnd in ainer volkomen liebe behalt vns der barmhertzig got amen.* Prima folii ſecundi pagina, linea ſexta, prologo abſoluto, inchoat primum capitulum, quod auerſa eiusdem folii pagina, linea 21 definit. Folii 41 prima pagina, linea 47 capitulum viceſimum ſecundum & vltimum terminatur. Auerſa eiusdem incipit index, ſeu capitulorum argumenta, quae prima folii 44 pagina his verbis definunt: *Deo gracias.*



Editio haec est rarissima, & merito bibliothecarum cimeliis adnumeratur, cum nec ipse indefessus teutonicarum editionum indagator Cl. PANZER vllam de ea notitiam sibi adquirere potuit.

LIBER A MICHAEL REYSER IVXTA CHARACTERES IMPRESSVS.

XXXVIII. *Vocabularius de partibus indeclinabilibus*, in 4.

Verba ista in prima pagina folii primi maiusculis litteris impressa leguntur. Folio secundo *Incipit Vocabularius de partibus Indeclinabilibus.* Haec immediate sequitur prologus, quem auersa eiusdem, linea nona ipse vocabularius excipit. Constat iste duodecim plagularum fasciculis, qui litteris a - m. sunt signati. Quaevis pagina 31 compectitur lineas. Praeter punctum nullum aliud obseruatur distinctionis signum. Initiales litterae nullae adparent, nulli paginarum numeri, aut custodes, nullaeque paginarum inscriptiones. Cuilibet litterae breuis praefixa habetur praefatio. Typus est omnino idem, quo *Michael* REYSER Eustadii anno 1484 breuiarium Eustettense impresserat, & qui tabula V. N. V. conspicitur. Terminatur hic vocabularius prima folii 85 pagina, linea vndecima, cui epilogus, vndecim lineis contentus, subiectus habetur.

LIBER AB ANDREA BELFORTIS FERRARIAE IMPRESSVS.

XXXIX. *Pliniana defensio Pandulphi Collenucii Pisaurensis iurisconsulti aduersus Nicolai Leoniceni accusationem*, in 4.

Titulus iste in prima pagina impressus legitur. In auersa eiusdem folii primi habetur *Lucae Ripae Regiensis* carmen ad praefens opus, vt in lucem prodeat. Folia duo sequentia & quarti primam paginam operis index, & errata occupant. Auersa eiusdem sequens tetrastichon legitur:

I, liber atque animis studiosae illabere turbae,
Cuius amat casto plinius ore legi.
Securus quaecunque tuo datur alea fato,
Sit satis officii quod pia causa tui:
Verum age: deposito fastu contemptor: & auram
Et plausum, & morsus despice vaniloquos.

Pandulphus.

Folii quinti primam paginam PANDVLPHI epistola dedicatoria ad HERCVLEM Estensem Ferrariensium Ducem implet. Auersa eiusdem folii incipit *Pandulphus. Collenucius. Pisaurensis. Iurisconsultus Pro Plinio Aduersus Nicolai leoniceni accusationem.* Terminatur illius defensio auersa folii 46 pagina, linea 14, cui subiectum legitur litteris capitalibus impressum: FINIS DEFENSIONIS. Interuallo exiguo interiecto, sequentia leguntur: *Pandulphus Collenucius Pisaurensis Iurisconsultus Studiosis Salutem.* Materia huius epistolae sequens est: *Quot qualesue loci sint in Plinianis castigationibus viri Eruditissimi Hermolai Barbari: qui ad Plinianam defensionem nostram pertineant.* De his HERMOLAI castigationibus ad finem ita differit: *Haec sunt quae super Plinianis Hermolai castigationibus* (*quantum ad Plinianam defensionem nostram pertinet*) *dicenda fuerant. Illud autem testamur quod in iis discer-*

discernendis diiudicandisque aequiorem aut doctiorem arbitrum quam Hermolaum ipsum nobis speramus aut facimus neminem. FINIS. Ad calcem operis sequens notitia habetur:

Vt sese ostendat populos defensus in omnes
Plinius: Et teneat quem solet ante locum:
Ferrariae Andreas Belfortis gallicus istud
Praestitit impressi codicis officium.

Ex hoc carmine patet, praesens opusculum Ferrariae per *Andream* BELFORTIS, qui ab anno 1471 - 1493 innotescit, typis euulgatum esse. Memiuit quoque huius editionis MAITTAIRE T. IV. P. II. p. 757.

Constat istud 52 foliis, estque gothico charactere impressum. Custodes & paginarum numeri desiderantur. Initiales litteras paruas, & signaturas adiecit typographus. Distinctionis signa obseruantur punctum & colon.

Pandulphus COLLENVCIVS, natione Italus, patria Pisaurensis, Iurisconsultus, & Orator ingenio peracri atque eruditione, apud *Ioannem* SFORTIAM Pisaurensium Tyrannum, qui deprehensis litteris offensus, ignouisse se ei fidem fecerat, strangulatus est in carcere anno 1500. FABRIC. *Bibl. med. & infim. Latin.* T. I. p. 399.

LIBER FLORENTIAE IMPRESSVS.

XL. Platonis opera a Marsilio Ficino latine reddita, commentariisque illustrata. Florentiae per Laurentium Venetum, in fol. T. II.

Haec editio tum characterum gothicorum elegantia, tum chartae albedine ac firmitate, tum marginum amplitudine haud parum superbit.. Initiales litterae partim sunt omissae, partim paruae adiectae. Plagularum fasciculi litteris sunt insigniti, custodes vero & paginarum numeri desiderantur. Tituli in superiori margine typo romano sunt expressi. Distinctionis signa omnia obseruantur. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas, quarum quaelibet 46. lineas exhibet.

Primus tomus 209 foliis constat. Prima pagina folii primi vacua est; in auersa incipit *Prohemium Marsilii ficini florentini in libros Platonis ad Laurentium medicem Virum Magnanimum.* Terminatur idem quarta folii secundi columna, linea sexta. Folia quatuor sequentia PLATONIS vita complectitur. In fronte septimi folii haec legitur notitia: *Tabula librorum platonis a Marsilio ficino florentino traductorum. Item insunt partim argumenta, partim autem commentaria: per eundem Marsilium in libros eosdem composita.* Tabula ista primam occupat columnam, ad cuius finem haec habentur: *Primi decem libri ad Cosmum medicem, ex reliquis autem nouem quidem ad Petrum medicem: septem vero atque triginta, imo vero cuncti ad Laurentium medicem.* Secunda columna versionis auctor Censores, quos adhibuit, enumerat. Folio octauo ipsum opus sequenti inscriptione incipit: *Marsilii Argumentum in Hipparchum.* PLATONIS GORGIAS huic volumini tertia columna folii 209, linea 41 finem imponit.

Tomus secundus 349 foliis contentus his verbis initium sumit: COMMENTARIVM MARSILII FICINI FLORENTINI IN CONVIVIVM PLATONIS DE AMORE. CAPITVLVM. I. Decimum septimum capitulum finitur quarta folii 28 columna, linea 25, cui subiectum legitur:

FINIS.

Impressum florentie per Laurentium venetum.

Folio 29 initium sumit ipsum *Platonis Conuiuium de Amore. A marsilio ficino translatum ad Laurentium Medicem Virum Clarissimum. Persone dialogi. Apollodorus. familiares*

 apollodo-



apollodori. Glaucon. Aristodemus. Socrates. Agathon. Phedrus. Pausanias. Erixymacus. Aristophanes. Diotima. Alcibiades. Tertia columna folii 335 *Epistolarum Platonis finis.* His dein legitur subnexum: *Impressum Florentie per Laurentium Venetum.* Folia quatuordecim sequentia *Emendationes errorum librarii iuxta numerum cartarum atque columnarum* comprehendunt. Ad finem *Naldi* NANDII florentini epigramma in huius operis laudem legitur.

Editio haec rarissima, ac omnium prima laudatur a BAVR, DENIS, & SCHELHORN, qui ex epistola dedicatoria, illam intra annos 1480 — 1490 in lucem prodiisse, colligit.

PLATO Philosophus insignis, sectae academicae Princeps, ARISTONIS & PAREDONIAE Filius, ex humerorum latitudine sic dictus, cum antea ex aui nomine ARISTOCLES diceretur. Hic adhuc adolescens palaestra se exercuit: picturae operam dedit, tragoediasque & poemata quaedam scripsit, post haec ad SOCRATEM se contulit, sub quo breui tantum in philosophia profecit, vt non immerito *Diuinus Plato*, & *Philosophorum Homerus* fuerit adpellatus. Anno aetatis 81 placidissimo decessit obitu ante C. N. 347 vel. 348. BLOVNT Cens. celebr. Auct. p. 19.

Marsilius FICINVS natione Italus, patria Florentinus, in omni Philosophiae genere versatissimus, LAVRENTII ac COSMI *Medicum* fauore suffultus PLATONIS, cuius Philosophiam ingenti studio coluit, scripta per quinquennium in latinam transtulit linguam, commentariisque illustrauit, ob quod solum, si nihil aliud fecisset, nominis immortalitatem meritus fuisset. Claruit anno 1480. WARTHON in *Adpend.* ad CAVEVM p. 201.

LIBRI LOVANII IMPRESSI.

XLI. Regimen Sanitatis Salernitanum. II. *Arnoldi de VILLA NOVA* Tractatus de conseruatione corporis seu de regimine Sanitatis. Louanii per Ioannem de Westfalia. in 4.

Opus istud septemdecim plagularum fasciculis contentum, gothico charactere, & quidem eodem, quo idem tyographus anno 1486 MAGNINI *Regimen sanitatis* excuderat, impressum est. Desunt initiales litterae, custodes & paginarum numeri. Scholae salernitanae praecepta, leoninis versibus scripta, maioribus litteris sunt expressa.

In fronte operis legitur: *Regimen sanitatis salernitanum necnon & magistri Arnoldi de noua villa feliciter incipit.* Sequitur deinde:

Anglorum regi scripsit scola tota salerni.
Si vis incolumem si vis te reddere sanum.
Curas tolle graues. irasci crede prophanum.
Parce mero. cenato parum. non sit tibi vanum.
Surgere post epulas. somnum fuge meridianum.
Non victum retine nec comprime fortiter anum.
Hec bene si serues tu longo tempore viues

Commentarii auctor tum ita prosequitur: *Iste est libellus editus a doctoribus salernienfibus in quo inscribuntur multa & diuersa pro conseruatione sanitatis humanae. & editus est liber ad vsum regis Anglie.* Rex hic fuit ROBERTVS Normanniae Dux. GVILELMI I. Conquestoris Regis Angliae Filius, qui eiusdem regni Regis titulum gerebat, propterea, quod regiam Angliae dignitatem sibi vindicabat contra GUILELMVM Rufum fratrem. Illum autem e bello sacro reducem consuluisse, memorant scriptores, scholam medicorum salernitanam, tunc temporis celebratissimam, de vulnere gangraenoso, quod brachio illius dextro in obsidione



ßdione Hierosolimitana telo venenato inflictum erat. Prima pagina folii 71 linea 20 regimen sanitatis finitur, cui maioribus litteris impressum legitur subiectum:

Hoc opus optatur quod flos medicine vocatur.

Auersa eiusdem pagina *Incipit liber de conseruatione corporis seu de regimine sanitatis compositus per Magistrum Arnoldum de villa noua.* Folii 132 auersa pagina *Explicit regimen sanitatis compositum seu ordinatum a magistro Arnoldo de villa noua Cathalono omnium medicorum viuentium gemma. Impressum Louanii In domo magistri Iohannis de Westfalia.*

In schola Salernitana, cuius communi consilio opus istud circa annum 1100 conscriptum dicitur, erant tunc temporis celeberrimi doctores IOANNES de *Mediolano*, *Ioannes* de S. PAVLO *Platearius*, SALADINVS de *Esculo*, GVILELMVS *Placentinus*, *Hieronymus* BALDVINVS *Beneuenutus*, GRAPHAEVS de *Jerusalem*, *Franciscus* ALPHANVS, ROGERIVS, IOANNES & GVALTERVS Salernitani &c. Conf. FREYTAG *Adpar.* II. p. 942 cum ibidem citt. vbi alterius editionis nostra posterioris, & anno 1491 typis excusae mentio habetur.

Arnoldus de VILLA NOVA natione Gallus, patria Catalanus, Arabicae, Hebraicae & & graecae linguae adprime gnarus, astronomiae, ac medicinae studiosissimus fuit. Vt haeresis suspectus inquisitionis tribunal effugeret, ad FRIDERICVM Siciliae Regem fugiens, ab illo in Franciam ad CLEMENTEM V. S. P. sanandum missus, in mari anno 1310 obiit, Genuae sepultus. GESNERI Bibl. fol. 93. IOECH. *Lex T. I.* col. 559.

XLII. Boni Accursii compendium elegantiarum Laurentii Vallensis, Louanii per Ludouicum Rauescot. in 4.

Compendium istud gothico charactere impressum 62 foliis constat, nullas exhibens initiales litteras, aut custodes, nullosque paginarum numeros. In fronte operis legitur: *Bonus accursius pisanus Salutem dicit plurimam Magnifico Equiti Aurato Et sapientissimo ac primo ducali Secretario Ciecho Simonete.* In hac epistola dicit auctor, se ex libris elegantiarum *Laurentii* VALLE ea excerpsisse, quae illi pulchriora ac magis adcommodata ad communem scribendi ac dicendi vsum visa fuissent. Commendat deinde & opus, & semetipsum. Epistola dedicatoria absoluta, in eadem pagina incipiunt *Laurentii Vallensis viri clarissimi elegancie ad breue quoddam ac perutile redacte compendium.* Ad calcem huius opusculi legitur: *Finis compendii Elegantiarum disertissimi viri Laurentii vallensis. Impressi in alma vniuersitate Louaniensi. Per me Ludouicum rauenscot.* His subiecta est figura ligno incisa, B. V. MARIAM & Angelum incarnationis mysterium annuntiantem exhibens.

Hac de editione altum est apud Bibliographos silentium; immo de ipso typographo MAITTAIRE nullam habuit notitiam, ex quo insignis eiusdem raritas elucescit.

LIBRI MEMMINGAE PER ALBERTVM KVNE DE DVDERSTAT IMPRESSI.

XLIII. *Tractatus de ruine ecclesie planctu.* Memmingae in 4.

Verba ista in prima pagina folii primi maiusculis litteris impressa leguntur. In auersa eiusdem *Incipit planctus ruine ecclesie latino simul & vulgari ydeomate richmico seu versifico modo compositus.* Hoc carmen latino ac germanico idiomate simul ita compositum est, vt vnum sine altero nullum omnino sensum efficiat. Itaque vt lectores de eodem, ac de ra-

rilli.a



rissima hac in duabus linguis versus componendi methodo cognitionem hauriant, integrum auctoris prologum, in quo ille creaturam ad planctum & fletum hortatur, hic adscribam.

Celum terra maria, Vnd alle creatur.
Tabescant tremant defleant, Darzu die ganz Natur.
Non cessent cordis oculi, Die haissen zecher rinnen.
Ruinam hanc dum audiunt, Den lesen oder singen.
Creatrix rerum omnium, Hailige triualtigkait.
Nostris affis gemitibus, Höchste barmhertzikait.
Acceptum tibi effice, Alles das ich hie sag.
Fac omnibus proficuum, Den iamer den ich klag.
Auscultent corda saxea, Ihr grosse hertikait.
Lumen precentur gratie, Treulich mit Hertzen laid.
Vt parcat & illuminet, Durch sein hailigen Nam.
Alpha bonorum omnium Mit dir so heb ich an.

Dein deflet in genere omnis status lapsum, & tandem ad statum ecclesiasticum descendit.

Hoc opusculum octo constat foliis. Character, quo impressum, est gothicus a tabula III. N. I. exhibitus. Paginarum numeri, & custodes desiderantur. Argumenta hinc inde inserta minori sunt expressa typo. Textum latinum distinctionis signum coma a germanico distinguit. Terminatur opus auersa folii octaui pagina, & vltimi quatuor versus ita sonant:

Vt cum sic mors aduenerit, Wann vns nichtz gewisers ist.
In qua nos mundus deserit, Vnd alles was in ir ist.
Rex letus nos suscipiat, Der aller richter ist.
Maria hoc nobis impetra, Der sünder trost du bist.

His legitur subiectum: *Impressus Memmingen.* Hac de editione rarissima nec SCHELHORN nec PANZER, nec van der HARDT, nec GERKES, licet hi duo posteriores integrum opusculum iuxta antiquum, ast a nostro diuersum eoque posterius, exemplar typis euulgarunt, notitiam habuerunt.

XLIV. Aeneae Silvii Historia Europae. in 4.

Integrum hoc opus, gothico charactere impressum, 185 foliis constat. Initiales litteras paruas adiecit typographus, plagularumque fasciculos litteris signauit. Desunt custodes & paginarum numeri. In quauis pagina 33. numerantur lineae.

In prima pagina folii primi sequentia tantum maiusculis litteris impressa habentur: *Aeneas Siluius in Europam.* Auersam paginam *Michaelis* CHRISTAN Constantiensis Presbyteri & Capellani in Bernrain epistola dedicatoria ad OTTONEM Episcopum Constantiensem occupat. In fronte secundi folii legitur: *Reuerendissimi patris domini Enee de picolhominibus cardinal. S. Sabine de his que sub Cesare Friderico tertio per Germaniam gesta sunt, Cum locorum descriptione ad dominum Anthonium cardinalem Hilerden.* Ad dedicationis finem sequentia habentur: *Edidi igitur breuem hystoriam, tuoque nomini dedicavi, Qui cum pari morbo mecum labores, facile inter podagrandum scripta mea & leges & iudicabis. Fuisse fateor opere precium ab initio potius etatis nostre in hoc enim vsque rerum gestarum historiam texere. Quemadmodum menti mee sepe insedit. Sed ea non erat vnius podagrationis & presertim ieiunio quadragesimali occurrentis lucubracio, Amat edes nostras ipsa podagra, nec tam recedit quam reuertitur libens. fortasse & huic intentioni aliquando subseruiet. Tu vale & si quid acerbius in quemquam scriptum offenderis. non tam mee nature quam stimulis*

podagre

podagre vrgentis adscribe, Et quidquid inscite. inepte. absurde occurrerit. sumpto calamo dele. Ex vrbe Roma quarto Kal. Aprilis Anno domini Millesimo quadringentesimo octauo. Auersa folii eiusdem pagina, linea sexta ipsa historia absque titulo his verbis incipit: *Que sub Friderico tercio eius nominis imperatore apud Europeos, aut qui nomine christiano censentur insulares homines gesta feruntur memoratu digna mihique digna tradere posteris quam breuissime libet commiscebimus &c.* Terminatur haec historia auersa folii 85 pagina, linea 33, absque finali quadam subscriptione.

Historiam istam ab *Alberto* KVNNE Memmingae ante annum 1491, quo OTTO Episcopus, cui ista inscripta fuit, mortem obpetiit, typis fuisse excusam, ex *Michaelis* CRISTAN dedicatione patet; in ista enim ait, se antiquiores editiones ad eiusdem typographi instantiam perlustrasse, ac praesentem haud exiguo conatu confecisse. SCHELHORN de ista nullam habuit notitiam. GEMEINER eamdem *in den Nachrichten &c.* p. 285 descripsit.

XLV. Andreae Hispani modus confitendi. Adcedunt orationes ante & post Missam seu S. Communionem dicendae, in 12.

Opusculum istud, eodem charactere, quo immediate praecedens impressum, 58 foliis comprehenditur. Caret initialibus litteris, custodibus & paginarum numeris. Signaturae occurrunt. In prima folii primi pagina legitur: *Confessio generalis optima & compendiosa que speculum confitentium dicitur cum deuotis orationibus ante & post missam, seu sanctam communionem dicendis.* In auersa *eiusdem incipit Modus confitendi optimus & compendiosus, siue generalis confessio edita per reuerendum in Christo patrem dominum Andream hyspanum sancte romane ecclesie penitentiarium episcopum ciuitatensium &c.* Fuit quoque, vt ipse auctor in prologo nos docet, Episcopus Aiacensis, & Megarensis, ordinis S. BENEDICTI Alumnus. Prima folii 58 pagina, linea 22 his verbis terminatur: *Laus Deo.*

Saltem anno 1496 hoc opusculum in lucem prodiisse, inde colligi datur, eoquod *Petrus* BERCKMAIR idem eodem anno Bibliothecae nostrae dono tradidit. Neque de hac editione SCHELHORN mentionem fecit.

XLVI. S. Cypriani Episc. & Mart. Libri & epistolae. in fol.

Libri isti & epistolae septemdecim plagularum fasciculos, litteris insignitos, quorum quindecim priores quaterni, duo vero posteriores terni sunt, complectuntur. Typus videtur mihi plane idem, quo immediate praecedens opusculum est impressum. Desunt initiales litterae, custodes & paginarum numeri. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas, quae potissimum 46 lineas exhibent.

Primum folium index tam librorum quam epistolarum occupat. In huius capite legitur: *Cecilii Cipriani Episcopi Cartaginensis & martiris dignissimi libri & epistole Incipiunt feliciter.* Folio secundo *Incipiunt libri Cecilii Cipriani episcopi cartaginensis confessoris ac martiris dignissimi.* Quarta columna folii 89, linea 24 libri desinunt. Deinde linea 25 *Incipiunt Epistole Cecilii Cipriani episcopi carthaginensis confessoris & martiris dignissimi ad cornelium papam & prima de confessione feliciter.* Epistolae numerantur quinquaginta quinque. Secunda columna folii 131 *Expliciunt Epistole Cecilii Cipriani Episcopi carthaginensis confessoris & martiris dignissimi.*

Tascius Caecilius CYPRIANVS Carthagine a parentibus Ethnicis natus, artis oratoriae professione clarus mediante CAECILIO Presbytero Carthaginensi a gentilium errore ad fi-



dem Christi, 'circa annum 246, vt annalium Cyprianicorum auctor autumat, transiit; mox omnibus bonis, quibus abundabat, venditis, & in pauperum vsus erogatis summopere in vitae sanctitate ac christiana doctrina profecit, ita vt iam anno 247 exeunte, presbyter Carthaginensis creatus, ac anno insequente, & iam adulto omnium voto diu reluctans ad episopatus cathedram effectus sit. Plurimum pro ecclesiastica disciplina, ac episcopali potestate laborauit, ac scripsit; tandem sub Imperatoribus VALERIANO ac GALIENO, octauam persecutionem mouentibus, anno episcopatus sui decimo, Christi vero 258 capitis damnatus est, Proconsule decretum ex tabella recitante: TASCIVM CYPRIANVM GLADIO ANIMADVERTI PLACET.

XLVII. Quaestio: Vtrum, quemadmodum ante secundum Christi aduentum Antichristus homo iniquissimus est reuelandus, ita post finale iudicium ipse cum suis complicibus in inferno aeternaliter sit cruciandus? Memmingae, in 4.

Praesens quaestio, vti in prologo huius opusculi legimus, ad petitionem multorum tam religiosorum, quam secularium contra triplicem errorem in quotlibeto studii Erfordiensis anno 1496 determinata est. I. contra illos, qui diem nouissimum calculare & determinare praesumunt, & contra hos prima posita est conclusio. II. contra quemdam tractatum, in quo *Antichristum*, *Enoch* & *Heliam* personaliter venturos, negatur, & *Mahomet* verum & personalem Antichristum fuisse, adfirmatur. III. Contra quemdam auctorem, qui probare nitebatur, regnum coelorum aliud esse, quam visionem Dei, & reproborum damnationem eiusdem priuationem, ex quo concluditur, nullum esse locum, vbi recipiantur beati, nullumque, in quo colligantur damnati.

Hoc opusculum sex plagularum fasciculos, litteris signatos, complectitur. Caret litteris initialibus, custodibus, & paginarum numeris. Typus est gothicus minusculus. Quaeuis pagina 33 exhibet lineas. Prima folii primi pagina vacua est. Auersam occupat prologus, cuius initium ita sonat: *Sequens questio determinata est in quodlibeto studii Erffordiensis Anno* 1486 *post Bartholomei &c.* Folio secundo ipsum opus incipit. Ad calcem eiusdem sequentia habentur:

Et tantum de ista questione
Cum suis problematibus.
Impressum Memmingen.

XLVIII. *Gesta Christi.* Memmingae. in 4.

Haec solummodo verba in prima pagina leguntur. Folio secundo *Incipiunt Gesta Christi*, duobus plagularum fasciculis, qui terni sunt, contenta, ac eodem charactere, quo immediate praecedens opus, impressa. Custodes & paginarum numeri desiderantur. Initiales litteras paruas, & signaturas adposuit Typographus. Prima pagina folii duodecimi, linea 33 *Expliciunt Gesta Christi Impresse Memmingen.*

XLIX. Capitulum de retentione decimarum. Memmingae per Albertum Kunne. in 4.

Vnico tantum plagularum fasciculo, qui quaternus est, & littera A insignitus, hoc capitulum constat. Charactere eodem, quo praecedentia, papyro mundae ac firmae, in qua



qua amplae conſpiciuntur margines, impreſſum eſt. Reliqua forma externa cum immediate praecedente in omnibus conuenit. In fronte primae paginae legitur: *Incipit Capitulum de Retentione decimarum vbi agitur quomodo & ſi excuſantur non dantes decimas.* Auerſa folii ſeptimi pagina *Explicit capitulum de Retentione decimarum &c.* Huic adiecta ſunt 25 *priuilegia Clericorum*, quae prima folii 8 pagina, linea 34 finiuntur, & dein legitur ſubnexum: *Impreſſus Memmingen per Albertum Kunne.*

L. Tractatus de arboribus conſanguinitatis, Adfinitatis, cognationis ſpiritualis & legalis. in fol.

Integrum hoc opuſculum, charactere eodem, quo immediate praecedens, impreſſum, ſeptem foliis conſtat. Deſunt cuſtodes, ſignaturae, & paginarum numeri. Initiales litterae paruis ſunt indicatae. Singulae paginae duas exhibent columnas. Auerſa folii primi pagina figuram primae arboris repraeſentat. Folio ſecundo eiusdem explicatio incipit. Auerſam paginam tertii folii figura arboris Adfinitatis & eius explicatio integrum quartum folium occupat. Prima folii ſequentis pagina arboris ſpiritualis cognationis figura conſpicitur. Auerſa folii ſexti incipit tractatus de cognatione legali, cuius figura primam folii ſeptimi paginam; auerſam vero alia cognationis ſpiritualis, quae tam ex ſacramento baptiſmi, quam confirmationis oritur, implet.

Hanc editionem ſaltem anno 1485 prodiiſſe in lucem, inde colligitur, eoquod manus coaeua bis in auerſa pagina folii primi eumdem annum rubro colore adſcripſiſſet.

De Auctore huius operis, aliisque eiusdem editionibus iam P. I. pp. 87 88 & 192 mentio facta eſt.

Libri Mogvntiae Impressi.

LI. Sixti IV. P. M. declaratio ſuper indulgentia animabus in purgatorio detentis conceſſa. in fol.

Haec omnia quinque foliis conſtant. Deſunt cuſtodes, ſignaturae, & paginarum numeri. Diſtinctionis ſignum punctum ſolummodo obſeruatur. Character gothicus, ac minuſculus eſt.

In fronte primae paginae legitur: *Sequitur declaratio & determinatio quam felicis recordacionis dominus noſter fecit contra aliquos male ſentientes de auctoritate ſedis ſuper indulgentia pro animabus purgatorii in fauorem tunc tuicionis fidei & nunc totaliter pro ipſa tuicione conceſſa aſſertam indulgentia dictis animabus per modum ſuffragii conceſſa non plus prodeſſe quam elemoſine & orationes aut cetera eccleſie ſuffragia. Quam opinionem talium male opinantium dominus noſter valde miratur & iuſte condemnat prout ex tenore bulle ſequentis apparet quoad dictam materiam de purgatorio. Tenor declaracionis & determinacionis bulle eſt talis.* Sequitur deinde Bulla Sixti IV. quam anno 1467 V. Kal. Decembris edidit. Iſta auerſa pagina folii primi, linea 37 finitur. Folio ſecundo ſequentia tituli loco litteris maioribus impreſſa leguntur: *Sequitur clauſula per quam dominus noſter concedit indulgentiam plenariam animabus in purgatorio exiſtentibus per modum ſuffragii.* Ad finem ſequens habetur notitia: *Sanctiſſimus dominus noſter Innocentius papa octauus & modernus predictas indulgen. vſque ad ſ... Aprilis per quaſdam bullas expeditas in menſe decembris vltime elapſo prolongauit conceſſit & denuo approbauit.*

 Ex



Ex verbis mox relatis patet, hanc declarationem intra annos 1484, quo INNOCENTIVS VIII. fummus Pontifex fuit renuntiatus, vsque 1492, quo e viuis difceffit, in lucem prodiiffe, & quidem Moguntiae ex *Petri* SCHOIFFER officina, vti characteres, fatis oftendunt.

LII. Receffus Capituli ab Abbatibus Ord. S. Benedicti Congregationis Bursfeldenfis Moguntiae anno 1487 habiti, in fol.

Receffus ifte quatuor complectitur folia, & nullas exhibet fignaturas, aut initiales litteras, nullosque cuftodes, aut paginarum numeros. Praeter punctum nullum aliud occurrit diftinctionis fignum. Character eft gothicus maiufculus. Cuiuslibet ftatuti initium litteris miffalibus eft expreffum.

Incipit ifte absque titulo, aut infcriptione his verbis: *In nomine Domini Amen. Nos henricus fanctorum Petri & Pauli Wiefsenburgenfis. Conradus in Wieblingen. Bethramus fancti Gothardi in Hildenfsheim. Iohannes in Selgenftadt Spirenfs. Conftantienfs. Hildenfemenfs. & Maguntinenfs. diocefium, monafteriorum ordinis fancti Benedicti permiffione diuina abbates &c.* Terminatur quarti folii auerfa pagina, linea 35 his verbis: *& fingulorum premifforum rogatus & requifitus.*

Capitulum iftud habitum eft in Monafterio S. IACOBI extra muros Moguntinos fexta menfis Maii anno 1487, quo forfitan eiusdem receffus prelo fubiectus eft, & quidem a *Petro* SCHOIFFER typographo Moguntinenfi, quod typus clare demonftrat.

LIII. Innocentii VIII. S. P. Bulla indulgentiarum pro fubfidiis contra Turcas praeftitis indultarum, in fol.

Bulla ifta quatuor foliis contenta, charactere gothico impreffa eft. Caret cuftodibus, paginarum numeris, & fignaturis. Lineae in quauis pagina 46. numerantur. Incipit ifta absque titulo fequentibus verbis: INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI — Haec verba miffalibus litteris funt expreffa — *Ad futuram rei memoriam Catholice fidei defenfionem & animarum falutem fupremis defiderantes affectibus, ad ea libenter intendimus per que perfidiffimorum Turcorum crudeliffimorum eiufdem fidei hoftium nephanda comprimatur iniquitas, & eorum fera & furiofa dominandi libido compefcatur &c.* Terminatur auerfa quarti folii pagina, linea quadragefima prima. Publicata fuit bulla ifta anno 1488 feptimo Kal. Ianuarii; itaque verifimile videtur, iftam anno 1489 typis fuiffe excufam, & quidem Moguntiae in *Petri* SCHOIFFER officina, vt characteres, qui vixnon iidem funt, quibus opus immediate praecedens impreffum eft, nos fatis edocent.

LIV. Tractatus duo fuper declaratione indulgentiarum conceffarum pro animabus in purgatorio detentis, vnus a Ioanne de Fabrica, alter a Nicolao Richardi compofitus, in fol.

Sex foliis hi duo tractatus, eodem charactere, quo SIXTI IV. declaratio fupra relata, impreffi conftant. Defunt initiales litterae, cuftodes, fignaturae, & paginarum numeri. In fronte primae paginae legitur: *Tractatus compofitus per Reuerendum magiftrum noftrum Magiftrum Iohannem de fabrica ordinis fratrum minorum facre pagine profefforem famofiffimum*

Parifius



Parisius in prefati ordinis scola regentem super declaracione Indulgentiarum concessarum pro animabus in purgatorio. Auersa folii secundi pagina, linea vndetricesima iste finitur. Deinde immediate incipit *Tractatus compositus per Reuerendum magistrum nostrum magistrum Nicolaum richardi sacre pagine professorem famosissimum secularem super eadem materia indulgentiarum tunc in vniuersitate pictauien. famosa Rectorem.* Istum prima folii sexti pagina, linea 15. *Sequitur resolutio summe Anthonini Archiepiscopi florentini*, quae auersa eiusdem, linea 27 terminatur. Aliam horum tractatuum editionem infra recensebimus.

LV. Ioannis Trithemii Catalogus virorum illustrium Germanorum. Adcedit Iacobi Wimpfelingi additio. in 4.

Integrum hoc opusculum, gothico impressum charactere, 167 constat foliis. Litterae initiales partim sunt omissae, partim paruae adiectae. Sex priora folia nec numeris, nec litteris sunt signata; sex vltima illis carent, istis vero sunt instructa. Custodes omnino desiderantur.

In prima folii primi pagina haec rubro colore impressa leguntur: *Cathalogus illustrium virorum germaniam suis ingeniis & lucubrationibus omnifariam exornantium: domini Iohannis trithemii abbatis spanhemensis ordinis sancti benedicti: ad Iacobum Vimpfelingum sletstatinum theologum.* In auersa incipit *Matthaei* HERBENI Traiectensis ad *Iodocum* BEYSELIVM Patricium Aquensem epistola, quae cum digna sit, vt ab omnibus maxime a monasteriorum Antistitibus legatur, magnam eiusdem partem exscribam.

Cum nuper e solo paterno ad vlteriores germanie partes profecturus discedens. ad aquasgrani peruenissem - - - - accepi in mandatis: vt in ea peregrinatione doctissimos quosdam viros, gratia & beneuolentia tibi obstrictos. quos in partibus rheni haberes adirem: & ex tuo nomine salutarem. Postquam igitur eo loci nauigio applicuissem vbi nahus apud pingiones rheno influens. iter per crutzenachum euntibus monstrat ad spanhem: mox euolo e naui: ad trithemium abbatem eius cenobii me accingo: saluto primum deinde litteras tuas trado. Proinde ita ab eo amplector: vt neque lautius neque clementius a magno prelato excipi potuissem. Vbi autem occasio deambulandi concessa est - - - circumfert me: atque ilico in admirandam bibliothecam suam introducit: vbi plurima tum hebrea tum greca volumina intueor. Nam latinorum in omni arte. scientia & facultate ingens copia erat. Demiror itaque vnius hominis in tam variis monimentis consequendis. constituendisque exactam diligentiam. atque vehementer obstupesco: cum in tota germania non existimauerim tantum peregrinorum voluminum extitisse. Nam quinque linguarum (sermone & charactere a se longe distantium) libros in codicibus perantiquis ilic repperi: quos trithemii vigilaus studium non sine multo sudore comportauit. Hoc igitur modo - - - fulcitam inueni spanhemensem bibliothecam. Neque eam solum verum etiam & parietes tocius domus abbacialis (que ampla est) & testudines camerarum. grecis. hebreis. latinis versibus charactéribusque decentissime ornatas aspexi. Quamobrem ego quoque ita mecum reputo. si in germania nostra sacra aliqua grecaue academia sit: ea spanhemense cenobium est: vbi plus erudicionis concipere possis ex parietibus: quam multorum aliorum puluerulentis, atque librorum inanibus bibliothecis. Quicquid enim antiquitatis & erudicionis germania in libris habere potest: monasterium spanhemense trithemio abbate procurante possidet. Deinde enarrat, quomodo in praesentis operis cognitionem peruenisset, ac TRITHEMIVM ennixe obsecrasset, vt efficeret, *ne tanta gloria maiorum nostrorum germania nostra deinceps orba degeret; curaretque primo quoque die officine impressorie mandaretur. Effecturum enim quo ex eius lectione atque imitacione plures sanctos viros & bonarum artium studiosos essemus habituri.*



Epistolam istam excipit *Tabula secundum ordinem Alphabeti in librum de illustribus viris germanie* 10. *trithemii.* Huic auersa folii sexti pagina *Matthaei* HERBENI & *Rutgeri* SICAMBRI epigramata in TRITHEMII, eiusque operis laudem subiecta leguntur. Folio septimo Auctoris epistola ad *Iacobum* WIMPFELINGVM anno 1491 scripta incipit. In ista potissimum exteros redarguit scriptores, qui germaniam quasi sterilem, & bonis artibus vacuam despiciunt; si quid enim virtutis, si quid eruditionis, si quid laudis de nostris apud veteres auctores inuenerunt, ne ad multorum notitiam perueniant, aut citius abrasere, aut sua publicantes nostra omisere. Laudat dein WIMPFELINGVM, & alios, qui praestantissimos Germaniae viros ignorantiae tenebris eripere, eorum heroica, ac praeclarissima facta, ac doctrinam in publicis scriptis celebrare student. Seipsum quoque epistolis, & precibus WIMPFELINGI victum fatetur, vt praesens opus conscriberet, publicaeque fidei faceret. Nec carpendum se existimat, si viros adhuc viuentes debitis exornet laudibus, cum id & a S: HIERONYMO, GENNADIO, multisque aliis factum fuisse, constet.

Auersa folii octaui pagina *Incip't prefatio domini iohannis trithemii abbatis spanhemensis in librum de illustribus viris germanice nationis: ad iacobum. V. Sletstatinum.* Folio sequenti ipse liber initium sumit. Prima pagina folii numero 75 notati *Explicit liber domini Iohannis trithemii abbatis spanhemensis. de viris illustribus germanie.* Auersa vacua est. Folio sequenti inchoat WIMPFELINGI epistola satis prolixa ad TRITHEMIVM in additiones Catalogi Germanorum ex Spira XV. Kal. Octobris anno 1492 data. Additiones istae octodecim viros doctrina insignes complectuntur.

Opusculum istud insigne saltem anno 1496 prelo commissum fuisse, inde patet, eoquod HERBENVS iam anno 1495 19 Cal. Septembris illud imprimendum obtinuerit. *Oliuerius* LEGIPONTIVS in *Histor. litt. Ord. S Ben.* III, c. 3. p. 217. istud iam anno 1495 a PETRO *Fridbergensi* Moguntiae typis euulgatum fuisse scribit. PETRVM istum illud impressisse, characteres nos docent, qui plane iidem sunt, quibus ille TRITHEMII orationem de *cura pastorali* anno 1496 excuderat.

LVI. Ioannis Trithemii oratio de cura pastorali. Moguntiae per Petrum Friedberger. in 4.

Haec oratio gothico impressa charactere, nouem foliis constat, & nullas initiales litteras, nullos custodes, nullosque paginarum numeros ostendit. Distinctionis signa praeter punctum, colonquoque, & interrogationis signum adparent.

In prima folii primi pagina legitur: *De cura pastorali. Oratio ioannis trithemii Abbatis spanhemensis habita in selgenstat in prouinciali capitulo. Anno M. CCCC. XCVI.* Folio secundo ipsa oratio inchoat, in qua abbatibus in capitulo praesentibus persuadere conatur, vt oues sibi commissas *verbo*, *exemplo*, & *alimento* pascant. Ad calcem illius sequens habetur notitia: *Finis orationis de cura pastorali Ioannis trithemii Abbatis spanhemensis ordinis diui patris benedicti: habite per eum in capitulo generali abbatum prouincie maguntine & diocesis bambergensis: in cenobio Selgenstatensi. Anno domini M. CCCC. XCVI. prima mensis maii. Impresse maguncie per Petrum de Friedbergk &c.* Editionis istius meminit Cl. WYRDTWEIN *in Bibl. Mogunt.* p. 132. eamque ad annum 1496 refert.

LVII. Ioannis Trithemii Abbatis liber de statu, & ruina monastici ordinis, in 4.

In primi folii prima pagina legitur: *Ioannis de trittenhem abbatis spanhemensis ordinis sancti benedicti de obseruantia bursfeldensi. liber lugubris. de statu & ruina monastici ordinis: omnibus*



omnibus religiosis ac deuotis viris non minus vtilis quam iocundus. Auersa eiusdem vacua est. Secundi folii primam paginam auctoris epistola ad BLASIVM Hirsaugiensem Abbatem, ad cuius instantiam praesentem conscripsit tractatum, occupat. Auersa eiusdem *Incipit liber penthicus domini Iohannis spanhemensis abbatis de ruina ordinis diui patris nostri benedicti.* Ad calcem operis sequens legitur notitia: *Lectus fuit presens tractatus in capitulo prouinciali ordinis sancti benedicti prouincie maguntine in hirsau celebrato ad mensam anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio dominica Iubilate & diebus sequentibus vsque ad finem: Omnibus autem abbatibus inibi adunatis volentibus & consentientibus statutum fuit vt imprimeretur & in futuris capitulis prouincialibus ad mensam semper publice legeretur, vt patet in statutis.*

Opusculum istud eodem charactere, quo immediate praecedens, impressum folia vndetriginta complectitur. Externa eiusdem forma quoad omnia cum illo conuenit, ex quo, illud ab eodem typographo fuisse excusum, haud dubitandum erit.

LVIII. Ioannis Trithemii collatio de republica ecclesiae, & monachorum ordinis S. P. Benedicti, in 4.

Huius quoque editionis externa forma praecedentibus consonat, vnde ab eodem quoque typographo typis fuisse euulgatam, colligere est. Constat decem foliis, initialemque litteram a miniculatore adiectam exhibet. In fronte primae paginae legitur. *Collatio de republica ecclesie & monachorum Ordinis diui patris benedicti: habita Colonie in capitulo annali. per re. patrem Dominum Iohannem abbatem spanhemen. prima die Mensis septembris. Anno domini Millesimo. quadringentesimo. nonagesimo tercio.* Folio secundo his verbis sermo incipit: *Instituenti mihi (patres in xpo reuerendi) pro obedientie merito apud vestras paternitates &c.* Agit praecipue in isto de reformationis necessitate; *Status enim*, ait in prologo, *reipublice nedum nostre sed omnium religiosorum. immo tocius ecclesie militantis. ab iherusalem in iericho descendit: quia a primeua sui institutione vt plurimum defecit.* Ad finem orationis monasticam rempublicam reformandi duo adfert media, dicens: *Si ergo rempublicam reformare. vel etiam in reformatione conseruare cupitis: studium litteris. & sanctitati vite impendatis.* Terminatur illa prima folii decimi pagina, linea 21, cui subnexum habetur: *Habita colonie in capitulo annali per dominum Iohannem spanhemensem abbatem. prima Septembris. Anno M. CCCC. XCIII.*

LIX. *Carmen mirabile de laude caluorum hugbaldi monachi ad Carolum imperatorem Caluum*, in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina habentur. In auersa eiusdem sic legitur: *Ex libro de ecclesiasticis scriptoribus Iohannis de trittenhem Spanhemensis abbatis ordinis sancti benedicti.* Haec sequitur breuis auctoris biographia, eiusque operum enarratio. Folio secundo *Incipit egloga domini Hugbaldi monachi eluonensis ordinis sancti benedicti ad Carolum caluum imperatorem.* Certe, ut ait TRITHEMIVS, mirabile opus, centum triginta versibus constans, cuius omnia verba a littera c. incipiunt. Prima folii quarti pagina *Explicit carmen Hugbaldi monachi ad Carolum de laude caluorum.* Typus, quo impressum est hoc opusculum, idem est, quo praecedentia sunt excusa. Desunt initiales litterae, custodes, & paginarum numeri. Tituli omnes maiusculis litteris sunt expressi.

Integrum



LX. Guilelmi Parisienfis Episc. opera quaedam, in fol.

Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis papyro firmae, sed minus politae impressum, 282 foliis constat. Initiales litterae paruae sunt adiectae. Occurrunt quoque foliorum numeri, & signaturae; nulli vero custodes.

In prima folii primi legitur. *Guilliermi diui Parisiensis episcopi opera. de fide. legibus. de virtutibus. moribus viciis. peccatis, temptationibus. resistentiis. meritis. retributionibus & immortalitate anime.* Auersa eiusdem vacua est. Folii secundi primam paginam occupat *Inuentarium eorum que hoc libro continentur.* In auersa legitur *Petri* DANHAVSER Norimbergensis epistola ad *Theodoricum* VLSENIVM *Frisium* Medicinae doctorem, ad quam folio tertio breuis responsoria VLSENII habetur. Istam auersa eiusdem *Sequuntur descriptiones quarundam virtutum & viciorum.* Folio quarto incipit auctoris prologus, & tandem ipsum opus. Secunda columna folii 246 *Explicit tota summa de viciis & virtutibus domini Guilhelmi parisiensis.* Auersa eiusdem folii pagina vacua est; sequenti dein folio *Incipit tractatus Guilhermi parisien. de immortalitate anime:* qui tertia columna folii 251 terminatur. Operi subiectus est index satis prolixus ordine alphabetico dispositus, ad cuius finem sequens legitur notitia: *Hanc tabulam nude scriptam numeroque querendo prout melius potuit quottauit & senserit frater Ioannes Rosenbach ordinis predicatorum pro suo contentu Nurenbergen. orationum & vtilitatum in eo legentium cupiens se participem fieri.* 1440 *die* 26 *Marcii totum &c. hunc librum rubricis & numeris foliorum inscripsit & correcturas ingrossauit. ad laudem dei benedicti in seculorum secula Amen.*

Editionem praesentem ab *Antonio* KOBERGER Norimbergae, & quidem anno 1496 typis fuisse euulgatam, FREYTAG. *Adpar. III.* p. 200 opinatur; & hoc haud immerito; potest enim id facile ex *Petri* DANHAVSERI Norimbergensis, & *Theodorici* VISENII Medici Norimbergensis epistolis anno 1496 scriptis colligi.

LXI. Guilelmi Parisiensis Episc. Tractatus de Sacramentis, in fol.

Externa huius editionis forma in omnibus cum praecedente conuenit, vnde nullus dubito, quin ex eadem officina prodierit. *Petrum* DANHAVSER & hunc edidisse tractatum, ipse ex epistola sua priori operi praemissa his verbis nos docet: *Singulari oratione eius laudes enumerando - - - quas in prefatione tractatus de sacramentis item ab eo edito* — scilicet a GVILELMO — *longiusculo prohemio prosecutus sum.*

Opus istud 135 foliis comprehenditur. In prima folii primi pagina legitur: *Tractatus Guilhermi parisien. de sacramentis. cur deus homo & de penitencia cum registro.* Folium secundum, & tertii primam columnam occupat *Repertorium Summarium que hoc libro tractantur.* Quarto folio incipit absque titulo, aut inscriptione tractatus de sacramentis in genere. Iste secunda columna folii 107 terminatur. Auersa eiusdem folii vacua est. Folio sequenti *Incipit tractatus Guilhermi parisien. Cur deus homo*, quem quarta folii 118 columna *liber Guilhermi parisien. de penitentia* excipit; hunc vero *Registrum super librum Guihelmi de penitentia* sequitur.

Hanc quoque editionem FREYTAG *Adpar.* III. fusius descripsit, ac alias GVILELMI operum editiones recenset.

Praesens



LXII. Guilelmi Parifienfis Epifc. partes duae primae partis de Vniuerfo, in fol.

Praefens hoc opus, quod praecedentibus duobus quoad externam formam in omnibus confonat, 150 folia complectitur. In fronte primae paginae legitur: *Guilhermus parifien. de vniuerfo.* Folio fequenti *Incipit prime partis Guilhermi Parifien. de vniuerfo.* Tertia columna folii 64 *Incipit fecunda pars prime partis de vniuerfo. De eternitate.* Prima columna folii 150 *Explicit fecunda pars prime partis de vniuerfo.*

GVILELMVS Parifienfis de Vniuerfo duas confcripfit partes, quarum quaeuis in tres alias partes diuifa exiftit. V. OVDINI T. III. *Comment. Script. Ecclef.* col. 101. CAVE *Hiftor. Lit. Script. Ecclef.* T. II. p. 292.

LXIII. S. Auguftini Epifc. Hippon. Tractatus fuper Ioannis Euangelium, in fol.

In prima pagina folii primi maioribus litteris impreffum legitur: *Auguftinus fuper Iohannem.* Folio fecundo *Inuentarium principalium fententiarum in expofitione euangelii fecundum Iohannem Diui Auguftini ordine alphabetico foeliciterincipit.* Folii decimi quarta columna *Sequuntur Tituli feu Rubrice tractatuum: libri Diui Auguftini: ex euangelio Iohannis.* In fronte folii duodecimi legitur: *Diui Aurelii Auguftini Hipponenfis epifcopi: in euangelium fecundum Iohannem Tractatus primus foeliciter incipit. Ab eo quod fcriptum eft: In principio erat verbum: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. vfque ad id quod ait: Et tenebre eam non comprehenderunt.* Conftat hoc opus triginta plagularum fafciculis, qui tam litteris, quam numeris funt infigniti. Primum, qui quinternus eft, complectitur index. Initiales litterae, cuftodes & paginarum numeri defiderantur. In fuperiori margine tam tractatus, quam eorum capitula funt indicata. Notae marginales quoque adparent. Singulae paginae duas exhibent columnas. Typus eft gothicus. Ad calcem operis legitur: *Diui Aurelii Auguftini hipponenfis epifcopi expofitio in euangelium fecundum Iohannem foeliciter explicit.*

Hoc opus Norimbergae per *Antonium* KOBERGER typis fuiffe excufum, characteres, qui plane iidem funt, quibus ille anno 1486 CLEMENTIS V. conftitutiones impreffit, fatis oftendunt.

LXIV. Sermones Parati de tempore, & de fanctis, in Fol.

Titulus ifte folum in prima pagina folii primi maiufculis litteris impreffus inuenitur. In fronte fecundi folii *Paratus continens euangeliorum de tempore expoficiones necnon de tempore epiftolarum fermones: elaboratum opus correctiffimum Incipit feliciter,* Sermo primus tertii folii prima columna, linea 44 terminatur. Quarta folii 161 columna, linea 25, fermones de tempore definunt. Sequitur deinde index fermonum tam de tempore, quam de fanctis, cui fecunda folii 164 columna finis imponitur. Auerfa eiusdem vacua eft. Folio 165 *Paratus continens fermones de fanctis per circulum anni incipit feliciter.* Secunda columna folii 248 *Paratus continens fermones de fanctis per anni circulum finit feliciter.*

Sermones ifti 35 plagularum fafciculis, qui litteris funt infigniti, conftant, ac Gothico charctere in duabus columnis papyro albae, ac firmae funt impreffi. Initiales litterae paruae adparent, nulli vero cuftodes, aut paginarum numeri. Diftinctionis figna punctum, & colon obferuantur.

Verifimile mihi videtur, illos ab *Antonio* KOBERGER Norimbergae fuiffe impreffos, cum typus plane idem eft, quo ille anno 1486 BOETHII confolationes philofophicas excuderat.



LXV. *Repertorium sive tabula generalis auctoritatum aristotelis cum commento per modum Alphabeti & philosophorum.* Norimbergae per Petrum Wagner. in 4.

Primam paginam primi folii occupat figura ligno incisa, supra quam verba supra relata leguntur. Folio secundo *Repertorium. sive tabula notabilium auctoritatum Articulorum dictorum & de omnibus his que ex copiosissime dictis philosophorum & in primis excellentissimi Aristotelis philosophorum principis olim alexandri magni directoris. utiliora saltim atque in phisico auditu magis necessaria dignoscuntur. A reuerendissimo & venerabili beda presbitero edita: & per eundem commendata. atque diligenter visa.. curiose masticata. necnon suis in locis diligentissimis additionibus admodum aucta deo optimo maximo duce faustissime inchoat.* Primum locum obtinent ARISTOTELIS auctoritates, alphabetico ordine dispositae, quae auersa folii 73 pagina terminantur. Folio 74. *Marci tullii ciceronis ciuis Romani clarissimi ac eloquentie genitoris facundissimi. auctoritates pro virtutum capessendarum vberiori lege pientissime sacrate deo optimo maximo arridente inchoantur quam faustissime.* His subiectum est CICERONIS epitaphium. Auersa folii 104 pagina *Petri* DANHAVSERI epistola ad *Sebaldum* SCHREYER ciuem Norimbergensem incipit. Eius initium ita sonat:

Ego dum apud te diuturna. magnanime ciuis vnicum amicitie specimen. opera imperio tuo subministrabam. sepe numero abs te efflagitatus sum libros ciceronis excerptos de philosophie morali compendio in lucem reuocare. & si quid in hys derelictum esset tam ingenio quam industria quantum potis essem emendare illud atque corrigere &c. Epistolam his verbis claudebat: *Quare rogo vt artificem quem elegeris. summo studio tuearis. alii modo imposterum hoc mihi gaudium hanc gloriam loco seruant. Vale Nurmberge vicesimo sexto die iulii. Millesimo quadringentesimo nonagesimo. Anno salutis.* Auersa folii vltimi pagina versibus elegiacis artis typographicae inuentoris, eiusdemque artis laudes celebrantur; opus praesens, & typographus commendatur. His subnexum habetur: *Per Petrum Wagner Nurmberge impressum.* Vix dubito, quin eo ipso anno, 1490 nimirum opus istud prelo commissum sit. Constat 105 foliis. Prima initialis littera ligno incisa est, reliquae vero minutiori charactere indicatae sunt. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Typus est gothico-germanicus. Opus istud falso adtribui Venerabili BEDE contendit OVDINVS T. I. col. 1711.

LXVI. *Oratio hermolay barbari laureati poeta ad federicum & maximilianum principes cum Gratulatione Ludouici bruni laureati poete de regis romanorum coronatione*, in 4.

Opusculum istud, eodem charactere, quo immediate praecedens, impressum, quatuordecim foliis comprehenditur. Caret solum custodibus, & paginarum numeris. In prima pagina primi folii verba supra relata leguntur. Auersam occupat *Petri* DANHVSER epistola dedicatoria ad *Conradum* STEPECK nobilem ciuem Norimbergensem anno 1490 XI. Aprilis scripta. In hac inquit, commilitones suos eum mouisse, vt *Hermolai* BARBARI *orationem imprimendam aeneo officio commendaret, & quo tutior, & minus a vulgi temeritate violata foret,* CONRADI *tutelae summo studio & industria dicaret.* Oratio deinde folio secundo incipit, & auersa folii septimi pagina, linea 22 terminatur. Illi mox sequens notitia legitur subiecta*: *Idibus Augusti Hermolaus barbarus a rege romanorum maximiliano Federico cesaris iussu eques auratus Brugis creatus est Et aurea veste donatus. vnacum prestanti collega suo dominico trunsano.* Sequuntur dein duae epistolae, VNA HERMOLAI ad CARANDELETVM

Regis



Regis romanorum Secretarium, altera CARANDELETI ad HERMOLAVM. Istas excipit *Ludouici* BRVNI gratulatio pedestri sermone in MAXIMILIANI Regis coronationem scripta, quae auersa folii 14 pagina finitur.

Liber Padvae Impressvs.

LXVII. Articuli Parisiis reprobati. Paduae per Matthaeum Cerdonis de Vindesgretz, in 4.

Incipit hoc opusculum, decem foliis contentum, & gothico charactere impressum, absque titulo, aut inscriptione his verbis: *In nomine domini nostri ihesu christi fundatoris catholice religionis: Incipiunt articuli condemnati parisius sub bone memorie reuerendo patre domino Stephano diuina prouidentia parisien. episcopo die dominica qua cantatur in ecclesia Letare hierusalem anno domini. 1276. qui etiam condemnauit libros sequentes. sc. de amore sicut de deo qui incipit Cogit me multum. & sic finitur: Caue igitur saltem Galthere amoris exercere mandata. Item librum gemantie... Item libros rotulos: seu quaternos nigromanticos...* Tum articuli, quorum 218 numerantur, incipiunt, & illos folio nono *Sequuntur articuli detestabiles parisius condemnati a reuerendo in Christo patre. G. parisien. episcopo conuocato consilio omnium magistrorum regentium in theologia, quos cauere debent summopere omnes professores fidei orthodoxe anno domini 1240 in octauis epiphanie.* Prima pagina folii decimi *Expliciunt articuli reprobati parisius: impressi padue per magistrum mattheum cerdonis de vindesgretz.*

Libri Parisiis Impressi.

LXVIII. Lauacrum conscientiae. Parisiis per Ioannem Petit. in 12.

Opusculum istud foliis 111 contentum, gothico minusculo charactere impressum est. Caret custodibus, & signaturis. In superiori margine tam foliorum, quam capitum numerus est indicatus. In pagina separata legitur: *Lauacrum conscientie: omnibus sacerdotibus summe vtile & necessarium.* His subiectum est typographi symbolum. Folio primo *Incipit lauacrum conscientie omnium sacerdotum.* Prima folii 109 *Explicit.* Duo vltima folia complectitur index, seu capitulorum argumenta, ad quorum finem sequentia habentur: *Explicit lauacrum conscientie omnibus sacerdotibus summe vtile ac necessarium parisius Nouiter impressum pro Iohanne petit librario commorante in vico sancti Iacobi ad intersignium leonis argentei.*

LXIX. Tractatus de munditia & castitate sacerdotum. Parisiis per Dionysium de Rosse. in 12.

Opusculum istud gothico charactere impressum quinque plagularum fasciculis constat. Caret custodibus & paginarum numeris. Initiales litterae tum coeruleo, tum rubro, ac nigro colore adscriptae sunt. Primam folii primi paginam occupat typographi symbolum cum sequenti operis titulo: *De mundicia & castitate sacerdotum.* Folio secundo *Prohemium in opusculum de mundicia, continentia, & castitate sacerdotum inscriptum incipit feliciter.* In fine sequentia habentur: *Opusculum quod de mundicia continentia & castitate sacerdotum intitulatur*

 feliciter



feliciter finit. Impressumque per Dionysium Rosse commorantem in vico sancti iacobi Laus deo. *Dionysius* ROCE anno 1490 Parisiis typographicam exercuit artem; vsus est opera *Petri* POVILLAC 1495. & *Guidonis* MERCATORIS. 1498, & 99. MAITTAIRE T. IV. p. 218.

LXX. *Exempla sacre Scripture.* Parisiis per Petrum Leuet. in 12.

Titulus iste in prima pagina folii primi legitur. Folio secundo *Incipiunt exempla sacre scripture ex vtroque testamento secundum ordinem litterarum collecta: & primo de abstinentia.* Opusculum hoc, quod nec litteris initialibus, nec paginarum numeris, nec custodibus est instructum, quodque gothico charactere est impressum, tredecim plagularum fasciculos, litteris insignitos, complectitur. Auersa 102 pagina *Exempla sacre scripture ex veteri & nouo testamento collecta: secundum ordinem litterarum finiuntur feliciter. Impressaque parisius suburbiis sancti germani de pratis per Petrum Leuet.* Duo vltima folia rubricae huius libelli occupant. *Petrus* LEVET ab anno 1487 vsque 1497 typographicis innotescit monumentis. MAITTAIRE T. IV. p. 239.

LXXI *Tractatus Dyni super regulis iuris vna cum accesionibus & correctionibus Magistri Petri caponis In vtroque iure baccalarii feliciter incipit. Parisiis per Antonium Caillaud.* in 4.

Verba ista in prima pagina folii primi maiusculis litteris impressa tituli loco leguntur. Folio secundo ipse tractatus gothico minusculo caractere impressus, ac septemdecim plagularum fasciculis contentus, initium sumit. Initiales litterae tam rubro, quam caeruleo ac nigro colore sunt expressae. Custodes & paginarum numeri desiderantur. Regulae maiusculis litteris sunt impressae. Ad calcem opusculi legitur: *Finis regularum iuris domini Dyni Impressum parisius per Antonium Caillaut.* Typographum istum ab anno 1492 - 1498 Parisiis prelum habuisse ex MAITTAIRE T. IV. p. 212 exploratum habetur.

LXXII. *Brocardia iuris.* in 12.

Titulus iste in prima pagina folii primi legitur. Isti subnexum est typographorum symbolum, cum sequenti subscriptone: *De manef.* In eiusdem medio illorum nomina litteris *E* & *G* indicata habentur; scilicet *Eguilbertus* & *Godofredus*, qui Parisiis ante annum 1500 typographicam exercuerunt artem; ex quo, & praesens opusculum ibidem fuisse typis excusum, colligendum erit. Folio secundo *Incipiunt in nomine domini iesu Christi quedam brocardia correcta & practicis vtilia extracta a toto corpore iuris ciuilis & canonici secundum ordinem litterarum Alphabeti.* Integrum hoc opusculum, gothico charactere impressum, sex plagularum fasciculis complectitur. Caret custodibus & paginarum numeris. In fine legitur: *Opusculum quod Brocardica iuris intitulatur feliciter finit.*

LIBER REVTLINGAE IMPRESSVS.

LXXIII. *Compendium octo partium.* Reutlingae. in 4.

Duodecim in hoc opere numerantur plagularum fasciculi, litteris signati. Initiales litteras paruas adiecit typographus, custodes vero, & paginarum numeros omisit. Typus

est



est gothicus minuſculus. In prima pagina folii primi verba ſupra relata maiuſculis litteris impreſſa leguntur. Folio ſecundo incipit *Opuſculum quintupartitum grammaticale pro pueris in lingua latina breuiter erudiendis.* Folii ſeptimi prima pagina *Explicata eſt prima pars huius operis.* In fine carmen in praeſens opus habetur, de quo vltimum quintaſtichon, auctorem, ex quo hoc compendium deſumtum, typographum, & impreſſionis locum indicans, hic adſcribam.

Quo ſit Valla vale: veſtri hec monumenta laboris
Fronde noua. & dulcis germine nempe virent.
Inque tuis flores ſpacioſis legimus hortis.
Congeſtasque roſas preſſimus ere tuas.
Da veniam furto plagioue. futura erit hec res.
(Crede) tibi in laudem. perpetuumque decus.
Quomodo de Rutlingen te preſſit forte Iohannes
Sit precor hoc gratum munus. amicus adeſt
Is cupit vt ſicut lacialis gloria terre
Tu fueras. ſua ſic te Rutlingen colat.

Ex hoc carmine diſcimus, *Ioannem* quemdam, & quidem vt veriſimile videtur, *Ioannem* OTMAR, qui ſolus intra annos 1480 — 1500 Reutlingae impreſſiſſe innoteſcit, praeſens compendium ex *Laurentii* VALLAE elegantiis latini ſermonis excerptum in lucem emiſiſſe.

LIBRI SPIRAE PER PETRVM DRACH IMPRESSI.

LXXIV. Petri de Aquila Ord. Minorum Quaeſtiones in IV. libros Sententiarum. Spirae per Petrum Drach, in 4 mai.

Hoc opus gothico charactere impreſſum, quadraginta plagularum faſciculis, qui litteris ſunt inſigniti, comprehenditur. Deſunt cuſtodes, paginarum numeri, & litterae initiales. Quaeuis pagina in duas eſt diſtincta columnas.

In fronte primae paginae legitur: *Petri de Aquila ſectatoris nobiliſſimarum ſubtiliſſimi Iohannis Scoti doctrinarum libros hos ſententiarum quatuor &c.* In auerſa primi folii legitur maiuſculis litteris impreſſum: *Numerus & ordo queſtionum in primum ſententiarum magiſtri Petri de Aquila ordinis minorum ſecundum ordinem diſtinctionum ſub quibus continetur.* Folio ſeptimo prologus absque titulo initium ſumit, quem ſecunda columna folii 14 primus excipit liber. Terminatur iſte ſecunda folii 93 columna, linea vndecima, cui ſubiectum habetur: *Sequitur liber ſecundus.* Reliquum folii vacuum eſt. Folio 94 incipiunt tituli ſecundi libri, qui folii 96 ſecunda columna inchoat. Ad operis calcem ſequentia diſticha leguntur adiecta, quae lectoris gratia integra exſcribam.

Si tibi corde ſedet excelſas noſcere cauſas.
Si tibi corde tuo pagina ſacra ſedet..
Si vis ſubtilis apices decerpere ſchoti
Hoc aquile petri voluite diues opus.
Qui volat in ſummis aquilam precor arripe cauſis.
Qui ſtuduit ſchoti maxima ſcripta ſequi.
Siue arguta placent tibi vincula philoſophorum.
Seu forſan populum voce monere putas.
Cuius lyma frequens mendas abiecit iniquas.
Hoc legito plenum laudis & artis opus,

Hunc

Hunc studiose tibi gaudet cudisse libellum.
Spirensis ciuis Drach Petrus arte sua.

Hac de editione altum est apud bibliographos silentium, ex quo insignis eiusdem raritas adparet.

Petrus de AQVILA, seu *Aquilanus*, Ordinis Minorum Alumnus, ita in doctrina *Ioannis* SCOTI versatus erat, vt *Scotellus* cognomen accepisset. Florebat seculo XV. POSSEVIN. *Adpar.* S. T. II. p. 239.

LXXV. Modus legendi abbreuiaturas in vtroque iure, & processus iudiciarius. Spirae per Petrum Drach. in fol.

Integrum hoc opus, in duabus columnis, chartae firmae quidem, sed minus politae gothico charactere impressum, septemdecim plagularum fasciculis constat. Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur, signaturae vero occurrunt.

Prima pagina folii primi vacua est. In auersa legitur prologus, cui sequens distichon habetur subiectum:

Viue vale lector feliciter arripe pulchrum.
Quod tibi Spirensis Drach Petrus edit opus.

Folio secundo *Incipit libellus dans modum legendi abbreuiaturas in vtroque iure.* Quarta columna folii 24 incipit index processus iudiciarii, qui quarta columna folii 26 definit. Folio 27 *Incipit processus iudiciarius eximii doctoris iuris canonici Iohannis de vrbach.* Ad calcem operis legitur: *Finit tractatus de tabelionibus.* His typographi insignia nigro colore expressa habentur subiecta.

LIBER TVBINGAE IMPRESSVS.

LXXVI. Conradi Summenhart de Calb tractatus bipartitus de Messia. in 4.

Opus istud decem plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, contentum, gothico charactere est impressum. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. Singulae paginae in duas sunt distinctae columnas.

In fronte primae paginae legitur impressum: *Tractatus bipartitus in quo quod deus homo fieri voluerit: quodque messias in lege & prophetis promissus: non solum homo sed etiam deus esse debuerit & debeat: quinquaginta duobus & vltra: veteris testamenti & infidelium hebreorum simulque gentilium ex scriptura testimoniis: adiectis sparsim ad id ipsum rationibus congruentie plurimis: in bipartiri sermonis forma comprobatur: per Magistrum Conradum Summenhart de Calw sacre theologie professorem in generali studio Tuwingensi editus & anno domini. M.* CCCC. XCIIII. *&* XCV. *ad cetum eiusdem vniuersitatis in vigilia natiuitatis Christi per eundempro magna parte declamatus.* Auersa pagina vacua est. Folio secundo incipit prologus, qui secunda columna folii tertii, linea vicesima definit. Folii 30 secunda columna *Finit pars prima huius tractatus.* Columna tertia eiusdem *Incipit secunda pars eiusdem*, cui folii 77 secunda columna finis imponitur. Tertia columna *Sequitur Summarium huius opusculi.* Ad finem adiectum est *Henrici* BEBELII carmen in huius operis elogium, & Saphicon cum adonico ad *Conradum* SVMMENHART. Ad calcem operis sequens carmen ad librum legitur:



I liber & cunctis te te venientibus vltro.
Offer nec quisquam nesciat illud opus
Linque thubingenses varios petiture penates
Nasutos temnens & criticosque malos.

Telos.

Huius editionis meminit MAITTAIRE T. IV. P. II. p. 581., eamque ad annum 1494 refert. Ast mihi magis ad annum 1495 ista referenda videtur, coquod in notitia in fronte adiecta, illum tractatum tam anno 1494 quam 1495 declamatum fuisse, legatur, quod tamen, si iam anno 1494 editio praesens lucem aspexisset, dici haud potuisset. Quod autem Tubingae ille typis excusus fuerit, & notitia in fronte adposita, & epigramma supra relatum vix dubium reliquunt.

Conradus SVMMENHART natione Germanus Calbae in Ducatu Würtenbergiae anno 1465 natus, philosophiae, & Theologiae Doctor vtramque disciplinam Tubingae e cathedra docuit. Obiit fatali lue infectus in monasterio Schüttensi anno 1511. MOSERI *vitae Theolog. Tübing.*

Libri Venetiis Impressi

LXXVII. Plinii secundi Nouocomensis epistolarum libri VIII. Adcedunt eiusdem Panaegyricus Traiano Imp. dictus, & liber de viris illustribus. in 4.

Opus istud praestantissimum sexdecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt insigniti, contentum, romano, ac nitido charactere, papyro mundae, albae, ac laeuigatae impressum superbit. Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Distinctionis signa occurrunt colon, punctum, & interrogationis signum. Lineae in quauis pagina 38 numerantur.

In fronte operis capitalibus litteris legitur impressum: C. PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS ORATORIS EPISTOLARVM LIBER PRIMVS. Hic prima pagina folii noni, linea 34 finitur, ac immediate istum secundus liber excipit. Auersa folii 68 pagina *C. Plinii Secundi Nouocomensis Oratoris facundissimi Epistolarum Libri Octaui & Vltimi. Finis.* Folio sequenti incipit C. PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS PANAEGYRICVS TRAIANO AVGVSTO DICTVS, qui prima folii 93 pagina, linea 32 desinit. In eiusdem auersa huius voluminis contenta leguntur. Folio 94 C. PLINII SECVNDI IVNIORIS LIBER ILLVSTRIVM VIRORVM INCIPIT. Prima pagina folii 106 impressi, linea sexta *C. Plinii secundi Nouocomensis de Viris Illustribus. Finis.* His deinde subiectum habetur:

Marcelli Philoxeni ad Antonium Moretum Epigramma.
Omnibus haec quae nunc tam recte impressa leguntur
Quod mendosa libri littera nulla uiget:
Antoni Morete fuit tua cura: laborque
Namque fauis claris sedulis ingeniis.
Quisquis amat ueteres: grates tibi semper habebit:
Et debet studio Plynius ipse tuo.

Ex hoc epigrammate, praesentem editionem ab *Antonio* MORETO, qui juxta MAITTAIRE ab anno 1472 — 1500 vel ipse imprimebat, vel suis impensis imprimi curabat, typis fuisse euulgatam, coniicere est, Quo vero loco iste prelum habuerit, quoue anno illam in lucem emiserit, haud exploratum habetur; mihi tamen, eum Venetiis typographicam



phicam exercuisse artem, ex eo verisimile videtur, eoquod anno 1500 *Ioanni* HERZOG Venetiis ad imprimendum impensas praebuit.

Hac de editione Bibliographi altum tenent silentium, ex quo insignis eiusdem raritas elucescit. Alia epistolarum editione, P. I p. 135 recensita nostra gaudet bibliotheca.

LXXVIII. *Apitii Celii de re Coquinaria libri decem.*
Suetonius Tranquillus de Claris Grammaticis.
Suetonius Tranquillus de Claris Rhetoribus.
Venetis per Bernardinum Venetum. in 4.

Verba supra relata in prima pagina folii primi leguntur: His deinde subiectum habetur: *Coquinariariæ capita Græca ab Apitio posita hæc sunt*: *Epimeles*: *Artoptus*: *Cepurica*: *Pandeter*: *Ospirion Trophetes*: *Polyteles*: *Tetrapus*: *Talassa*: *Halieus*: *Hanc Plato adulatricem medicinæ appellat.* Auersam eiusdem occupat *Blasii* LANCELOTI epistola ad *Bartholomaeum* MERVLAM. Folio secundo *Apicii Celii epimeles Incipit liber primus conditum paradoxum.* Prima folii 32 pagina *Celii Apitii halieus liber decimus & vltimus Explicit.* Auersa eiusdem habentur *Antonii* MOTAE ad vulgus, & *Ioannis* SALANDI ad lectorem carmina; quibus subiectum legitur: *Impressum Venetiis per Bernhardinum Venetum.* Folio sequenti initium sumit C. SVETONII TRANQVILLI DE GRAMMATICIS: ET RHETORIBVS CLARIS LIBELLVS. Auersa folii 40 pagina conspicitur *Suetonii Tranquilli de claris Grammaticis rhetoribus finis.* Typus, quo impressum est hoc opusculum, romanus est, ac elegans. Initiales litteras adiecit Typographus, plagularumque fasciculos litteris signauit. Custodes, & paginarum numeri desiderantur.

Huius editionis perrarae meminerunt BAVR, & FREYTAG *Adpar.* I. p. 98, vbi etiam & alias recenset.

LXXIX. C. Crispi Sallustii bellum Catalinarium cum Laurentii Vallensis Commentariis. II. Portii Latonis declamatio contra Catilinam. III. Sallustii bellum Iurgurthinum. IV. Eiusdem variae orationes. V. Eiusdem vita. Venetiis per Bernardinum Benalium, in fol.

Haec omnia septem plagularum fasciculis, qui omnes terni sunt, praeter d & g, qui quaterni, comprehenduntur. Typus, quo impressa sunt illa, romanus est, ac perelegans. Charta firma & laeuigata. Litterae initiales partim sunt omissae, partim paruae a typographo adiectae. Desunt Custodes, & paginarum numeri.

In prima pagina folii primi huius voluminis contenta habentur. Auersam occupat *Pomponii* LAETI epistola ad *Augustinum* MAPHAEVM. Folio secundo SALLVSTII bellum Catilinarium cum *Laurentii* VALLAE commentariis absque titulo incipit. Terminatur vero auersa folii 26 pagina. Folio sequenti incipit PORTII LATONIS DECLAMATIO CONTRA LVCIVM SERGIVM CATILINAM, quem prima folii 30 pagina C. CRISPI SALVSTII LIBER DE BELLO IVGVRTINO excipit. Isto absoluto, folio 40 ad finem auersae paginae inchoant SALVSTII orationes ex eiusdem libris historicis excerptae. Has sequitur folio 45 eiusdem vita, quae prima folii 46 pagina, linea 50 finitur. Tunc legitur subiectum:

Laur-



Laus omnipotenti Deo.

Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium.

His fubnexum eft *Registrum cartarum.*

Hanc editionem MAITTAIRE T. IV. p. 746 & BAVR T. IV. Bibl. vniuerf. p. 13 recenfent. Hoc opus, & reliqua, quae fequuntur, intra annos 1483 — 1498 in lucem prodiiffe, patet ex eo, quod *Bernardinus* de BENALIIS iuxta MAITTAIRE typographicis monumentis intra iftos annos innotefcat.

LXXX. M. T. Ciceronis de officiis libri III. cum Petri Marfi Commentariis II. Eiusdem de amicitia dialogus cum Omniboni Leoniceni Vicentini Commentariis. III. Eiusdem liber de fenectute cum Martini Philethici commentariis. Venetiis per Bernardinum Benalium. in fol.

Haec CICERONIS opufcula 180 foliis conftant. Typus eft idem, quo immediate praecedentia funt expreffa. Initiales litterae funt vel aeri incifae, vel a miniculatore rubro colore adfcriptae. Cuftodes, & paginarum numeri defiderantur. Plagularum fafcifculi litteris a – z funt infigniti. Textus CICERONIS charactere maiori: & commentarii minutiori funt impreffi.

Prima folii primi pagina vacua eft; in auerfa incipit PETRI MARSI INTERPRETATIO *in officia Ciceronis ad reuerendiffimum in Chrifto patrem & dominum. D. F. Gonzagam Cardinalem Mantuanum.* Folio tertio primus de officiis liber incipit, & prima pagina folii 130 terminatur. In auerfa eiusem initium fumit *liber de amicitia* cum *Omniboni* LEONICENI interpretatione, ad cuius finem legitur:

Laus Omnipotenti Deo. FINIS.

Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium.

Folio fequenti CICERONIS liber de *Senectute* cum *Martini* PHILETHICI commentariis incipit. Finitur prima pagina folii 180 linea 19, cui fubiectum habetur *Registrum huius libri* quinque columnis contentum. In huius fine legitur: *Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium.* Hac de editione altum eft apud Bibliographos filentium.

LXXXI. *Confeffionale feu interrogatorium Reuerendi patris fratris Iacobi philippi nouiter editum.* Venetiis per Bernardinum Benalium, in 4.

Verba ifta in prima pagina folii primi leguntur. In auerfa eiusdem incipit auctoris ad *Ioannem Mariam* DOMINICVM Venetum Canonicorum Regularium S. Saluatoris Generalem epiftola dedicatoria, quam auerfa folii fecundi pagina capitulorum argumenta excipiunt. Folio quinto *Incipit nouiffimum Herithoma feu interrogatorium a venerando patre fratre Iacobo philippo Bergomenfe ordinis heremitarum nuperrime congeftum.* Conftat illud 72 foliis. Typus eft gothicus. Folia, exceptis quatuor prioribus, funt numeris, & plagularum fafciculi litteris fignati. Initialis littera ligno incifa adparet. Cuftodes defiderantur. Ad operis calcem legitur: *Impreffum Venetiis per Bernardinum Benalium.*



LXXXII. *Aemilii Probi Historici Excellentium Imperatorum Vitae.* Venetiis per Bernardinum Venetum, in 4.

Titulus iste in prima pagina folii primi legitur. In auersa incipit AEMILII *Probi* prooemium, quod prima pagina folii secundi, linea 8 MILTIADIS VITA excipit. Vltimum locum obtinet CATONIS vita, ad cuius finem legitur: *Aemilii Probi De Virorum Illustrium Vita. Finis.* Deinde sequitur index virorum, quorum vitae in hoc opere describuntur. Huic subiectum habetur: *Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum.* Plagularum fasciculi, litteris signati, tredecim in hoc opere numerantur. Typus, quo impressum, est romanus, ac satis luculentus. Initiales litteras ligno incisas adposuit typographus; custodes vero, & paginarum numeros omisit.

Opus istud male *Aemilio* PROBO adscriptum — Est enim genuinus *Cornelii* NEPOTIS partus — saepius primis typographiae annis prelo commissum fuit. Prima eiusdem editio sub *Aemilii* PROBI nomine Venetiis per *Nicolaum* IENSON anno 1471 lucem adspexit, secunda Venetiis anno 1473, tertia ibidem anno 1480, quartam praesentem, cuius nec FABRICIVS, nec alius bibliographorum meminit, & quae circa annum 1498, vti ex operibus huic adiectis, & ab eodem impressis colligitur, numeramus, quintum locum obtinet illa, quae Venetiis anno 1499 in lucem prodiit. V. FABRIC. *Bibl. lat.* T. I. p. 71.

Cornelius NEPOS natus fertur in Hostilia, quae vicus est Veronensium in transpadana Italiae parte, & antiquis Gallia togata adpellabatur. Scriptor ingenio, studio veritatis, sermonisque pura, ac succincta elegantia laudatissimus, CATVLLI, qui eidem carmina sua inscripsit conciuis, & amicus, defunctus primis annis principatus AVGVSTI, id est, post annum V. C. DCCXXIV. & ante annum Ch. XXX. FABRIC. l. cit.

LXXXIII. *Iustini Et Flori Epithomae.* in fol.

Verba ista tantum in prima folii primi pagina capitalibus litteris impressa leguntur. In fronte secundi folii sequentia habentur: IVSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN TROGI POMPEII HISTORIAS EXORDIVM. Isto, quod septemdecim lineis constat, absoluto, incipit IVSTINI HISTORICI IN POMPEII TROGI HISTORIAS LIBER I. Auersa folii 39 pagina *Iustini historici viri clarissimi epithomatum in Trogi Pompeii historias liber XLIII. & vltimus feliciter finit.* Folio quadragesimo, praemissa *Philippi* BEROALDI Bononiensis, qui sequentis operis editionem procurauit, ad *Petrum Mariam* RVBEVM Comitem Parmensem epistola, LVCII FLORI GESTORVM ROMANORVM EPITHOMA INCIPIT. Terminatur ista auersa folii 57 pagina, linea 32, cui sequens est subiectum carmen:

Aurea Iustini Lucique epithomata flori.
Aere tibi modico candide lector eme.
Contrahit iste Titi numerosa uolumina liui.
Pompeii historias colligit ille Trogi.
Quam bene coniuncti: namque hic ubi definit: ille
Incipit: atque unum pene uidetur opus.
Rite cognouit quos Iustinianus ad unguem
Romanus. Felix lector amice Vale.

His subnexum est *Registrum.* Prima pagina vltimi folii legitur *M. Antonii* SABELLICI ad *Io. Matthaeum* CATARENVM Patricium epistola, in qua ait, se opus praesens tam a librariis, quam a typographis corruptum recognouisse, nihilque a se quoad hanc recognitionem

tionem praetermissum fuisse, nec *Bernardinum* quoque RASINIVM Nouocomensem, hominem in librario opificio, supra quam dici possit, adcuratum & diligentem, gerendae rei defuisse. Ex his patet, SABELLICI cura hoc opus a *Bernardino* RASINIO fuisse impressum; ast quo loco, quoue anno, haud exploratum habetur. MAITTAIRE licet plures memoret Bernardinos, huius tamen nullam habuit notitiam. Verisimile mihi videtur, Venetiis illum typographicam exercuisse artem, eoquod ibi SABELLICVS maximam vitae suae partem transegit.

Opus istud romano, ac nitido charactere chartae albae ac laeuigatae impressum 58 foliis constat. Initiales litteras paruas adiecit typographus, folia numeris, & fasciculos plagularum litteris signauit, custodes vero omisit. Lineae in quauis pagina 59 numerantur. In laterali margine notae habentur adiectae. Distinctionis signa praeter punctum obseruantur & colon, & interrogationis signum. Tituli omnes capitalibus litteris sunt expressi.

LXXXIV. Logica breuis noua, in 4.

Opusculum istud vnico tantum plagularum fasciculo, littera *a* insignito, contentum; gothico charactere, & quidem plane eodem impressum est, quo *Raymundi* LVLLI *ars generalis vltima* anno 1480 a *Philippo* quodam Venetiis euulgata fuit. Initiales litterae nullae conspiciuntur, nullique custodes, aut paginarum numeri. In fronte primae paginae legitur: *Deus cum tua summa perfectione incipit logica breuis noua.* Terminatur auersa folii sexti pagina, linea 34, cui subiectum habetur capitalibus litteris impressum:

DEO GRATIAS.

Auctor huius logicae depraedicatur *Raymundus* LVLLVS, gente Catalaunus ex illustri Herilium familia, in insula Maiorica apud Baleares in vico S. MICHAELIS anno 1236 natus. Supremum diem obiit anno 1315. aetatis suae 80. quam plurimis scriptis nomen suum immortalitati commendans. *Henr.* WARTHON in *Adpend. ad* CAVEVM p. 5. & seqq.

LIBRI, QVOS EX DEFECTV COGNITIONIS CHARACTERVM NVLLI CERTO TYPOGRAPHO ADSCRIBERE AVDEO.

LXXXV. Simonis de Cassia Ord. Eremit. S. Augustini liber super totum corpus Euangeliorum, seu libri XV. de gestis Iesu Christi. in fol. mag.

Integrum hoc opus foliis 385 comprehenditur, gothicoque, ac satis luculento charactere in duabus columnis, quarum quaeuis integra 66 complectitur lineas, impressum est. Plagularum fasciculos litteris notauit typographus, & initiales litteras paruas adiecit; custodes vero, & paginarum numeros omisit. Distinctionis signa punctum & colon occurrunt.

Opus praecedit tabula, seu Euangeliorum de dominicis, & festis diebus index quinque foliis contentus, cui prologus, seu breuis de eiusdem vsu instructio, quae primam folii primi columnam occupat, praemissa est. Prima folii quinti columna *finit tabula in sequentem librum*, folio sexto incipiens. Huius in fronte legitur: *Incipit liber venerabilis fratris Simonis de Cassia ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini super totum corpus euangeliorum. quem librum incepit ad instantiam & petitionem sui charissimi amici domini Thome de Korsinis legum doctoris de florentia Anno domini. M. CCC. XXXVIII. die sexta mensis septembris apud almam vrbem. Sed ibidem Anno domini M. CCC. XLVII. in vigilia ascensionis dominice infirmatus: & sequenti anno die secunda februarii defunctus. nec ipsum librum relegere & ordinare vel corrigenda corrigere si que essent, nec in aliquibus tractatibus & capitulis huius libri perficienda perficere potuit vel complere.* Haec sequitur *prologus primus generalis*



ralis in libros de gestis domini saluatoris. Tertia columna sexti folii linea 12 *Incipit primus liber de verbo incarnato pro nobis in tempore incarnato secundum Iohannem solum.* Secunda columna folii 385 *Expliciunt vndecimus duodecimus terciusdecimus quartusdecimus & quintusdecimus libri de gestis Saluatoris. Quos edidit diuini flamminis doctor frater Simon de Cassia ordinis heremitarum beati Augustini.*

Huius editionis meminere BAVR in *Suppl.* T. I. p. 376, qui hoc opus a paucis visum dicit: Cl. FREYTAG in *Anal.* p. 863, qui editionem istam rarissimam & omnium forte primam adpellat, & Cl. SEEMILLER Fasc. II. p. 159, qui, FREYTAG tam in numerandis foliis, quam inscriptionem exscribendo aliquid humani passum fuisse, optime animaduertit.

Simon cognomento FIDATVS, natione Italus, patria Vmber e nobili familia fidata Cassiae, vnde de Cassia vocitabatur; natus, ordinem Eremitarum S. AVGVSTINI professus, vir tam vitae sanctitate, quam concionandi facundia insignis, circa seculi XIV. medium floruit, & praeter praesens opus, & alia pia, aeque ac erudita ingenii sui monumenta posteritati reliquit.

LXXXVI. S. Ioannis Chrysostomi Homiliae in epistolam S. Pauli ad Hebreos, Muciano scholastico interprete. II. Aliae Homiliae XLIV. III. Libri duo de compunctione cordis. IV. Liber de reparatione lapsi. V. Narratio de quodam adolescente pupillo relicto. VI. Libri sex de sacerdotio. VII. Sermones XXV. in Fol.

Primum S. Chrysostomi opus gothico charactere in duabus columnis impressum, 108 foliis constat. Caret paginarum numeris, & custodibus. Initiales litterae ligno sunt incisae. Plagularum fasciculi numeris sunt signati. Praemissus est homiliis earumdem index. Folio secundo *Incipit Commentarium sancti Iohannis episcopi Constantinopolitani cognomento Crysostomi in epistolam sancti Pauli apostoli ad hebreos. Ex nothis editum post eius obitum a Constantino presbitero Antiocheno Et translatum de greco in latinum a Muciano scolastico.* Quarta columna folii 108 *Explicit Omelia XXXIIII. Et per consequens totalis commentatio sancti Iohannis episcopi Constantinopolitani cognomento Crysostomi in epistolam beati Pauli apostoli ad hebreos.*

Homiliae XLIV. quae eodem, quo superiores, charactere impressae, tredecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, comprehenduntur. Prima folii primi pagina vacua est. Auersam occupat index. Folio secundo *Incipit Omelia sancti Iohannis episcopi cognomento chrysostomi de superscriptione psalmi quinquagesimi.* Vltima homilia quarta folii 106 columna, linea 11 terminatur.

Istis absolutis, *Incipit liber primus sancti iohannis episcopi de compunctione cordis*; secundus vero quarta columna folii 16 finitur. Folio 17. *Incipit liber Iohannis episcopi de reparatione lapsi.* Folii 30 tertia columna initium sumit narratio *De quodam adolescente pupillo relicto*, quae quarta folii 33 columna definit. Desunt in hisce libris paginarum numeri, custodes, & signaturae. Initiales litterae minutiori charactere sunt indicatae.

Sex libri de Sacerdotio modo dialogico conscripti 36 folia complectuntur. Externa illorum forma cum immediate praecedenti conuenit. Praemisso indice, qui primum implet folium, secundo folio *Incipit liber primus.* Tertia columna folii 36 *Explicit liber dyalogorum sancti Iohannis Crisostomi & sancti Basilii.*

Vltimum huius voluminis locum Sermones XXV. nouiter e graeco in latinum traducti, quibus nullus praefixus habetur titulus, obtinent. Initiales litterae ligno incisae conspiciuntur.

ſpiciuntur. Eorumdem initium ita ſonat *:Euertendi ſunt nobis malorum fontes.* Tertia columna folii quadrageſimi *Expliciunt ſermones Iohannis Criſoſtomi numero XXV. nouiter de greco in latinum traducti.*

Haec *S. Iohannis* CHRYSOSTOMI opera iam anno 1492 in lucem prodiiſſe, inde patet, eoquod, vt initio adſcriptum legitur, iam illo anno a IOANNE quodam Auguſtenſi emta fuerint.

Haec editio a Cl. SEEMILLER Faſc. II, p. 168 deſcripta habetur.

LXXXVII. Guilelmi Pariſienſis Rethorica diuina, ſeu de oratione Liber. in fol.

Hoc opus in duabus columnis gothico charactere impreſſum 57 foliis conſtat. Signaturas, & initiales litteras paruas adiecit typographus, cuſtodes vero, & paginarum numeri deſiderantur. In prima pagina folii primi ſequentia maiuſculis litteris impreſſa leguntur: *Rethorica Diuina de Oratione domini Guilermi Pariſien.* Auerſam eiusdem decem diſticha in auctoris laudem occupant. Folio ſecundo tabula, ſeu materiarum index ſex foliis contentus incipit. Folio octauo inchoat *Commendatio preſtantiſſimi & incomparabilis doctoris magiſtri Guilermi. actoris ſequentis libri. qui Rethorica diuina pretitulatur.* In hac ſequens habetur notitia: *Guilermus epiſcopus pariſienſis, natione aluernus, doctor profundus & vnctus. ex cuius ſchola, velut ex vberrimo fonte ſapientie innumerabiles preclariſſimi viri emerſere: preter eximios laborum ſuorum fructus, bibliothece eccleſiaſtice plurimos & preciosos librorum theſauros adiecit.* Deinde recenſentur opera ab ipſo auctore conſcripta, magnisque laudum encomiis extolluntur. Commendationem excipiunt capitulorum argumenta. Folio denique nono incipit *Rethorica diuina ſiue ars oratoria eloquentie diuine edita per venerandum patrem magiſtrum Guilermum pariſien.* Folii 57 ſecunda columna *Explicit Rethorica diuina de oratione domini Guilermi pariſienſis.*

LXXXVIII. S. Ephrem opuſcula. in fol.

In prima pagina folii primi haec maioribus litteris impreſſa leguntur: *Libri Sancti Effrem. De Compunctione cordis Iudicio dei & Reſurre. &c.*
Beatitudine Anime
Penitentia
Luctamine ſpirituali
Die Iudicii.

Folio ſecundo *Ingenioſi, acutiſſimi Sanctique viri Effrem Ediſſene eccleſie diaconi: De Compunctione cordis: Liber primus incipit,* & prima folii noni columna, linea 15 terminatur. Liber de *die iudicii* quarta columna folii 17 his verbis finitur: *Sancti ac deuoti viri Effrem diaconi. Liber de die Iudicii feliciter explicit.* Vltima duo folia implet librorum, & capitulorum index, ad cuius finem verba mox relata repetita habentur. Opuſcula iſta vndeuiginti foliis contenta in omnibus quoad externam formam cum immediate praecedenti conueniunt, ex quo & iſta ex eadem officina, forſan & eodem anno in lucem prodiiſſe, coniicere eſt.

Huius editionis mentio fit in *Suppl. Bibl. vniuerſ.* BAVR T. II. p. 41. vbi vetuſta ac rara adpellatur. Deſcripta quoque inuenitur *Faſc. II. Incunab. Bibl. Academ. Ingolſt.* p. 171.



LXXXIX. Nicolai de Cusa Card. S. R. E. Opuscula quaedam T. II. in fol.

Tomus primus septemdecim, secundus 28 plagularum fasciculos, litteris instructos, complectuntur. Desunt initiales litterae, custodes, & paginarum numeri. Typus est gothicus minusculus. Charta est munda, alba, & firma, sed minus polita, in qua typographus amplas reliquit margines. Prima pagina vacua est; in auersa legitur prooemium, in quo haec in auctoris laudem scripta habentur:

Iohannes Andreas Episcopus Aleriensis apostolice bibliothece secretarius - - - - in quodam loco testatur. quisquis velit scribere facillime quod laudet obuium promptumque inueniet. vbi tamen desinat aut cui quod preferat: de summis eius — NICOLAI *de Cusa* nimirum — *meritis vel ornamentis nunquam si sapiat poterit exacte iudicare. Fuit enim vt ille refert tanta bonitate dum viueret: vt vir eo melior nunquam sit natus. vitiorum omnium hostis acerrimus atque publicus inimicus. fastus & ambitionis totus aduersarius. integritate animi immutabilis. honestorum laborum in decliui etiam senectute patientissimus. benefaciendi & gratificandi gratieque referende promptitudine admirabilis vt natus omnibus maxime: sibi ipsi minime videretur. Sane tanta doctrinarum omnium vbertate fuit: vt quidquid ex tempore dicendum incidisset: tali id semper ille copia differeret: vt ei solum facultati censeretur studuisse. vir ipse supra opinionem eloquens & latinus &c.*

Prooemio breuis materiarum in primo tomo pertractatarum index subnexus est. Primum locum obtinent tres libri de *docta ignorantia*, quos *apologia* de eadem sequitur: hanc excipiunt libri duo de *coniecturis*, hos liber de *filiatione dei*, istum Dialogus *de Genesi*, hunc denique libri IV. de *idiotis*.

Liber primus de *ignorantia docta*, quem IVLIANO Cardinali praeceptori suo inscripsit auctor, folio secundo incipit. Prima pagina folii 37 inchoat *Apologia*, quam folio 44 libri duo de *coniecturis* eidem Cardinali dedicati excipiunt. Folio 68 incipit tractatus de *Filiatione Dei*, quem ad instantiam confratris sui *Conradi* de WARTBERGER Canonici Monasterii Memfelt concepit. Auersa folii 72 pagina initium sumit Dialogus de *Genesi* Leodii 1447 conscriptus. Huius interlocutores sunt CONRADVS, & NICOLAVS. Folio 78 incipit liber primus idiotae, ad cuius finem legitur: *Finiui die qua incepi reare. XV Iulii. M.* CCCCL. *N. Card. S. Petri.* Ad finem secundi libri sequens habetur notitia: *Scripsi in fabriano altera qua incepi die. M.* CCCCL. *octaua Augusti.* Prima folii 98 pagina *Finit ydiote liber de mente. N de Cusa Cardinalis ad vincula sancti Petri.* His immediate additum est: *Finiui in Monasterio vallis castri prope Fabrianum die XXIII. Augusti*: In fine quarti libri legitur: *Fabriani XXIII. Septembris N Card. S. Petri* His deinde subiectum habetur: *Altissimarum theoriarum libri huius voluminis Sancte Memo. Reuerendissimi in Christo patris ac domini domini Nicolai de Cuza Sacrosancte Romane ecclesie titl. sancti Petri ad vincula presbiteri Cardinalis Episcopi Brixinen. in cardinalatu & ante: mira claritate ingenii: illuminatissimoque intellectu compositi hoc faceto terminantur termino.*

Tomo secundo idem prologus, qui primo, & materiarum index praemissi sunt. Folio secundo incipit *Tractatus Reuerendissimi in Christo patris & domini: domini Nicolai de Cusa tit. sancti Petri ad vincula presbiteri Cardinalis Episcopi Brixinensis ad abbatem & fratres in Tegernsee. De visione dei.* Istum auersa folii 17 pagina excipit tractatus de *pace fidei*, hunc *Reparatio Kalendarii.* In huius fine sequens habetur notitia: *Collectus fuit tractatus iste per prefatum reuerendissimum patrem & recitatus Basilee in concilio Anno domini* 1436. *Sed nihil tunc per sinodum ibidem actum est.* Auersa eiusdem incipit tractatus de *mathematicis complementis* NICOLAO V. S. P. inscriptus. Istum sequentes ordine suo excipiunt; nimirum *Cribratio Allchoran* PIO II. dicata, de *Venatione sapientie*: Dialogus de

ludo



ludo globi, cuius interlocutores ſunt NICOLAVS & IOANNES Dux Bauariae, & NICOLAVS & ALBERTVS Dux Boioariae: *Compendium eorum, circa quae conſideratio verſari debeat: Trialogus de Poſſeſt.* In huius fine ſequens legitur notitia: *Finis Trialogi aut verius ſtelle: habiti a ſapientiſſimo & R. P. D. Nicolao de Cuſa ſan. Ro. Ec. pbro. Cardinale tit. Sancti Petri ad vincula Cum duobus familiaribus ſuis D. Bernardo Cancellario Archiepiſcopi Salzburgen. & Io. Andrea Vigenio Abbate monaſterii ſancte Iuſtine de Sezadio.* Auerſa folii 133 pagina ſubſequuntur eiusdem litterae contra Bohemos ſcriptae, quas auerſa folii 141 pagina tractatus de *mathematica perfectione*, & hunc tractatus de *Berillo* excipit. Folio 157 *Nico. de cuſa ad Reuerendum patrem dominum Gerardum Epiſcopum Solon. de dato patris luminum liber incipit.* Auerſa folii 16 *Libellus Reuerendi patris domini Nicolai de Cuſa - - - - de querendo deum. Anno domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto Maguntie compilatus incipit feliciter.* Prima pagina folii 166 vacua eſt, in auerſa inchoat *Dialogus de apice theorie. Interlocutores Reuerendiſſimus dominus Cardinalis. Et Petrus de Ercklentz tunc temporis canonicus; poſtea decanus eccleſie beate Marie Aquenſis Leodien. dioceſ.* Prima folii 169 pagina *Explicit libellus de Apice theorie.* Hac de editione Bibliographi etiam praeſtantiores altum tenent ſilentium, ex quo eiusdem raritas adparet.

NICOLAVS Cuſae, vnde *Cuſanus* adpellatus, ad Moſellae ripas in Treuirenſi dioeceſi natus, ſcientiarum curriculo emenſo, ſucceſſiue adminiſtrator parochiae S. WENDALINI, Decanus S. FLORINI Confluentiae, Praepoſitus Monaſterii Maynfeldiae, Archidiaconus Leodienſis, & Protonotarius apoſtolicus euaſit. Ad concilium Baſileenſe anno 1433 profectus, patribus ibidem congregatis tenaciter contra Summum Pontificem adhaeſit; aſt dein ab iisdem deficiens ad Papae partes cum *Aenea* SYLVIO tranſiit, easque fortiter defendit. Inde variis legationibus, iuſſu EVGENII IV. Conſtantinopoli, in Germania, & Gallia feliciter functus, a MARTINO V. an. 1448 purpura ornatur, & anno 1450 Epiſcopus Brixienſis ordinatus, tandem Tuderti in Vmbria an. 1464 defunctus, Romae eius corpus in eccleſia ad vincula S. PETRI humatum fuit. Viri eruditi vixnon omnes eius incomparabilem eruditionem litteris commendarunt. Quid de illo *Ioannes* ANDREAS Alerienſis ſenſerit, iam ſupra audiuimus. SIXTVS Seneuſis *in Bibl. S. Lib. IV.* de iſto ita ſcribit: „ Vir in omni litterarum genere admirandus, Mathematicus, Philoſophus, & „ Theologus, ſupra quam cuiquam credibile ſit, eruditiſſimus, cui docta quaedam tam in „ verbis quam ſcientiis amica fuit obſcuritas." V. HONTHEIM *Hiſtor. Treuir.* T. II. Sec. XV. p. 327. EGGS *Purpura docta.* Lib. III. p. 133 - 148. WARTHON in *Adpend.* ad CAVEVM p. 162.

XC. S. Bernardini Senenſis Ord. Min. Quadrageſimale de Chriſtiana religione, in fol.

Opus iſtud 35 plagularum faſciculis, qui litteris ſunt ſignati, contentum, in duabus columnis gothico eſt impreſſum charactere. Caret paginarum numeris, & cuſtodibus; initiales litterae paruae adparent. Sermones, qui LXVI. numerantur, in articulos, articuli vero in capitula ſunt diſtincti. Tituli omnes maioribus litteris ſunt expreſſi.

In prima pagina folii primi maioribus litteris legitur impreſſum: *Quadrageſimale beati Bernardini de xpiana religione.* Auerſam implet *Tabula alphabetica perutilis continens principalia contenta in hoc libro.* Folio ſecundo *Incipit liber de chriſtiana religione per totam quadrageſimam editus per ſanctum Bernardinum de ſenis ordinis fratrum minorum. Et primo ad ſequens opus proemium vbi chriſtiana religio diuerſimode commendatur.* Sermonibus operis *concluſio* ſubnexa eſt.

Externa



XCI. S Bernardini Sermones de Euangelio aeterno. in fol.

Externa huius editionis forma cum immediate praecedenti in omnibus conuenit. Sermones isti 48 plagularum fasciculis constant. In prima pagina folii primi legitur: *Sermones sancti Bernardini de Senis ordinis fratrum minorum de euangelio eterno.* Folio secundo incipit *Summarium breuissimum sermonum de euangelio eterno*, quod tertia columna tertii folii *Prefatio in tabulam sequentem* seu indicem alphabeticum materiarum excipit. Secundo folio fasciculi tertii *Incipiunt sermones sancti Bernardini de senis ordinis fratrum minorum de euangelio eterno.* Quarta columna folii 314 *Expliciunt sermones de caritate seu de euangelio eterno sancti Bernardini de senis ordinis fratrum minorum.*

BERNARDINUS natione Italus, patria Senensis, ex nobili *Albizaschorum* familia oriundus, anno 1370 die 8 Septembris in Massana Hetruriae oppido natus, anno 1404 Ordinem fratrum Minorum ingressus est. Vir erat, teste TRITHEMIO, in diuinis scripturis eruditus, & declamator omnium sui temporis celeberrimus, vita, & conuersatione sanctissimus. Obiit Aquilae in Vestiuis anno 1443, iuxta alios, 1444. die 20 Maii, a NICOLAO V. anno 1450 Sanctorum albo adscriptus.

XCII. S. Anselmi Archiepiscopi Cantuar. Libri duo, cur Deus homo? in 4.

Opus istud quinque plagularum fasciculos, litteris signatos complectitur. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae paruae sunt adiectae. Distinctionis signa punctum, & colon occurrunt. Typus est gothicus. In prima pagina folii primi sequentia maioribus litteris habentur impressa: *Tractatus Anselmi in questionibus Cur deus homo.* Folio secundo *Anselmi Cantuariorum Archipresulis clarissimi prefatio in librum cur deus homo incipit feliciter.* Praefationem capitulorum argumenta sequuntur, quae immediate prima pagina tertii folii, linea 20 primus liber excipit. Auersa folii 19 pagina, linea tertia *Incipit liber secundus. Cur deus homo.* Folii 32 auersa *Explicit tractatus Anshelmi in questionibus Cur deus homo.*

Alteram huius operis editionem iam primis typographiae annis absque anni, loci, & typographi nota typis euulgatam P. I. p. 31 descripsimus.

XCIII. *Questiones euangeliorum tam de tempore quam de sanctis Iohannis de turre cremata cardinalis*. in fol.

Titulus iste in prima pagina folii primi maiusculis litteris impressus legitur. Secundo folio, praemissa praefatione, incipit *Tabula thematum de tempore.* Folii 15 tertia columna *Incipiunt themata de sanctis.* Quarta columna folii 21 *Incipit tabula alphabetica in se continens & concludens omnes & singulas materias huius operis quod sequitur.* Folio 38 prima columna *Incipit tabula materie applicabilis siue floris theologie secundum ordinem alphabeti.* Folio denique 39 *Incipit materia aurea enucleata ex originalibus virtutum & viciorum. Flos Theologie nuncupata secundum ordinem alphabeti pro sermonibus applicabilis tam de tempore quam de sanctis totius anni.* Finita hac materia, *Incipit tabula questionum.* Folio 139 *Questiones euangeliorum tam de tempore quam de sanctis collecte per R. D. Iohannem de turre cremata episcopum sabinen. sancte romane ecclesie cardinalem sancti sixti incipiunt feliciter.* Secunda columna folii 291 *Finiunt questiones euangeliorum tam de tempore quam de sanctis domini Iohannis de turre cremata Cardinalis feliciter.* Desunt in hoc opere initiales litterae, custodes, & paginarum numeri; signaturae vero obseruantur.

Huius

. Huius editionis mentionem facit FREYTAG Adpar. II. p. 117. eamque tertiam adpellat. Prima Romae per *Ioannem* SCHWRENER de Bopardia anno 1477 typis excusa dicitur: secunda, cuius P. I. p. 196 m... nimus, Norimbergae ex Friderici Creusner officina anno 1478 in lucem prodiit: tertia praesens laudatur, quae, vt ex prooemii fine colligitur, circa annum 1480 prelo commissa videtur; ibi enim legitur: *Comportata sunt hec ad laudem dei omnipotentis. gloriosissimeque virginis marie & omnium sanctorum. necnon ad salutem animarum. & in salute animarum proficere volentium. Anno domini &c. LXXX.* Si forte hic numerus impressionis annum non designaret, quod tamen mihi cum cl. FREYTAG verisimile videtur, istam tamen haud diu post illum lucem adspexisse, coniiciendum erit.

XCIV. Tractatus duo super declaratione indulgentiarum pro animabus in purgatorio detentis concessarum; primus a Ioanne de Fabrica, alter a Nicolao Richardi compositi. in fol.

Vnico tantummodo plagularum fasciculo, qui ternus, & littera A insignitus, hi tractatus constant. Typus, quo impressi, gothicus est. Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. In fronte primae paginae legitur: *Tractatus compositus per Reuerendum magistrum nostrum Magistrum Iohannem de fabrica Ordinis fratrum Minorum sacre pagine professorem famosissimum Parisius in presate ordinis schola regentem super declaratione Indulgentiarum concessarum pro animabus in purgatorio.* Auersa folii secundi pagina, linea sexta desinit, & immediate incipit *Tractatus Compositus per reuerendum magistrum nostrum magistrum Nicolaum Richardi sacre pagine professorem famosissimum secularem super eadem materia indulgentiarum tunc in vniuersitate pictauien. famosa Rectorem.* Hunc prima folii quinti pagina *Sequitur resolutio summe Antonini Archiepiscopi Florentini*, quam in medio auersae paginae *Clausula principalis magne* excipit. Alteram horum tractatuum editionem supra N. LIV. recensuimus.

XCV. *Directorium humane vite alias parabole antiquorum sapientum* c. figg. in fol.

Opus istud gothico charactere impressum 13 plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Initiales litteras minutiori charactere notauit typographus. Figurae ligno incisae, ac materiis pertractandis adcommodatae copiose occurrunt. Titulus supra relatus in prima pagina maiusculis litteris impressus inuenitur. Auersam figura ligno incisa regem folio sedentem, cui non nulli homines adstant, repraesentans occupat. Folio secundo prologus sequentibus verbis incipit: *Verbum Iohannis de capua. post tenebrarum olim palpationem ritus iudaici.* Auersa folii quarti pagina *Explicit prologus Incipit liber*, qui in septemdecim distinctus est capitula. Ad calcem operis legitur: *Explicit liber parabolarum antiquorum sapientum.*

Huius editionis meminit FREYTAG *Adpar.* III. p. 106, qui eam in Germania seculo XV ad finem vergente in lucem prodiisse autumat. De hoc opere ita loquitur praefatus auctor l. cit. „ Vix inuenitur liber, si scripturam sacram exceperimus, quem tot gentes „ in vernacula sua legant, quam is, cuius titulus heic comparet. Natales suos, vt per- „ uulgata virorum doctorum opinio est, Indiae acceptos refert, in qua illum ante duo „ amplius annorum millia Indorum vernacula, in lucem exiisse scribunt. Quis auctor il- „ lius fuerit nondum inter doctos conuenit, cum alii alium nominant libri auctorem.



Alii ISAMVM, alii BIDPAVM, alii CROISAM dicunt. *Christianus* RAVIVS in catal. MS. Oriental.. Centur. I. num 20. librum istum a quodam BVSSVR GEVHAR confectum scribit. Versionis latinae auctor *Ioannes* de CAPVA, qui circa annum 1262 floruisse a FABRICIO traditur, laudatur. Qui de aliis versionibus quaedam scire cupit, praefatum auctorem l. cit. & pagg. seqq. legere poterit.

XCVI. Martini Poloni Margarita Decreti, seu tabula Martini. in fol.

Opus istud 17 plagularum fasciculis contentum, gothico charactere in duabus columnis est impressum. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae a littera *A* vsque ad *I* desiderantur; a littera K. vsque ad Z. istae minutiori charactere sunt indicatae. In prima folii primi haec maiusculis litteris leguntur impressa: *Margarita decreti seu tabula martiniana decreti.* In fronte secundi folii haec habentur: *Margarita decreti seu tabula martiniana edita per fratrem Martinum ordinis predicatorum. . domini pape penitentiarium & capellanum.* Tunc sequitur auctoris prologus, qui secunda eiusdem folii columna linea quinta terminatur. Ad calcem operis haec tantum leguntur: *Sit laus deo.*

Quid auctor hoc opere praestare voluerit ipse in prologo his verbis explicat: *Nouerit ergo lector quod non fuit principaliter mere intentionis. huius libri decreti determinare sententias. sed potius per distinctiones alphabeti ipsius libri intimare materias. Et vbi in hoc libro decreti aliqua sub questione ponuntur: etiam in hoc opusculo sub questione insinuantur.*

MARTINVS, gente Polonus, e nobili *Streporum* familia oriundus, ordinis Praedicatorum Alumnus, Summorum Pontificum, CLEMENTIS IV. GREGORII X. INNOCENTII V. IOANNIS XXI., & NICOLAI III. Poenitentiarius, & Capellanus ab historicis celebratur. Ab isto vltimo, tum Viterbi agente, ad Gnesnensem Poloniae primam sedem a sex annis vacantem anno 1278. V. Cal. Iulii promotus est, & inauguratus. Ast dum ecclesiam suam aditurus iter adgreditur, Bononiae morbo correptus eodem anno diem obiit suum. Praeter praesens opus plura scripta reliquit, inter quae eiusdem chronicon praecipue ab eruditis laudatur. QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 352. CAVE T. II. *Histor. litterar. Eccles.* p. 323.

XCVII. *Speculum artis bene moriendi de tentationibus, penis infernalibus. interrogationibus agonizantium, & variis orationibus pro illorum salute faciendis.* in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina leguntur. His deinde figura ligno incisa, magistrum discipulos suos erudientem exhibens, subiecta est. Folio secundo *Incipit Speculum artis bene moriendi perutilis.* Constat sexdecim foliis, & gothico charactere est impressum. Desunt paginarum numeri, & custodes. Signaturas, & initiales litteras paruas adposuit typographus. In fine legitur: *Artis bene moriendi cunctis perutilissime felix finis.*

XCVIII. *Textus passionis Christi secundum quatuor euangelistas in vnam collectus historiam cum sermone dominico.*
Item articuli passionis cum theorematibus & documentis fratris Iordanis ordinis heremitarum sancti Augustini. in 4.

Ista



Ista prima pagina tituli loco habentur. In fronte secundi folii legitur: *Passio domini nostri Iesu christi: collecta ex quattuor euangelistis.* Character, quo impressus est hic tractatus, gothicus est. Initialis littera ligno incisa conspicitur; nulli vero custodes aut paginarum numeri. In laterali margine Euangelistae, quorum verbis vsus est auctor, adnotati sunt. Terminatur iste prima folii 14 pagina, linea vicesima, cui subiectum habetur: *Finis.*

Folio sequenti incipit *Tractatus venerabili: ac deuotissimi patris iordanis ordinis heremitarum sancti Augustini pro volentibus in passione domini proficere vel aliis predicare multum deuotus & perutilis habens partes septem iuxta horas septem canonicas cum theorematibus & articulis passionis atque doctrinis pro homine saluberrimis.* Haec maiusculis litteris sunt expressa; reliqua vero eodem charactere, quo immediate praecedens tractatus, & quidem in duabus columnis. Plagularum fasciculi litteris signati, nouem numerantur. Ad calcem operis legitur: *Explicit expositio dominice passionis cum suis theorematibus & exemplaribus documentis: ad honorem eiusdem domini nostri Iesu christi: qui pro nobis passus mortuus & sepultus resurrexit & viuit & regnat cum patre & spiritu sancto vnus deus per infinita secula seculorum: Amen.*

Auctor huius tractatus IORDANVS a Saxonia, ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI Alumnus, cuius iam P. I. p. 106 meminimus, laudatur.

XCIX. *Verba deponentialia*, in 4.

Haec tantum verba in prima pagina litteris maiusculis impressa leguntur. Folio secundo *Incipiunt verba deponentialia Ad vescendum.* Sequitur dein regula de verbo *Vescor* metrice concepta, quam immediate eiusdem declaratio excipit. Huius initio ita legitur: *Vt aiunt nonnulli iohannes de garlandria videns errorem quam plurimorum non habentium differentiam inter verba deponentialia & verba passiua, hunc libellum de verbis deponentialibus metrice collegit.* Ex his verbis operis auctor nobis innotescit; quisnam vero commentarii auctor sit, haud perspectum habetur. Opus hoc, gothico charactere impressum, foliis 24 constat. Caret initiali littera, custodibus, & paginarum numeris.

C. *Composita verborum*. in 4.

Titulus iste folium primum solummodo occupat. Folio secundo *Incipiunt composita verborum prime coniugationis.* Hoc opusculum 70 foliis comprehenditur. Signaturae, & foliorum numeri adparent. Reliqua externa forma immediate praecedenti penitus consonat. Terminatur istud prima folii 70 pagina, linea 26, cui subiectum legitur maiusculis litteris impressum: *Finis compositorum Sint his.*

CI. *Cursus optimarum questionum super Philosophiam Aristotelis cum interpretatione textus secundum viam Modernorum: ac secundum cursum magistri Georgii: per magistrum Thomam Bricot sacre Theologie professorem emendate*. in fol.

Opus istud gothico charactere papyro firmae, sed minus politae in duabus columnis impressum, 228 foliis, quae numeris sunt signata, continetur. Initiales litteras partim omisit typographus, partim minutiore charactere adnotauit, signaturasque adposuit. Quae-



uis columna integra 67 complectitur lineas. Praeter punctum nullum aliud obferuatur distinctionis fignum.

In prima pagina folii primi verba fupra relata leguntur. Secundo folio *Incipiunt queftiones fuper Philofophiam Ar. cum interpretatione textus eiufdem edite a magiftro Georgio & per magiftrum Thomam Bricot emendate.* Liber octauus Phificorum quarta columna folii 77, linea 51 terminatur. Folio fequenti, praemiffa globi figura, incipit *Primus liber de Celo & Mundo.* Folio 101 *Primus liber de Generatione & Corruptione initium fumit.* Secunda columna folii 228 *Finit feliciter metaphificam.* — fic —

CII. *Libri Ebrardi Grecifte*. in fol.

Titulus ifte feparatum occupat folium. In fronte primi folii maiufculis litteris impreffum legitur: *Iohannis Vincentii metulini aquitanici in additionibus ad grecifmi poftillam prefatio feliciter incipit.* Auerfam eiusdem paginam prologus metrice fcriptus, ac maiufculis litteris impreffus implet. Folio tertio alius legitur prologus. Quarto folio incipit auctoris prooemium, quod vnacum gloffa, ac operis indice auerfa folii quinti pagina finitur. Indicem mox excipit *Liber primus De figuris.* Opus auerfa folii 196 pagina terminatur; ad cuius finem fequentia habentur: *Viri litterarum doctiffimi magiftri Ebrardi bitunienfis grecifmi liber feliciter explicit Vnacum glofa magiftri Iohannis vincentii metulini in florente ac fructifera pictauienfi vniuerfitate regentis.*

Opus iftud ab EBRARDO Bitunenfi pedeftri fermone compofitum, & a *Ioanne Vincentio* METVLINO commentariis illuftratum 196 foliis conftat. EBRARDI textus maiufculis litteris, quas Miffales dicunt, eft impreffus; gloffa vero minufculis, fed fatis pinguibus. Defunt cuftodes, initiales litterae, & paginarum numeri. In laterali margine adnotationes habentur.

CIII. *Actores octo libros fubfcriptos continentes videlicet Cathonis faceti. Theoduli De contemptu mundi floreti, Alani de parabolis. Fabularum efopi. Thobiadis*, in 4.

In prima pagina folii primi omnia ifta impreffa habentur. Auerfam *Ioannis Vincentii* METVLINI, qui librorum iftorum editionem procurauit, praefatio occupat. Secundo folio CATONIS liber incipit, quem prima folii feptimi pagina liber *Faceti* fequitur. Auerfa folii vndecimi pagina *Morofi faceti finit feliciter.* Iftum immediate liber THEODVLI excipit. Folio 16 ad finem auerfae paginae *Incipit liber de contemptu mundi.* Auerfa folii tricefimi pagina, linea 20 *Incipit liber floreti.* Liber parabolarum ALANI prima folii 51 pagina absque titulo initium fumit. In fine eiusdem legitur: *Alanus de parabolis liber finit feliciter.* Hunc folio 61 fequuntur AESOPI fabulae. Auerfa folii 77 pagina *In libro qui thobias matthei vindocinenfis intitulatur. Prologus feliciter incipit.* Prologum excipit *Epiftola mathei vindocinenfis ad Bartholomeum turonenfis archiepifcopum.* Folio 78 denique *Incipit narratio thobie.* Prima folii 115 pagina *Thobie liber finit feliciter.* Auerfam eiusdem typographi fymbolum occupat.

Opus praefens typo gothico, & plane eodem, quo immediate praecedentis gloffa impreffa eft, excufum, quindecim plagularum fafciculis, qui litteris funt fignati, conftat. Initiales litterae vel ligno funt incifae, vel minutiore charactere notatae. Cuftodes, & paginarum numeri defiderantur.

Omnes

Omnes libri a numero XCVIII vsque ad praefentem faltem anno 1496 in lucem prodiere, cum isto anno, vti in omnibus adfcriptum legitur, F. *Petrus* BERKENMAIR nostri Monasterii Monachus Bibliothecae nostrae dono tradidit.

CIV. Ioannis Carthusiani Libri III. *Nosce teipsum* intitulati. in 4.

In prima pagina folii primi legitur *Tetrastichon iodoci galli rubiacensis in opusculum nosce te.* Secundi folii prima pagina doctorum habentur censurae; in auersa opus suum auctor ecclesiae, eiusdemque doctorum iudicio subiicit. Folio tertio incipit auctoris oratio ad suos dilectos filios in diuersis regionibus degentes, & sexti folii prima pagina, linea secunda desinit. Tunc immediate sequitur *Exordium in opusculo Nosce te.* Auersa eiusdem *Incipit narratio & dispositio prime partis: in opere Nosce te interpretato. in libro primo.* Deinde mox subsequitur: *Nosce te appellari libellum istum decreuimus: quoniam de cuiuscunque mentis statu iudicare iuditia volumus dilucidissime. Vt nemo vltra suos errores presumptionis pretoria ad alios iudicandum terminos audeat. Sed quilibet in gradu suo salutem propriam: humiliter deuoteque sollicitus sit custodire.*

Opusculum istud foliis 98 contentum, gothico charactere est impressum. Caret custodibus, & paginarum numeris; signaturas vero, & initiales litteras paruas exhibet. In fine commendationis huius operis legitur: *Fac igitur persuade tibi non modo vt eum emas quod impressori pergratum est: sed & tibi velut enchiridion & quottidiana lectione frequentandum vsurpes. Optime vale Ex Heidelberga sexta Iulii Anno M* cccc. LXXXIX. Ex verbis his colligere est, opus praesens fuisse anno 1489 typis eulgatum, non autem, vt POSSEVINVS autumat, Heidelbergae in lucem prodiisse. Idem iam anno 1480 Venetiis a *Nicolao* IENSON fuisse excusum BAVR T. II. *Supplem. Bibl. Vniuers.* p. 236 & SMITH in *Catal. lib. rar.* p. 44 testantur.

IOANNES, natione Italus, patria Venetus, ordinis Carthusiani Monachus, vir in diuinis scripturis studiosus, & eruditus, ingenio praestans, vita, & conuersatione deuotus, regularisque obseruantiae cultor eximius, ad finem seculi XV. florebat. TRITHEM. in *Bibl. Fabric.* p. 210.

CV. S. Augustini Episc. Sermones ad Eremitas. in 4.

Sermones isti, spurium S. AVGVSTINI opus, gothico charactere in duabus columnis impressi sunt. Initiales litterae paruae, & signaturae adparent; nulli vero custodes, aut paginarum numeri. In prima pagina haec tantum litteris maiusculis impressa leguntur: *Sermones sancti Augustini ad heremitas.* Folium secundum sermonum argumenta implent. Folio tertio *Incipiunt sermones sancti Augustini ad heremitas & nonnulli ad Sacerdotes suos. & aliquos alios. Et primo de institutione regularis vite. Sermo I.* qui prima columna quarti folii, linea 25 desinit. Vltimus sermo termi atur prima columna folii 104, linea 23. Sermonibus adcedunt quaedam de S. AVGVSTINO ex SIGEBERTO, ex S. BEDA, ex Viennensis Episcopi, & ANTONINI Chronicis excerpta. Ista denique S. Doctoris homilia de *Confessione*, & *admonitio de Silentio in ecclesia seruando* excipiunt.

Huius editionis meminit cl. GEMEINER *in den Nachrichten &c.* p. 276, qui istam secundam adpellat, quam Venetiana anni 1490 & Basileensis anni 1494 subsecutae sunt.



CVI. Ioannis Duns Scoti Ord. Min. Scriptum super I. sententiarum. in fol.

Integrum hoc opus in duabus columnis, papyro albae, ac firmae gothico ac perele-ganti charactere impressum 35 plagularum fasciculos, litteris signatos complectitur. Desunt initiales litterae, & paginarum numeri. In fronte operis legitur: *Incipit scriptum super Primo sententiarum editum a fratre Ioanne Duns ordinis Fratrum minorum doctore subtilissimo & omnium theologorum principe.* Deinde sequitur prologus 27 foliis contentus. Folio 28 prima quaestio absque titulo incipit. Terminatur opus quarta columna folii 245, linea 38, cui subiectum habetur: *Laus deo finis.* Duo sequentia folia tam prologi, quam distinctionum argumenta occupant; reliqua vero additiones, ad quarum finem sic legitur: *Et sic est finis harum additionum. que secundum nonnullorum opinionem textui doctoris subtilissimi super primum sententiarum librum adduntur, & in eodem locis suis interponuntur.* Auersam folii penultimi paginam *Registrum super primo sententiarum* implet, in vltimo vero typographi symbolum rubro colore expressum exhibetur.

CVII. Ioannis Abbatis Vcellensis sermones de tempore, & de sanctis, in 4. mai.

Constat hoc opus, gothico charactere impressum, 25 plagularum fasciculis, qui litteris sunt insigniti. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Initiales litteras paruas typographus adiecit. In prima pagina folii primi legitur: *Sermones vade mecum de tempore & de sanctis per figuras vtiles.* Folio secundo *Incipit Vade mecum Fratris Iohannis decretorum doctoris & abbatis Vcellensis. de collationibus dominicis, & festiuis.* Primus sermo est *de Aduentu Domini*, cui sequentia verba sunt praemissa: *Respicite & leuate capita vestra. luce XXI.* Auersa folii 122 pagina *Explicit prima pars dominicarum totius anni.* Folio sequenti *Incipiunt collationes festiue totius anni eiusdem fratris Iohannis abbatis Vcellen. decretorum doctoris.* Ad calcem operis sequens habetur auctoris admonitio: *iuxta modicitatem capacitatis mee premissas materias tam de euangelii quam de Apostolis aperui distinguendo. quotans duntaxat vnam diuisionem de tribus & vt plurimum primam ceterarum quotis causa breuitatis omissis. eas relinquendo discretioni cuiuscunque volentis verba sua copiosius dilatare. Me & omnia & singula supra scripta subiiciens & supponens correctioni sacrosancte romane ecclesie: ac cuiuslibet sanius sentientis.*

CVIII. *Aureum Speculum anime peccatricis docens peccata vitare ostendendo viam salutis.* in 4.

Haec verba in prima pagina figurae ligno incisae, quae magistrum cum discipulis suis exhibet, inscripta habentur. Folio secundo *Opusculum quod speculum aureum anime peccatricis inscribitur Incipit feliciter.* Istud quatuor plagularum fasciculos, litteris signatos, complectitur. Typus est gothicus. Desunt custodes, paginarum numeri, & initiales litterae. Lineae in quauis pagina integra 36 numerantur. In fine legitur: *Speculum aureum anime peccatricis a quodam cartusiense editum finit feliciter.*

CIX. *Tractatulus eximii doctoris Henrici de Hassia de arte predicandi.* in 4.

Iste titulus in prima pagina legitur. Folio secundo *Tractatus Eximii doctoris Henrici de Hassia. De arte predicandi feliciter Incipit*, octo foliis contentus, ac gothico charactere impressus.



impressus. Desunt custodes, & paginarum numeri. Ad opusculi calcem maiusculis litteris legitur impressum: *Finis feliciter adest.*

An huius Tractatuli quidam HENRICVS de Hassia auctor sit, valde dubius haereo, cum nullus eruditorum, qui de HENRICIS istis loquuntur, illius meminerunt.

CX. S. Thomae Aquinatis tractatus de sacramento Eucharistiae. II. Nicolai de Lyra de eiusdem ministrante & suscipiente. III. Cuiusdam Anonymi dominicae orationis expositio. in 4.

In prima pagina folii primi sequentia habentur: *In hoc libello continentur tres tractatuli. Primus est sancti Thome Aquinatis de mirabili quidditate & efficacia venerabilis sacramenti eucharistie. Secundus est magistri Nicolai de lyra de idoneo ministrante & suscipiente idem sacramentum. Tercius est alicuius docti collectoris de expositione dominice orationis. scilicet Pater noster. Effectus horum tractatuum & questiones mote & solute in eisdem annotantur in registro quodam in vltimo folio huius libri.* Folio secundo *Incipit tractatus sancti Thome de aquino ordinis fratrum predicatorum de corpore xpi. 1. de sacramento eucharistie*; terminatur vero auersa folii 13 pagina, linea prima. *Tunc Incipiunt dicta magistri Nicolai de lyra de sacramento. sub hoc tenore verborum sequentia.* Auersa folii 17 pagina *Incipit expositio super orationem dominicam. ex diuersis doctorum dictis collecta.* Adiectus est in fine horum tractatuum index, qui prima folii 22 pagina finitur. Typus est gothicus. Custodes, paginarum numeri, & initiales litterae desiderantur. Plagularum fasciculi, quorum quatuor numerantur, litteris insigniti sunt.

Tres istos libros sub numeris CVIII. CIX. CX. contentos *Petrus* BERCKMAIR iam anno 1496 possedit; Vnde saltem eodem anno typis illos excusos fuisse, necesse erit.

CXI. Ioannis de Garlandria declaratio terminorum defectiuorum, cum commentariis. in 4.

Sexdecim foliis integrum hoc opusculum absoluitur, nullas exhibens initiales litteras, nullos custodes, aut paginarum numeros. Textus maiusculis, commentarius vero minusculis gothicis litteris sunt impressi. In prima pagina primi folii maioribus litteris legitur impressum: *Nomina & verba defectiua.* Folio sequenti praemisso prologo, ipsum inchoat opus, in quo maxime illa verba, quae clerici in diuino officio proferre solent, explicantur. Sunt autem illa *Alleluia*, *Osanna, Sabaoth, Amen.* Vt lector de terminorum istorum explicatione notitiam habere possit, primi verbi *Alleluia* nimirum declarationem hic adponam.

Alle narrate. lu laudem. ia dominoque
Alle saluifica. lu me. ia tibi criste.
Al lux. le virtus. sed luia vita vocatur.
Al saluum. le me. lu fac. sed sit tibi dominus ia.
Alle pater. lu natus. ia spiritus sanctus
Alle laudate dominum. luia sit in vnum.

Terminatur opus prima folii 16 pagina, linea 44, absque finali subscriptione.

Ioannes de GARLANDRIA, natione Anglus, Grammaticus, Chymicus, Mathematicus, ac Theologus, eadem fere tempestate, qua PAPIAS, vixit, anno nimirum 1040 sub HARALDO I. Anglorum Rege, non vulgaris nominis famam ob eruditionem consecutus est. OVDIN. *Comment. de Script Eccles.* T. II. col. 609.

Opusculum



CXII. Auguſtini Dati Senenſis tractatus de variis loquendi regulis, ſiue poetarum praeceptis. in 4.

Opuſculum iſtud foliis 37 contentum gothico charactere chartae firmae admodum, ſed minus politae impreſſum eſt. Initiales litterae, paginarum numeri, & cuſtodes deſiderantur. Tituli omnes maiuſculis litteris ſunt expreſſi.

Titulus huius libri ita ſonat: *Auguſtinus dacus.* Folio ſecundo *Eloquentiſſimimi* — ſic — *viri precipui oratorie artis doctoris Auguſtini ſenenſis de variis loquendi regulis ſiue poetarum preceptis tractatulus foeliciter incipit*; terminatur prima pagina folii vndetriceſimi, linea quarta, cui ſequentia leguntur ſubiecta: *Pro maiori autem exercitatione, nanciſcenda preceptorum ſummulam vnacum orandi modo lectitare non pigeat.* In fine denique haec habetur operis concluſio: *Adeſt tibi ſtudioſiſſime adoleſcens eloquentiſſimi Auguſtini ſenenſis preceptorum finis optatus: quarum ſi te & lectione & exercitio inſudantem prebueris: ne dubita te paucis poſt diebus non modo diſertum euaſurum: verum & cuiuis etiam epiſtolarum generi fore accommodatiſſimum: Vale ex heydelberga XII. Kalendas. ſeptembris. Anno octogeſimo ſexto.*

Haec vltima verba, cum haud innoteſcit, num ab huius opuſculi auctore ad ſtudioſam iuuentutem ſint directa, num a typographo; ideo dubius haerens, illud inter opera tam anni, quam typographi, & loci indicio deſtituta recenſere, magis mihi placuit. Illud tamen circa idem tempus typis fuiſſe euulgatum, a veritate haud abhorret. Alterius editionis ſupra N. XX. mentionem fecimus.

CXIII. *Synonoma magiſtri Iohannis de garlandria cum notatis*. in 4.

Verba iſta in prima folii primi pagina maiuſculis litteris impreſſa habentur. Folio ſecundo incipit absque titulo, aut inſcriptione. prooemium, quod folii tertii prima pagina, linea 22 ipſum opus gothico charactere expreſſum excipit. Caret initialibus litteris, cuſtodibus, & paginarum numeris. Finis eidem imponitur prima folii 94 pagina, linea 27, cui ſubiectum legitur: *Et ſic eſt finis deo laus & gloria trinis.*

CXIV. *Annei Senece moraliſſimi ad Lucillium Epiſtolarum Opus de viuendi ratione preclarum & auro precioſius*. in 4.

Verba iſta in prima pagina primi folii vnacum SENECAE epitaphio, & ſequenti notitia leguntur: *Auctoritates pulcherrime De morte ex hoc ſenece opuſculo per modum epiſtole collecte At ab Hermanno buſchio diligenter reuiſe.* Folio ſequenti incipit *Lucii Anne Senece cordubenſis ad Lucillium epiſtolarum liber*, qui octoginta nouem earumdem complectitur. Folia impreſſa 78 habentur, de quibus tantum ea numeris ſunt notata, quae epiſtolas comprehendunt. Initiales litterae paruae ſunt a typographo adiectae. Cuſtodes tantum deſiderantur. Typus eſt gothicus. Epiſtolis addita eſt SENECAE vita, quam *Tabula ſeu Directorium Epiſtolarum Senece ad Lucillium* excipiunt. Ad eius finem legitur: *Explicit Tabula Epiſtolarum Senece.*

CXV. Gabrielis Biel ſermones de Sanctis. in 4.

Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis impreſſum, ſeptemdecim conſtat plagularum faſciculis, qui litteris ſunt ſignati. Caret initialibus litteris, paginarum

numeris

numeris, & custodibus. In primi folii prima pagina maiusculis litteris legitur impressum: *Sermones de sanctis magistri Biel.* Folio secundo inchoat primus Sermo de S. ANDREA. Secunda columna folii 128 conspicitur *Finis Sermonum de Sanctis.* Auersa pagina eiusdem vacua est. Subnexa est Sermonibus *Annotatio titulorum de sanctis per anni circulum. quod de sanctis habeantur sermones in isto sermologo inclusis festis Christi & virginis marie*, decem foliis contenta.

CXVI. Gabrielis Biel Sermo historialis de Passione Domini. in 4.

Opus istud septem plagularum fasciculis comprehensum, in duabus columnis gothico charactere impressum est. Signaturas & initiales litteras paruas adposuit typographus; custodes & paginarum numeros praetermisit. Titulus operis ita sonat: *Passionis dominice sermo historialis notabilis atque preclarus venerabilis domini Gabrielis biel Artium magistri: sacre theologie licentiati.* Folio secundo *Ad huius sermonis lectores clarissimos: exhortatio preuia loco prologi: Florentii diel artium magistri: sacre theologie licentiati: de collegio moguntino dicto zum algesshemer Incipit.* Folio tertio denique *Incipit eiusdem sermonis preclari thema notabile: & illius introductio venerabilis domini Gabrielis biel prememorati.* Sermo iste in tres diuisus est partes: prima est historialis, secunda recapitulatiua acerbitatum per modum epilogi, tertia est mystica. Tertia columna folii 54 tertia pars terminatur. Isti sequens notitia maiusculis litteris impressa habetur subiecta: *Dominice passionis trium partium notabilium: sermo preclarus domini Gabrielis biel superanotati. Qui olim negligenter, & ex mendoso exemplari: & sub falso titulo impressus. postea emendatus ex originali: & per prefatum Florentium diel diligenter reuisus: in laudem altissimi innouatus. clariusque interstinctus atque emendatus: non modo in sententiarum quarumdam defectibus: verum etiam in orthographia. & in imperiali opido hagenau impressus.* Sequuntur deinde duae introductiones, quae folii vltimi quarta columna finiuntur.

Gabriel BIEL, natione Germanus, patria Heluetus, aliis Spirensis, *Collector* dictus, Theologiae Doctor, & in Academia Tubingensi Professor publicus, postquam plures annos cathedram Tubingensem rexisset, clericorum vitae communis ordinem suscepit. Obiit iuxta nonnullos anno 1495, iuxta alios autem anno 1520, quod tamen minus verisimile WARTHONI videtur. WARTHON *in Adpen.* ad CAVEVM p. 193.

CXVII. Arnoldi de Villa noua tractatus de aqua vitae simplici & composita, in 4.

Opusculum hoc 20 foliis contentum, & gothico charactere in duabus columnis impressum, nullas exhibet initiales litteras, nullos custodes, aut paginarum numeros. Distinctionis signa obseruantur punctum, & colon. In fronte operis legitur: *Clarissimi & excellentissimi philosophi medicique magistri Arnoldi de uilla noua de aqua uite simplici & composita tractatus pulcherrimus incipit.* Terminatur secunda columna folii vicesimi, linea 26.

CXVIII. *Alanus de maximis theologie*, in 4.

Verba ista operis titulum constituunt. Folio secundo *Incipiunt Regule celestis iuris. Vel maxime theologie Magistri alani porredani*, quae 184 numerantur, in laterali margine cifris romanis indicatae. Opus istud quinque plagularum fasciculis, qui omnes quaterni,



& litteris ſignati ſunt, contentum, gothico charactere eſt impreſſum. Caret initiali littera, cuſtodibus & paginarum numeris. Regula quaeuis, ſeu maxima maioribus litteris eſt expreſſa. Finitur opus prima pagina folii 40, linea 24, cui ſubiectum habetur: *Finis.*

CXIX. Michaelis Scoti de procreatione, & hominis phiſionomia partes III. in 4.

Operi index, ſeu capitulorum argumenta prioribus duobus foliis contenta praemiſſa ſunt. Tertio folio *Incipit liber phiſionomie, quem compilauit magiſter michael ſcotus ad preces D.*] *Federici romanorum imperatoris, cui hoc opus dedicauit.* Auerſa folii quarti pagina dedicationem prima pars operis excipit. Folii 45 auerſa pagina *Michaelis Scoti de procreatione & hominis phiſionomia opus feliciter finit.* Deſunt cuſtodes, ſignaturae paginarum numeri, & initiales litterae, praeter initialem dedicationis, quae figuram ligno inciſam exhibet. Praeter punctum nullum aliud obſeruatur diſtinctionis ſignum. Typus eſt gothicus minuſculus. Alteram huius operis editionem eleganter impreſſam infra N. CLIII. deſcribemus.

MICHAEL natione Scotus, vnde *Scotus* adpellabatur, vir in ſcientiis mathematicis, aſtrologicis, & theologicis longe celeberrimus, floruit ſeculo XIII. Praeter praeſens opus, & alia a SIMLERO in *Bibl. vniuerſ.* recenſita, ſcripſit, poſteritatique reliquit.

CXX. Alberti M. liber adgregationis, ſeu liber ſecretorum de virtutibus herbarum, lapidum, & animalium, eiusdemque tractatus de mirabilibus mundi, in 4.

Externa huius editionis forma in omnibus cum immediate praecedenti conuenit, ex quo, iſtam ex eadem officina in lucem prodiiſſe, colligendum erit. In fronte operis legitur: *Liber aggregationis ſeu liber ſecretorum alberti magni de virtutibus herbarum lapidum & animalium quorumdam.* Terminatur iſte auerſa folii 14 pagina, linea 24. Folio ſequenti *Eiuſdem alberti magni de mirabilibus mundi feliciter incipit.* Auerſa pagina folii triceſimi *Albertus magnus de ſecretis nature explicit.* Vltimum folium breuis regula ad ſciendum ortum lunae occupat.

Alterius editionis mentionem fecimus P. I. p. 77, vbi de genuino huius operis auctore egimus.

CXXI. Ariſtotelis liber de ſecretis ſecretorum, in 4.

Hoc quoque opuſculum quoad externam formam praecedentibus conſonat. Conſtat 43 foliis. Initio operis legitur: *Incipit liber de ſecretis ſecretorum ariſtotelis philoſophi excellentiſſimi.* Tum immediate inchoat dedicatio PHILIPPI cuiusdam Clerici ad GVIDONEM de Valentia Tripolitanum Epiſcopum, cuius iuſſu librum iſtum ex arabico idiomate in latinum tranſtulit. Dedicatione folio ſecundo, linea 16, abſoluta, primum incipit capitulum *De Prohemio cuiuſdam doctoris & commendatione ariſtotelis.* Secundum capitulum comprehendit prologum illius, qui idem opus arabice reddidit; tertium vero epiſtolam ARISTOTELIS ad ALEXANDRVM *Magnum*, ad cuius inſtructionem praeſens opus compoſuit magnus Philoſophus. Terminatur illud auerſa folii 42 pagina linea 14, cui ſubiectum

legitur:

legitur: *Finit.* Tum *Incipiunt Tytuli seu tabula*, quae capitulorum argumenta comprehendit. Ad eius finem sequentia habentur: *Explicit liber secretorum aristotelis.*

CXXII. Roderici de S. Ella oratio in die Parasceues coram Sixto IV. P. M. anno 1477 habita. in 4.

In fronte huius orationis gothico charactere impressae legitur: *Elegantissima oratio habita per excellentissimum artium & sacre theologie magistrum dominum Rhodoricum de sancta Ella hispanum. coram Sixto IIII. pon. maximo. In magna cardinalium prelatorumque frequentia in die* parasceue. *A. d. M. CCCC. septuagesimo septimo. foeliciter.* Argumentum huius orationis orator sequentia Apostoli PAVLI verba elegit: *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. mortem autem crucis. ad Philipp.* 20. Duo praecipue puncta perpendit, caussam scilicet, & acerbitatem passionis. Prima folii octaui pagina, linea 33 oratio *Finit saluberrime.* Signaturae nullae occurrunt, nulli custodes, aut paginarum numeri.

CXXIII. Modus confitendi. in 4.

Vnico tantum constat hoc opusculum plagularum fasciculo, qui quaternus est. Character, quo impressum, est gothicus. Desunt initiales litterae, custodes, & paginarum numeri. Primo folio haec tantum leguntur: *Incipit modus confitendi. vtilis valde sua peccata in specie secundum singulos peccandi modos confiteri volentibus.* Folio secundo deinde *Incipit modus confitendi. multum vtilis confiteri intendentibus.* Ad calcem eiusdem prima folii octaui pagina legitur: *Et sic est finis deo laus & gloria trinis.*

CXXIV. Pharetra fidei catholicae, seu disputatio Christianos inter, & Iudaeos, in 4.

In prima pagina folii primi legitur: *Pharetra fidei catholice siue ydonea disputatio inter Christianos & Iudeos. in qua perpulchra tanguntur media & rationes. quibus quiuis Christi fidelis tam ex prophetis suis propriis quam ex nostris eorum erroribus faciliter poterit obuiare.* Folio secundo prooemium absque titulo his verbis incipit: *Ad iudeorum confutationem omnis Christi fidelis tollat pharetram hanc & arcum ad vulnerandas vulpeculas.* Finitur istud linea 25, & immediate disputatio, in qua Iudaeus obiectiones ponit, & Christianus soluit, initium sumit. Ad calcem operis legitur: *Et sic est finitus liber iste.* Externa huius editionis forma immediate praecedenti quoad omnia conformis est. Plagularum fasciculi, qui terni sunt, & litteris signati, duo numerantur.

CXXV. *Thalmut obiectiones in dicta Thalmut seductoris Iudeorum*. in 4.

Huius quoque opusculi externa forma cum praecedentibus concordat. Constat nouem foliis. Titulus supra relatus in prima pagina folii primi maiusculis litteris legitur impressus. In fronte folii secundi sequens habetur notitia: *Thalmut est doctrina. & diuiditur in quattuor libros. quorum quilibet eorum appellatur Cefer in genere. Et nos omnes libros moisi vocamus Bibliam. habet tamen quilibet liber nomen speciale. Primus vocatur Iohes. id est*

 terminus



terminus. Secundus vocatur Naaſim. id eſt mulieres. Tercius vocatur myriaſaim. id eſt ſanctuaria. Quartus vocatur Neſſubor. hunc librum preferunt Iudei libris moiſi & prophetis. & ad magis credendum thalmut fabulis addunt fabulas dicentes. quod Deus ſedeat & ſtudeat in libro thalmut. In fine ea breuiter narrantur, quae in vaſtatione Ieroſolymae contigere.

CXXVI. S. Anſelmi Archiep. Cantuar. Opuſcula. in 4.

Opuſcula iſta foliis 192 contenta in duabus columnis gothico charactere ſunt expreſſa. Initiales litteras paruas, & ſignaturas adiecit typographus. Cuſtodes, & plagularum numeri deſiderantur. In prima folii primi pagina legitur maiuſculis litteris impreſſum: *Opuſcula beati Anſelmi archiepiſcopi Cantuarienſis ordinis ſancti Benedicti.* Auerſam eiusdem occupat *Opuſculorum ſiue librorum in hoc volumine contentorum annotatio.* Sequentia quindecim folia principales ſententiae iuxta alphabeticum ordinem complectuntur. Folio 17 incipit *Beati Anſelmi archiepiſcopi Cantuarienſis in libellos duos contra gentiles: quos: Cur deus homo. nominauit. Prefatio.* Secunda columna folii 37 *Beati Anſelmi liber ſecundus: Cur deus homo: explicit.* Vltimum locum obtinent *Forma & mores B. V.* MARIAE *& D. N.* IESV *chriſti ex geſtis S.* ANSELMI *collecti.* Deſinunt ſecunda folii 192 columna linea 49, quibus ſubjectum habetur: *Finis.*

Hac de editione, quae vltimo ſeculi XV decennio in lucem prodiiſſe videtur, BAVR in *Suppl.* T. I. *Bibl. vniuerſ.* p. 83. mentionem facit, eamque antiquam, & perraram adpellat.

CXXVII. *Fundamentum declinandi omnium nominum atque verborum grammatice artis pro iuuenibus & teneris paruulis.* in 4.

Primam paginam primi folii occupat figura ligno inciſa, & iam ſaepius memorata, quae verba ſupra relata habet inſcripta. Folio ſecundo opuſculum gothico charactere impreſſum absque titulo his verbis incipit: *Iuuenes deſiderantes habere fundamentum firmum declinationis.* Finitur iſtud prima folii duodecimi pagina, linea 21, quae ita ſonat: *femineum datur. vel regulam de prima declinatione.*

CXXVIII. *Expoſitio hymnorum perutilis omnibusque ſalubris.* in 4.

Titulus iſte tantum in primo folio inuenitur. Secundo folio ipſum opus, 56 foliis contentum, initium ſumit. Textus hymnorum charactere gothico maiuſculo, expoſitio vero minuſculo impreſſa eſt. Folia numeris, & plagularum faſciculi litteris ſunt notati. Deſunt initiales litterae, & cuſtodes. Auerſa folii 55 pagina eſt *Finis Hymnorum.* Prima pagina folii vltimi *Sequitur tabula hymnorum ſecundum numerum foliorum.*

CXXIX. *Textus ſequentiarum cum optimo commento.* in 4.

Haec Verba in prima pagina leguntur maiuſculis litteris impreſſa. Folio ſecundo ipſum opus, foliis 134 comprehenſum his verbis incipit: *Iſte liber cuius ſubiectum eſt laus diuina.* Auerſa folii 133 pagina opus finitur. Primam vltimi folii paginam *Regiſtrum ſequentiarum ſecundum numerum foliorum* occupat.

Verba

CXXX. *Auctoritates Aristotelis Senece Boecii Platonis Apulei Africani . Porphirii & Gilberti poritani.* in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina maiusculis litteris impressa habetur. Auersam eiusdem, & primam folii secundi index occupat. In auersa *Incipit prologus compendii autoritatum philosophi & quorumdam aliorum &c.* Auersa folii tertii prologum *Sequuntur auctoritates phi.* Auersa folii 58 pagina *Finiuntur auctoritates.* Initiales litterae, & custodes desiderantur. Folia, tribus prioribus exceptis, numeris & plagularum fasciculi litteris sunt insigniti. Typus, quo opus impressum, est gothicus.

CXXXI. *Questiones super Donatum.* in 4.

Primam paginam occupat figura ligno incisa, saepius memorata, quae inscriptionem supra relatam exhibet. Secundo folio *I cipiunt questiones perutiles super donatum minorem*, quinque plagularum fasciculis contentae. Desunt custodes, paginarum numeri, & initiales litterae. Tituli omnes maiusculis litteris sunt expressi. Characteres sunt gothici. Charta alba est, ac laeuigata, Prima pagina folii 32 *Expliciunt questiuncule grammaticales super donatum minorem.*

CXXXII. *Sacri eloqnii celeberrimi preconis venerabilis domini Alberti magni Episcopi Ratisponensis sermones aurei de sacrosancto Eucharistie sacramento.* in 4.

Verba ista prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo *Venerabilis domini Alberti magni Ratisponensis episcopi de sacrosancto eucharistie sacramento sermones exquisitissimi Incipiunt feliciter.* Haec verba sequuntur prologus, & sermonum tituli: istos tertia columna tertii folii sermo primus. Secunda columna folii 64, linea 31 sermo tricesimus, & vltimus terminatur. Additus est alphabeticus materiarum index, qui quarta columna folii 65 desinit. Sermones isti gothico charctere impressi, signaturis sunt instructi; initialibus vero litteris, custodibus, & paginarum numeris carent. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas.

CXXXIII. *Tractatus de Martyrio sanctorum.* in 4.

Istum titulum opus praesens praefefert. Folio secundo *Incipit tractatus de martyrio sanctorum.* Praemisso prologo, ac octodecim, quibus ille constat, capitulorum argumentis, auersa tertii folii pagina, linea octaua primum inchoat capitulum, quod sequentem praefixum habet titulum: *Quid est Martyrium?* Integrum hoc opus, gothico impressum charactere, octo fasciculis plagularum comprehenditur. Caret custodibus, & paginarum numeris; litteras vero initiales paruas, & signaturas exhibet. In laterali margine auctores, qui in opere occurrunt, sunt adnotati. Auctoris excusatio operi finem imponit. Ex ista discimus, eum secularem fuisse clericum, prima tantum tonsura insignitum, Constantinopoli paucis diebus praesentem scripsisse tractatum, stricto trium fratrum ex ordine S. FRANCISCI praecepto ad id agitatum. Ad eiusdem finem legitur, illum ad fratres Martyrium exspectantes adcessisse, eosque, vt eum in martyrii socium susciperent, exorasse, ac, voto damnatum omnem substantiam suam vendidisse, matri viduae, Germanis, ac amicis suis

 valedixi-



valedixisse, martyriique coronam cum illis, gratiae Dei confisum expectasse. Ad calcem operis legitur: *Finis.*

CXXXIV. Tractatus de praeparatione ad Missam celebrandam, & SS. altaris sacramentum sumendum. in 12.

Tractatus isti sexdecim foliis contenti, gothico charactere sunt impressi, nullasque initiales litteras, aut signaturas, nullos custodes, & nullos paginarum numeros exhibent. In quauis pagina 26 numerantur lineae. Praeter punctum nullum aliud occurrit distinctionis signum. Titulus huius libri ita sonat: *Tractatus Primus continens Incitamenta ad frequenter celebrandum.* Folio secundo iste his verbis inchoat: *Ad libenter & frequenter celebrandum debent hominem inter cetera tria mouere.* Terminatur iste auersa pagina septimi folii, sequenti notitia: *Per dominum doctorem Iohannem de dorsten.* Hic erat natione Germanus, ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI Alumnus, multis operibus celebris. Florebat seculo XV.

Folio octauo incipit secundus tractatus de *Corpore Christi* ex ALBERTI M. tractatu desumtus, qui prima folii 14 pagina desinit. Huic subnexa est meditatio deuota ante, vel post missam peragenda.

CXXXV. Andreae Hispani Episcopi modus confitendi. Adcedunt orationes ante, & post Missam, seu S. Communionem dicendae. in 12.

Externa huius editionis forma cum immediate praecedenti quoad omnia conuenit. Folia 32 numerantur. In prima pagina folii primi legitur: *Confessio generalis optima & compendiosa que speculum confitentium dicitur. cum deuotis orationibus ante & post missam seu sanctam communionem dicendis.* Folio secundo initium sumit *Modus confitendi optimus & compendiosus siue generalis confessio edita per reuerendum in Christo patrem & dominum Andream hyspanum &c.* Finitur hoc opusculum prima pagina folii 32, linea 26, cui subiectum legitur: *Finis.* Aliam huius operis editionem iam supra N. XLV., descripsimus.

CXXXVI. Bertholdi Ord. Praedic. Horologium deuotionis circa vitam Christi c. figuris. II Eiusdem meditationes de vita, & beneficiis Salvatoris Iesu Christi. in 8.

Primum opusculum 65, secundum 72 foliis constant. Typus est gothicus minusculus. Initiales litterae paruae adparent, & signaturae; nulli vero paginarum numeri, aut custodes.

In prima pagina haec tantum maiusculis litteris impressa leguntur: *Horologium deuotionis circa vitam Christi.* Secundo folio *Incipit in horologium deuotionis prologus circa vitam Christi.* Initio istius haec notatu digna leguntur: *Cum ego frater Bertoldus sacerdos ordinis predicatorum: elongaui fugiens mansi in solitudine septem annis, de vita Christi & eius passione & morte doloriosissima vnum libellum theutunica lingua composui: quem horologium deuotionis nominaui. Sed quia deuota & quam plura alia theutonica lingua scripta, minime sapiunt litteratis hominibus: idcirco predictum libellum in latinum & in grammaticam dei adiutorio transferre curaui &c.* Conspiciuntur in hoc libello 36 figurae ligno incisae, vitam, & passionem

paſſionem IESV CHRISTI repraeſentantes. Auerſa folii 65 pagina *Explicit horologium deuotionis.*

Secundi opuſculi inſcriptio ita ſonat: *De vita & beneficiis ſaluatoris Ieſu Chriſti deuotiſſime meditationes cum gratiarum actione.* Folio ſecundo, praemiſſa breui praefatione, *Incipiunt deuote gratiarum actiones de tota vita mediatoris dei & hominum Ieſu chriſti.* Terminantur prima folii 72 pagina, linea 28.

Huius opuſculi aliam editionem ſuperius N. VIII. recenſuimus. De hac QVETIF nullam habuit notitiam.

CXXXVII. Gerardi Zutphaniae tractatus de ſpiritualibus aſcenſionibus. Accedit alphabetum diuini amoris. in 8.

Titulus primi opuſculi ita legitur: *Tractatus de ſpiritualibus aſcenſionibus.* Folio ſecundo deinde *Incipit deuotus tractatulus domini Gerardi Zutphanie de ſpiritualibus aſcenſionibus: omnibus in ſpirituali vita proficere volentibus: non minus neceſſarius quam vtilis.* Prima folii 68 pagina, his verbis iſte finitur: *Laus deo.*

In prima pagina folii primi opuſculi ſecundi legitur: *Alphabetum diuini amoris.* Secundo folio *Alphabetum diuini amoris: varios tradens modos & vias ſecundum diuerſos alphabeti ordines: quibus humana mens in deum eleuatur. Feliciter incipit.* Praemiſſo prooemio, primum capitulum *de via inchoatiua* foliio tertio initium ſumit. Auerſa folii 31 pagina *Explicit Alphabetum diuini amoris. In quo ſi quis legendo ac meditando diligenter ſe exercuerit: faciliter & prompte mens eius in deum factorem ſuum poterit eleuari: quo ipſum & clarius agnoſcere. & ardentius amare: & dignius laudare valeat: atque ita ſecurius beatam immortalitatem pro laboris ſui premio ſperare.* De altera huius opuſculi editione, quae praeſentem praeceſſit, P. I. p. 85. mentionem fecimus, vbi quoque de ipſius auctore diſſeruimus. Externa duorum iſtorum tractatuum forma cum immediate praecedenti in omnibus conuenit.

GERARDVS *Zutphanienſis* a patria ciuitate ſic dictus, vnus ex primis clericis regularibus ordinis S. HIERONYMI, ſeu fratribus vitae communis a GERARDO magno apud Dauentrienſes inſtitutis, pietate eximia, & rara doctrina inſignis., claruit anno 1390. Obiit die IV. Decembris anno 1398 aetatis ſuae 31. WARTHON in *Adpend.* ad CAVEVM p. 82.

CXXXVIII. Caſus longi ſuper digeſtis veteri, & nouo, Infortiato, Inſtitutis, & codice. Voll. III. in fol.

Opus iſtud in duabus columnis, chartae albae, & firmae. ſed minus politae gothico charactere eſt impreſſum. Columna quaeuis 61 complectitur lineas. Initiales litteras minutiore charactere typographus adnotauit; folia numeris, plagularum faſciculos litteris ſignauit. Cuſtodes deſiderantur. Diſtinctionis ſigna punctum, & colon obſeruantur. Cuilibet voluminí materiarum index eſt adiectus.

Primum volumen 97 foliis contentum digeſta complectitur. Auctor caſuum ſuper ff. veteri laudatur VIVIANVS Doctor Bononienſis; ſuper nouo autem *Franciſcus* ACCVRSIVS.

Volumen ſecundum caſus ſuper Infortiato comprehendens 179 foliis conſtat. Volumen tertium caſus ſuper inſtitutis, & codice continet. Illi 52 foliis, iſti 94 comprehenduntur. Iſtorum caſuum auctor VIVIANVS quoque celebratur.

Integrum



CXXXIX. Ioannes Duns Scoti quaeſtiones ſuper vniuerſalibus Porphyrii, ac libris praedicamentorum Ariſtotelis. Adcedunt Antonii Andreae quaeſtiones ſex principiorum. in fol.

Integrum hoc opus gothico, ac nitido charaſtere in duabus columnis praeſtanti chartae impreſſum, decem plagularum faſciculis, qui litteris ſunt ſignati, conſtat. Initiales litterae, cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur. In fronte operis rubro colore legitur impreſſum: *Clariſſimi doctoris ſubtilis IoannisScoti queſtiones incipiunt ſuper vniuerſalibus porphyrii ac libris predicamentorum periermenias Ariſtotelis. Quibus ſui diſcipuli Antonii Andree queſtiones ſex principiorum connectuntur.* Secunda columna folii 52, linea 31 *Expliciunt queſtiones Scoti ſuper libro periermenias.* Exiguo ſpatio interiecto, *Incipiunt. q. clariſſimi doctoris Antonii Andree ſuper ſex principiis guilberti.* Quarta columna folii 59 *Finis queſtionum libri ſex principiorum. Antonii. Andree doctoris ſubtilis diſcipuli foeliciter adeſt.* Primam paginam folii 60 regiſtrum chartarum occupat.

CXL, *Quotlibeta doctoris ſubtilis Scoti.* in fol.

Verba iſta operis titulum conſtituunt. Folio ſecundo ipſum opus 62 foliis contentum, & in duabus columnis, eleganti chartae, gothico, ac nitido charactere impreſſum, absque titulo incipit. Foliorum numeri, ſignaturae, & initiales litterae paruae a typographo ſunt adpoſitae. Cuſtodes deſiderantur. Secunda columna folii 62 *Explicit tractatus ſubtilis Scoti.* His verbis ſubiectum eſt regiſtrum chartarum.

CXLI. *Expoſitio Ludolfi Carthuſienſis in Pſalterium; qui & auctor fuit vite Chriſti.* in fol.

Integrum hoc opus, in duabus columnis gothico charactere impreſſum, 27 plagularum faſciculis, qui litteris ſunt ſignati, comprehenditur. Caret initialibus litteris, cuſtodibus, & paginarum numeris. Titulus ſupra in prima pagina folii primi maiuſculis litteris impreſſus habetur. In auerſa legitur *Iacobi* WIMPFELINGI ad litterarum cultores epiſtola Spirae anno 1491 Cal. Ianuarii ſcripta, cui prologi argumenta leguntur ſubiecta. Folio ſecundo incipit prologus, quem quarta folii quinti columna pſalmorum expoſitio excipit. Quarta columna ſeptimi folii vltimi faſciculi *Venerabilis patris Ludolffi Carduſien. Expoſitio in Pſalterium diligenti caſtigatione exarata finit feliciter.* His ſequentia duo diſticha leguntur ſubiecta:

Perge ludolfe foras: variaſque feraris in vrbes.
Doctorum placido ſuſcipiare ſinu.
Ingrediare domos arcas penetralia cellas.
Multa det hoſpicium bybliotheca tibi.

Tria vltima folia *Franciſci petrarche poete laureati Pſalmi penitentiales elegantes & deuoti occupant.*

Editio iſta Bibliographis parum nota, & ideo perrara admodum cenſenda eſt. Quo anno: an Spirae, & quidem anno 1491 prodierit, determinare haud audeo, aliisque decernendum relinquo.

Opus



CXLII. Auguſtini de Ancona Summa de poteſtate eccleſiaſtica, in fol.

Opus iſtud 32 plagularum faſciculis contentum, in duabus columnis, praeſtanti chartae, in qua typographus amplas reliquit margines, gothico minuſculo, ac nitido charactere eſt impreſſum. Cuſtodes, paginarum numeri, atque etiam potiſſimum initiales litterae deſiderantur. In operis fronte maiuſculis litteris legitur expreſſum: *Prologus epiſtolariſ in ſummam de eccleſiaſtica poteſtate catholici doctoris fratris Auguſtini de Ancona, ad Ambroſium* de CORA Romanum, ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI Generalem a *Paulo* LVLMEO Bergomenſi eiusdem ordinis Alumno, qui praeſens opus emendauit, directus. Quarta columna folii primi ſumma IOANNI XXII. S. P. inſcripta incipit. Operi adiecti habentur quaeſtionum tituli, in quorum fine legitur: *Explicit tabula ſuper ſumma de eccleſiaſtica poteſtate: Clariſſimi ſacre Theologie doctoris fratris Auguſtini de Ancona: ſacri ordinis fratrum heremitarum. Aurelii doctoris & patris Auguſtini. in queſtiones centum duodecim & articulos quadringentoſſeptuaginta ſex diſtincta.* His rubro ſubſcriptum legitur *P. W.* 1489. Ex qua ſubſcriptione, praeſentem editionem rariſſimam eodem anno typis fuiſſe euulgatam, colligi datur. Alterius editionis P. I. p. 155 mentionem fecimus.

CXLIII. Aeneae Syluii poſtea Pii II. S. P. Bohemorum hiſtoria. in 4.

Hoc opus foliis 59 contentum, gothico charactere in duabus columnis chartae firmae quidem, ſed minus politae impreſſum eſt, nullosque cuſtodes, aut paginarum numeros exhibet. Initiales litteras paruas, & ſignaturas adiecit typographus. Diſtinctionis ſigna obſeruantur punctum, & colon.

Titulus libri ita ſonat: *Enee Silui Senen. Cardinalis Sancte Sabine. Hiſtoria bohemica. Notabilis & iocunda. A principio gentis. vſque ad Georgium poggiebracium. Ladiſlai Regis ſuceeſſorem. porrecta. Ad Illuſtriſſimum dominum Alfonſum Regem Arragonum conſcripta.* Folio ſecundo incipit *Prefacio Enee Silui Tituli Sancte Sabine Sancte Romane eccleſie Cardinalis Sen. de origine bohemorum Ad illuſtriſſimum principem & dominum Alfonſum regem Aragonum.* Prima folii tertii columna linea vndecima *Explicit prefacio.* Tum immediate *Incipit hiſtoria bohemica. Et primo de ſitu regionis bohemice. de fluminibus eiuſdem & ciuitatibus Ac de bohemorum moribus. Capitulum I.* Hiſtoria iſta terminatur ſecunda columna folii 58. Tertia columna ſequens habetur notitia: *preſentis operis compilator eſt dominus Eneas Siluius: poeta laureatus. natione & epiſcopus Senenſis ſancte Sabine cardinalis. poſtea ad apoſtolatum promotus: & Pius papa ſecundus appellatuſ. Compilauerat autem circa annum domini Milleſimum quadringenteſimum quinquageſimum ſeptimum. quo adhuc ſupererat & regnabat Georgius poggiebracius: rex ſextuſdecimus & dux bohemie. ab initio gentis quadrageſimuſ quartus. Aduerſus quem crucem predicari propter huſſitarum inſaniam. qua infectus fuerat Pii ſucceſſor Paulus papa ſecundus paterna ſollicitudine decreuerat.* Additus eſt index, ſeu capitulorum argumenta, quae quarta columna folii 59 finiuntur. Hac de editione altum eſt apud Bibliographos ſilentium, ex quo inſignis eiusdem raritas eluceſcit.

CXLIV. *Tractatus De ritu & moribus Turcorum.* in 4.

Verba iſta in prima pagina maiuſculis litteris impreſſa leguntur. Folio ſecundo *Incipit prohemium in tractatum de moribus. conditionibus. & nequitia Turcorum.* Prooemio auerſa pagina linea 25 abſoluto, *Incipit prologus*, in quo auctor anonymus enarrat,



quomodo anno 1436 in Transsiluaniae ciuitate Schebesch a Turcis captus, Edrenpolim abductus, vsque ad annum 1488 durissimum captiuitatis iugum pertulerit. Prologum prima folii tertii pagina linea 15 excipit Capitulum I. *Quomodo Turci terra & Regionem orientalem inceperunt possidere & inhabitare.* Auersa folii 48 pagina historia de Turcarum secta terminatur. Tunc adfert auctor testimonium eorum, quae dicta sunt. Ad finem adiecta est IOACHIMI Abbatis de MAHOMETIS secta opinio, quae auersa folii 51 pagina, linea nona finitur. Integrum opus gothico charactere impressum septem plagularum facifculis, qui litteris sunt signati, absoluitur. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae minutiori charactere notatae conspiciuntur.

CXLV. *De lamiis & phitonicis mulieribus. Teutonice vnholden vel hexen.* c. figg. in 4.

Opus istud quatuor plagularum fasciculis contentum, gothico, ac minusculo charactere est expressum, nullas exhibens litteras initiales, aut paginarum numeros. Figurae ligno incisae, materiisque adcommodatae septem conspiciuntur. Praeter punctum nullum aliud obseruatur distinctionis signum.

Titulus supra relatus in prima pagina folii primi legitur. Auersam occupat figura ligno incisa. Folio secundo initium sumit *Tractatus ad illustrissimum principem dominum Sigismundum. archiducem austrie. Stirie carinthie &c. de lamiis & phitonicis mulieribus per Vlricum molitoris de constantia. studii papiensis. decretorum doctorem & curie constantien. Causarum patronum. ad honorem eiusdem principis ac sub sue celsitudinis emendatione scriptus.* Haec immediate epistola dedicatoria ad SIGISMVNDVM Austriae Ducem sequitur, quam capitulorum argumenta excipiunt. Istis tertii folii prima pagina, linea octaua absolutis, ipse tractatus, seu trilogus, cuius interlocutores sunt SIGISMVNDVS, CONRADVS Constantiensis vrbis Praetor, & MOLITOR, incipit. Ad finem istius sequentia habentur: *Vale igitur felix eternum patrie decus. deoque ac omni populo amabilis colendissime princeps. Ex Constan. anno domini* M. CCCC. LXXXIX. *die decima ianuarii.*

Tue celsitudinis. humilis consiliarius & seruulus

Vlricus molitoris de constantia decretorum doctor &c.

Circa idem tempus hoc opus in lucem prodiisse, consideratis antiquitatis notis, mihi verisimile omnino videtur.

Vlricus MOLITOR, natione Germanus, patria Constantiensis, Decretorum doctor, Papiae publice e cathedra docuit, deinde patriam repetens, imperiali ciuitati Constantiensi a consiliis fuit. Florebat seculo XV. Praesentem Trilogum SIGISMVNDI Austriae Ducis iussu conscripsit.

CXLVI. *Contra falsas francorum litteras pro defensione honoris serenissimi Romanorum Regis semper Augusti*, in fol.

Inscriptio ista in prima pagina folii primi maiusculis litteris expressa legitur. In fronte secundi folii eadem repetitur, addito inter verba *litteras* & *pro* anni numero 1491. Haec Romanorum Regis FRIDERICI III. defensio duobus foliis constat. Istam & altera *Anno domini* 1492 *mense Maio.* — Sic in fronte quarti folii maiusculis litteris impressum habetur — secuta est, quae prima folii sexti pagina, linea duodecima finitur. Deinde sequens distichon legitur subnexum:

Franco-

Francorum fraudes nosces: regisque seueros
Romani mores: hec modo pauca legas.
Initiales litterae florentes ligno incisae adparent. Desunt custodes, & paginarum numeri. Characteres gothici ac nitidi sunt. Charta est firma admodum, sed minus polita, in qua typographus amplas reliquit margines.

CXLVII. *Antwurt zu Handhabung vnd Behaltnufs der Römischen Küniklichen eeren vnd glympfens: auf der Franzosen falsch ericht vnd vngegründt ausschreiben in nachuolgenden benndeln.* in fol.

Haec responsio, quoad substantiam, eadem est, quam supra descripsimus. In fronte primae paginae verba supra relata maiusculis litteris impressa leguntur. Terminatur ista prima folii quarti pagina. In auersa incipit secunda defensio, quae sequentem inscriptionem habet praefixam: *Nach xpi geburt tausent vierhundert: vnd in Zwey vnd newntzigsten iar des monets May.* Finitur ista auersa folii octaui pagina linea 21, cui exiguo spatio interiecto subiectum legitur: *Der Römischen Küniglichen Maiestat vnsers allergnedigisten herren statthalter vnd rette des hohen Rats zu Mecheln: in Brabant vnd aller ander nyderlande.* Externa huius editionis forma cum immediate praecedenti conuenit; typus tamen quo praesens excusa est, maiorem, ac pinguiorem formam exhibet. Vnde nullus dubito, quin ex eadem officina, & eodem anno vtraque editio in lucem prodierit. Hac de editione cl. PANZER altum tenet silentium, ob quod merito Bibliothecarum cimeliis adnumeratur.

CXLVIII. *Seneca de quatuor virtutibus cardinalibus.* Latine, & Theodisce. in 4.

Titulus iste in prima pagina folii primi legitur. Auersam eiusdem SENECAE vita, fabulis consperſa, occupat. Folio secundo *Incipit liber Lucii Annei Senece de formula honeste vite: vel de quatuor virtutibus cardinalibus.* Haec maiusculis litteris sunt impressa. Dein sequitur SENECAE doctrina, & quidem in latina lingua, cui versio germanica pedestri sermone scripta subnectitur, versioni tandem expositio. E. g.

Quatuor virtutum species multorum sapientum sentenciis diffinite sunt Quibus animus humanus comptus ad honestatem vite possit accedere. Versio germanica sequentis est tenoris.

Vir sint der angel tugent.
Do myt gezyrt wirdt dy iogenth
Dy vnß vil naturliche leuthenn
Ynn yren spruchen bedeutenn.

Hoc opus gothico charactere impressum 24 foliis constat. Caret litteris initialibus custodibus, & paginarum numeris. Textus SENECAE litteris maiusculis, minusculis vero versio, & expositio expressae sunt. Terminatur istud prima pagina folii 24 linea 21, cui subnexum habetur: *Telos.*

Cl. PANZER in *Annal. Litterat. teuton.* p. 285 recenset editionem Norimbergae anno 1507 typis euulgatam; praesentis autem nullam habuit notitiam, quod eiusdem summam raritatem demonstrat.

CXLIX. *Der Doten dantz mit figuren. Clage vnd Antwort schon von allen staten der welt.* c. figg. in fol. min.

 Opuscu-



Opusculum istud rithmice compositum, figuris ligno incisis, quae omnium conditionum homines exhibent, instructum, & gothico-germanico charactere impressum 22 foliis comprehenditur. Signaturas, & initiales litteras paruas adiecit typographus; custodes vero, & paginarum numeros omisit. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas, quarum prima mortis allocutionem ad personam, quacum choreas agit, secunda personae orationem complectitur. Textui figura vbique est subiecta.

In prima pagina folii primi verba superius relata maiusculis litteris impressa leguntur. His subiecta est figura mortem diuersimode repraesentans. In auersa eiusdem sequentia habentur:

Wolan wolan ir herren vnd Knecht
Spryngt her by von allen geschlecht
Wie iung wie alt wie schon oder kruß
Ir mussent alle in diß dantz huß,

His iterum subnexa est figura mortis habitaculum exhibens. Primam folii secundi paginam prologus cum figura complectitur. Auersa eiusdem mors cum Papa choreas incipit, quem cardinalis, hunc episcopus, istum abbas &c. sequitur. Auersa pagina folii 21 operis conclusio ad omnes directa homines legitur. Prima folii vltimi pagina coemeterium repraesentatur.

De impressionis loco, ac typographo hariolari nolo. Quod ad annum pertinet, si illius adnotationi, quae in primae figurae superiori margine a miniculatore adscripta conspicitur, credendum esset, iam anno 1459 hoc opus primam adspexisset lucem. Ast omnes aliae critices regulae sese obponunt, ac intra annos 1480-1500 illud typis fuisse euulgatum nos docent. Editio ista insignis raritatis notam omnino meretur, cum nec Cl. PANZER, nec alius Bibliographorum de ea notitiam habuit.

CL. *Vocabularius incipiens teutonicum ante latinum*, in 4.

Hunc titulum opus praesens, gothico charactere impressum, & 192 foliis contentum, sibi habet praefixum. Initiales litterae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri. Plagularum fasciculi litteris sunt insigniti. Quaeuis pagina integra 39 exhibet lineas. In auersa primi folii pagina legitur auctoris Anonymi prologus: *Quamquam in nonnullis imo multis voluminibus scripturarum latina vocabula ad vulgaria cooptata exposítaue non paruo cum fructu atque comoditate pro latini ideomatis clara intelligentia reperiantur. Dumtaxat tamen latino stilo in alphabetico ordine obseruato. propter ipsius per totum vniuersum supra cetera ideomata communiorem vsum tum etiam propter eiusdem supra reliqua ideomata prestantium fortassis & nobilitatem. Quapropter non inutile imo almanis ipsis in latina principiantibus proficereque volentibus comodissimum videtur alio quodam ordine nouo in hoc scilicet opusculo obseruato eadem ipsa vocabula in vnum collecta fore. quo videlicet teutonica vocabula in alphabeticum ordinem redacta precedant & post se sua latina notata habeant &c.* Folio secundo incipit littera *A.* quam auersa folii 12 pagina, linea 25 littera *B.* excipit. Prima folii 192 pagina, linea vicesima opus finitur. Hanc quoque editionem Cl. PANZER penitus ignorauit.

CLI. ARISTOTELIS *De natura animalium: libri nouem. De partibus animalium, libri quattuor. De generatione animalium: libri quinque.* INTERPRETE THEODORO GAZA. in fol.

Verba

Verba ista omnia in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo incipit index quatuor foliis contentus. Istum immediate sequitur THEODORI GRAECI THESSALONICENS S PRAEFATIO IN LIBROS DE ANIMALIBVS ARISTOTELIS PHILOSOPHI AD SIXTVM QVARTVM PONTIFICEM MAXIMVM, quae auersa folii sexti desinit. Folio septimo capitalibus litteris legitur impressum; ARISTOTELES DE ANIMALIBVS. ARISTOTELIS STRAGIRITAE DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER PRIMVS INTERPRETE THEODORO. Folii octogesimi prima pagina linea 35 liber de *natura animalium* finitur. Prima folii 112 pagina, linea 24 quartus de *partibus animalium* liber desinit. Liber vero quintus de *generatione animalium* terminatur auersa folii 151 pagina linea 28, cui subiectum habetur chartarum registrum.

Opus istud foliis 151 impressis contentum, charactere romano, ac pereleganti, papyro albae, ac firmae impressum est. Signaturas, & initiales litteras paruas adiecit typographus; nullos vero custodes, aut paginarum numeros. Lineae in qualibet pagina 44 numerantur. Distinctionis signa occurrunt & punctum, & colon. Tituli omnes tam in superiori margine positi, quam cuilibet libro praefixi capitalibus litteris sunt expressi. Prima huius operis editio anno 1476 Venetiis in lucem prodiit, de qua BAVR in *Supplem. T. I.* p. 118, & MAITTAIRE T. IV. p. 366 mentionem faciunt. De praesente vero, quae illam secuta est, nullam habuerunt notitiam.

CLII. *Pro monte Pietatis. Consilia sacrorum Theologorum; ac collegiorum Pataui & Perusii. Clarissimorumque doctorum, dd. Ioannis baptistae rozelli & ioannis compegii. Cum bulla ac breui dato fratri Bernardino Feltrensi. Sanctissimi Pape Innocentii Octaui* in. 4.

In prima pagina folii primi ista verba leguntur. Folio secundo incipiunt *Magistri Ioannis nannis viterbiensis ordinis predicatorum ad R. D. P. Barotium Episcopum Patauinum Questiones due disputate super mutuo iudaico & ciuili & diuino.* Istis epistolam ad eumdem praemisit, in qua suam opusculum de monte pietatis transmittendi moram excusat. Istud prima pagina folii 46, linea 37 terminatur. Typus est romanus, ac nitidus: charta alba, & laeuigata: custodes, & paginarum numeri desiderantur: initiales litterae florentes sunt, ac ligno eleganter incisae: distinctionis signa punctum; & colon obseruantur: plagularum fasciculi, litteris signati, sex numerantur. Editio praesens, de qua Bibliographi parum notionis habuere, ante annum 1492 lucem aspicere haud potuit, cum *Ioannis* NANNIS epistola praefati anni octauo die Maii scripta fuit.

CLIII. Michaelis Scoti de procreatione, & hominis Phisionomia partes tres. in 4.

Opusculum istud foliis 46 contentum, romano, ac pereleganti charactere, chartae albae, firmae, ac laeuigatae impressum est.. Signaturae adparent; nulli vero custodes, aut paginarum numeri, nullaeque initiales litterae. Praemittitur operi materiarum index, quem folio tertio ipsum opus sequenti inscriptione excipit: *Incipit liber Phisionomie: quem compilauit magister Michael Scotus ad preces. D. Federici romanorum imperatoris. Scientia cuius est multum tenenda in secreto: eoquod est magnae efficaciae: Continens secreta artis naturae: quae sufficiunt omni astrologo.* Sequitur deinde operis dedicatio ad FRIDERICVM II. Imperatorem, quae auersa folii quarti pagina, linea septima finitur. Dedicationem excipit *prima pars libri huius*, quae prima pagina folii 23, linea 19 desinit. Auersa folii

 46



46 pagina *Michaelis Scoti de procreatione & hominis Phisionomia opus feliciter finit.*

GEMEINER alterius editionis romano charactere quoque exscriptae, paruis litteris initialibus instructae, & anni, loci, atque typographi nota destitutae *in den Nachrichten &c.* p. 29) meminit. BAVR quoque editionem absque nota loci, anni & typographi T. IV. p. 56 memorat, eamque rarissimam vocat. An autem illa nostra, aut Ratisbonensis, aut alia sit, dicere haud possum. Eiusdem operis altera editio supra N. CXIX. descripta habetur.

CLIV. Liber Geber, in 4.

Hoc opus foliis 121 contentum, omnium meretur aestimationem, tum ob characterum, qui romani sunt, elegantiam, tum ob chartae munditiem, albedinemque, tum ob marginum amplitudinem. Quaeuis pagina integra 25 exhibet lineas. Initiales litteras minutiore charactere notauit typographus. Signaturae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri. Praeter punctum nullum aliud obseruatur distinctionis signum.

In fronte operis litteris capitalibus legitur impressum: INCIPIT LIBER GEBER. Tum immediate inchoat *Capitulum primum*, quod praefationem ad filium suum directam comprehendit. Finitur auersa pagina, linea 21. Capitulum secundum operis contenta complectitur. Auersa folii 27 pagina *Liber secundus de principiis huius magisterii & perfectione eiusdem* initium sumit. Prima folii 52 pagina incipit *liber tertius diuisus a secundo. Sermo generalis in perfectione & in hiis que ad perfectionem spectant.* Auersa folii 94 pagina INCIPIT LIBER TRIVM VERBORVM. Folii 98 auersa pagina linea tertia *Explicit liber trium verborum. Deo gratias.* Et mox *Incipit Epistola Alexandri Imperatoris qui primus regnauit in Grecia & Macedonie & Persarum Imperator.* Auersa folii 105 pagina *Incipit inuestigationis magisterii per Geber.* Prima folii 114 pagina, linea 24 *Explicit liber Geber fœliciter.*. Auersam eiusdem, & sex sequentia folia quaedam pedestri, & latino, & italo sermone scripta occupant. Prima folii vltimi pagina *Registrum huius libri* continet, ad cuius finem capitalibus litteris legitur impressum: FINIS REGISTRI.

BAVR in Suppl. T. II. p. 103. Alteram huius operis, quod *Summa perfectionis magisterii in sua natura* intitulatur, editionem Venetiis anno 1542 typis euulgatam recenset; de praesenti vero, quae mihi ob antiquitatis notas supra descriptas intra annos 1470-1480 in lucem prodiisse videtur, tam ipse, quam alii Bibliographi etiam praestantiores altum tenent silentium.

De auctore huius operis in dialogo quodam Mſ. quo ADENARIVS, & GVILELMVS Parisiensis colloquentes introducuntur de astronomia inferiore, ita legitur: „ GEBER ex filia „ MACHMET, & ex principe Baldachitarum originem clarissimam traxit, vt ipsemet in li„ bro suo, qui dicitur *Regni* scribit: est enim tantae reputationis in Aegypto, vt ARISTO„ TELI, Rabi MOYSI, HERMETI Trismegisto, PTOLOMAEO, GALENO, EVCLIDI, in sua „ cuique professione longe praeferatur. Composuit autem librum fornatum, librum pieta„ tis, siue misericordiae, librum regni, de inuestigatione veritatis scientiam magnam, „ quae dicitur liber perfecti magisterii, vbi omnium librorum suorum & antiquorum phi„ losophorum sententiam perscrutatus est, immo quidquid alibi diminute dixerat, hoc ibi „ recompensauit." GESNER *Bibl. Vniuers.* Fol. 266. Vltimum opus cum inuestigatione veritatis in praesenti descripsimus.

CLV. Domitii Calderini Veronensis commentarii in quaedam Virgilii opuscula, in 4.

Integrum



Integrum hoc volumen 25 foliis conftat. Typus eft romanus, ac nitidus. Charta eft firma, fed minus polita. Initiales litteras paruas, & fignaturas adjecit typographus. Cuftodes, & paginarum numeri defiderantur. Diftinctionis figna obferuantur punctum, & colon.

In fronte operis legitur: *Domitii Calderini Veronenfis commentarii in p. uir. Maronis Culicon.* Prima pagina folii feptimi incipit commentarius in *Copam Maecenatis*, quem prima pagina folii decimi *Domicii Calderini Veronenfis in diras. p. uir. Maronis enarratio* excipit. Iftam fequuntur commentarii in carmina, quorum tituli: *Eft, Et, Non, Vir Bonus, Aetna*, & *Cyris.* Terminantur ifti auerfa folii 25 pagina linea 28, cui capitalibus litteris impreffum legitur fubiectum: FINIS CIRICIS.

De his opufculis, eorumque auctoribus jam P. I. p. 108 & 109 quaedam differuimus. Editio commentariorum CALDERINI ob Bibliographorum filentium, rariffimis adcenferi meretur.

CLVI. Ioannis Pici Mirandulani feptiformi fex dierum Genefeos Enarratio, in fol.

Hoc opus fplendidiffimum feptem plagularum fafciculis, qui litteris funt fignati, conftat. Superbit tum characterum romanorum elegantia, tum chartae praeftantia, in qua amplas typographus reliquit margines. In laterali margine ea indicata funt, de quibus in ipfo opere agitur. Prima initialis littera defideratur, reliquae ligno funt incifae. Cuftodes & paginarum numeri defiderantur. Cuilibet enarrationi prooemium praemiffum habetur.

Prima folii primi pagina vacua eft. In auerfa fequens *Roberti* SALVIATI epiftola ad *Laurentium* MEDICEM legitur.

Robertus SALVIATVS *Laurentio Medici Sal.*

Cum eo natus ingenio Laurenti Clariffime atque ita natura fim inftitutus: ut nihil mihi fit prius quam illos amare colere & uenerari: qui uel ingenio excellentes uel doctrina fint fingulares. Non potui Picum tuum Mirandulam non amare pre omnibus & admirari uirum profecto omni admiratione digniffimum. Is cum nuper tibi librum de feptiformi fex dierum geneseos enarratione primitias ftudiorum fuorum dicauerit opus non meo modo fed omnium iudicio excellentiffimum: dare operam uolui ut mea impenfa emendata impreffione publicaretur: Nihil dubitans fimul me & meo in illum amori & publicae ftudioforum utilitati fatiffacturum. Acceffit quod non ingratam me tibi rem facturum fperaui fi que tibi ille phifica & diuina myfteria communicauit per me deuique omnibus fierent communia. Vale.

In fronte fecundi folii capitalibus litteris legitur impreffum: HEPTAPLVS IOHANNIS PICI MIRANDVLE DE SEPTIFORMI SEX DIERVM GENESEOS ENARRATIONE AD LAVRENTIVM MEDICEM. *Prohemium*, quod folio fexto aliud totius operis fequitur. Auerfa folii vndecimi incipit EXPOSITIO PRIMA DE MVNDO ELEMENTARI, quam prima pagina folii 16 fecunda de *Mundo Coelefti* excipit. In fine adiecta eft EXPOSITIO PRIMAE DICTIONIS ID EST IN PRINCIPIO, quae prima folii 157 pagina, linea nona terminatur, & tunc legitur fubiectum:

FINIS.

Editio haec fplendiffima, Bibliographis ignota, eaque rariffima, atque omnium prima Florentiae typis euulgata mihi videtur, eoquod SALVIATVS, qui eam fuis impenfis imprimi curauit, Florentiae tunc floreret.

Quis



Quid de hac expositione sentiendum sit, SIXTVS Senensis in Bibl. S. Lib. IV. p. 289 multis ostendit.

CLVII. Vocabularius latino - graecus. in 4 min.

Integrum hoc opusculum romano, ac graeco charactere uitido admodum, chartae albae, ac politae impressum 114 foliis constat. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas, quarum prima latina, secunda graeca complectuntur verba. Lineae in qualibet illarum triginta numerantur. Custodes & paginarum numeri desideratur. Plagularum fasciculi litteris sunt signati.

Praemittitur vocabulario BONACCVRSII epistola dedicatoria ad *Antonium* BRACCELLVM, quae primum occupat folium. In istius fronte legitur: *Bonus Accursius Pisanus clarissimo uiro Antonio bracello iurisconsulto. primario ac ducali senatori salutem plurimam dicit.* In illa sequentia praecipue notatu digna adduci merentur. *Non mediocri, laude mihi dignus. uisus est uir profecto uel ipsius philelsi sententia cui neminem antepono & eruditus & eloquens. in primis. Ihoannes monachus carmelitanus cuius ingenio singulari que sapientia effectum est ut per ordinem latini alphabeti omnia fere uerba quæ in usum communem cadunt uel oratorum uel poetarum quo pacto græce interpretari debeamus in medium sint prolata nam si pulchrum est græca uocabula exponere latine? quanto esset pulchrius que latina sunt per græca uerba reddere dilucidiora? Qua ego opinione non inepte ductus curaui quem uocabulistam ille composuit mea cura diligentiaque impressum dare ad te dono uir magnifice ac doctissime Antoni braccelle quo & tuis liberis non absurde consuleres & ceteri essent scholastici intelligerent te unum auctorem extitisse ut hunc mihi laborem perlibenter desumpserim &c.* In fronte folii secundi legitur: *A cum B.* Dein ipsum lexicon incipit, cuius prima verba sunt: *Ab* - ἀπὸ *Abadir.* βαίτυλος. Prima pagina folii 131 linea tricesima *B cum A* incipit. Terminatur istud auersa folii 114 pagina, cui subiectum habetur *FIMIS* - sic - τέλος.

De impressionis loco, & anno nihil perspectum habetur. Primam editionem *Ios. Anton.* SAXIVS in *Hist. Typograph. Litterar. Mediol.* col. CLXVII. typographis Mediolanensibus adtribuit; quaenam vero illa sit, ex foliorum defectu illius exemplaris, quod ad manus habebat, dicere haud potuit. Si praesens sit, quod veritati ob antiquitatis indicia non contraitur, illam saltem anno 1485 in lucem prodiisse, inde colligitur, eoquod BONACCVRSIVS, anno illo elapso nullo doctrinae suae monumento innotescit. MAITTAIRE alterius editionis, quae *Rhegii* anno 1497 typis eulgata est, meminit. Licet nostra quoad plagularum fasciculorum numerum cum ista conueniat, diuersam tamen ab illa esse, quaedam varietas verborum, quae in praefatione obseruatur, nos docent.

Auctor huius vocabularii laudatur *Ioannes* CRESTONVS natione Italus, Carmelita Placentinus, Theologus, & Rhetor celeberrimus, graecae, & latinae linguae peritissimus, qui, edito vocabulario graeco - latino, BONACVRSII amici sui hortatu quoque vocabularium latino - graecum conceperat, & ab illo prelis Mediolanensibus imprimendum traditum est. Floruit pluribus ingenii sui monumentis insignis ad finem seculi XV. SAXIVS l. cit. col. CLXVIII.

CLVIII. Tabula diuersum nummorum pondus, & pretium explicans. in 8.

Integrum hoc opusculum, gothico charactere, & cifris arabicis rubro, & nigro colore impressum 169 foliis constat. Caret signaturis, & paginarum numeris. Quaeuis pagina

na duas exhibet columnas. Diuisum est istud in duas partes, prima ponderis diuersitatem, secunda varium ducatorum valorem ostendit. In primae paginae fronte rubro colore expressum habetur: 1 mr 6 fl. seu vna libra valorem sex florenorum comprehendit. A libra descendit ad semunciam, ab hac ad drachmam, ab ista ad denarium. Prima pars desinit auersa folii 80 pagina. Secunda folio 81 incipit. In eius fronte legitur: 100 *ducaten pro* 120 *reinisch*. Auersa folii 159 pagina tabula ista terminatur. Editio huius tabulae, quam Germani *Faulenzer* adpellant, forsitan omnium prima ac rarissima, in Germania, vti verba germani idiomatis demonstrant, fortasse Augustae vindelicorum in lucem prodiit, & quidem adhuc seculo XV, quod ex summae antiquitatis notis colligendum erit.

CLIX. *Practica maister Marxen schynagel*, in 4.

Practica ista gothico charactere impressa, & tribus plagularum fasciculis contenta, in XXIII. distinctiones est diuisa. Agit auctor in ista, quae anno 1491 iuxta astronomiae scientiam contingerent, de nouilunio, quoue tempore balnearum vsus adhiberi, venarum sectio admitti, ac medicina sumi posset. Titulus supra relatus in prima pagina folii primi legitur. In auersa eiusdem habetur operis dedicatio ad MAXIMILIANVM Regem Romanorum. Primam folii secundi paginam occupat figura astronomica, in cuius medio legitur impressum: *Eingang der Sonnen in den wider in dem iar* 1491. *An den XI. tag deß Merzen.* 1. *stund vnd LVII. minuten nach mittem tag.* In auersa eiusdem ipsum opus incipit. Operis conclusio ad eumdem Romanorum Regem directa est, ac vltimi folii auersam paginam occupat. Desunt custodes, & paginarum numeri. Fasciculi plagularum litteris sunt signati. Distinctionis signa occurrunt praeter punctum, colon, & coma.

Editionem istam, cuius cl. PANZER nullam habuit notitiam, vel ad anni 1490 finem, vel anni 1491 initio prelo fuisse commissam, nullus dubito, eoquod pro anno 1491 practicam istam auctor, cuius nullibi mentionem inuenire potui, composuit.

CLX. Ceremoniae Monachorum Ord. S. Benedicti de observantia Bursfeldensi, in 4.

Integrum hoc opus 112 foliis constat. Typus est gothicus, ac pinguis, qui magnam cum illo familiaritatem habet, quem tabula IV. P. I. N. VII. VIII. exhibet. Initiales litterae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri, nullaeque signaturae. Lineae in quauis pagina 26 numerantur. Praeter punctum nullum aliud obseruatur distinctionis signum. Charta est firma admodum, sed minus polita.

Praemittitur operi prologus, qui sequentem inscriptionem praefixam habet: *Prologus cerimoniarum nigrorum monachorum ordinis sancti Benedicti de obseruancia Bursfeldensi.* Prologum folio tertio excipiunt capitulorum argumenta. Auersa folii quarti pagina, linea 14 incipit primum capitulum *De electione noui abbatis.* Prima folii pagina, linea vndecima *Explicit prima distinctio.* Linea duodecima *Incipit distinctio secunda*: linea 13 *De abbate & eius officio C.* 1. Auersa folii 112 pagina *Expliciunt cerimonie nigrorum monachorum ordinis sancti benedicti de obseruancia burssfeld.*

CLXI. Ordinarius diuinorum Monachorum Ord, S, Benedicti congregationis Bursfeldensis. in 4.



Externa huius editionis forma praecedenti in omnibus consonat. Praemissus est operi prologus, in cuius fronte legitur: *Prologus ordinarii diuinorum nigrorum monachorum ordinis sancti benedicti de obseruancia Bursfeldensi.* Prima folii secundi pagina, linea 16 *Explicit prologus.* Deinde *Sequitur tabula.* Prima pagina folii quarti incipit capitulum primum: *Qua disciplina quaue reuerencia opus dei peragendum sit.* Prima pagina folii 90 *Explicit ordinarius diuinorum nigrorum monachorum de obseruancia Bursfeldensi.*

Editio haec est antiquissima, & iam primo typographicae artis tempore typis euulgata, vti praeter alias antiquitatis notas typus, qui sculptus videtur, nos docet. Estque merito bibliothecarum cimeliis adcensenda, cum Bibliographi etiam praestantiores hucusque nullam de ea habuerint notitiam.



Libri



Libri anni nota instructi, & ab anno 1480 vsque ad annum 1500 impressi.



I. Liber *Mellibeus* dictus. In Lingua vulgari. Augustae per Antonium Sorg anno 1480. in 4.

Integrum hoc opusculum, eodem charactere, quem Tabula III. primae parti adnexa, N. V. exhibet, impressum 30 foliis constat. Caret custodibus, signaturis, & paginarum numeris. Initiales litterae ligno incisae conspiciuntur. In fronte primae paginae legitur: *Hie hebt sich an die vorrede in das buch Melli bey gar hübsch zelesen vnd ein schöne vnderweisung den betriebten menschen.* Auersa folii primi linea septima terminatur prologus, quem mox ipsum opus hac inscriptione excipit: *Die geleichnuß hebt sich hie an.* Prima folii trigesimi pagina, linea sexta opus finitur. Deinde sequitur finalis subscriptio quinque lineis contenta, quam ob folii integritatis defectum integram ad oculos sistere haud possum. Itaque fragmentum hic describam:

Ein ennde hat das
Hat gedruckt vn
Thoni Sorg zu Au
Tag vor Affre Anno
LXXX. iare.

Hac de editione nec cl. ZAPFIVS in *Histor. typogr. August.* nec cl. PANZER in *Annal Litterat. teut.* mentionem fecerunt. Praesentem ista praecessit, quam *Ioannes* BAEMLER anno 1473 Augustae typis euulgauerat.

II. Liber de Accipitre. Theodisce. in 4.

Operi immediate praecedenti praesens adnexum est, de quo ob primi folii defectum nec titulum, & vltimi nec finalem subscriptionem ad oculos ponere possum. Cum tamen eodem charactere, quo immediate praecedens, impressum est, & reliqua externa eiusdem forma illi correspondet; itaque ab eodem typographo, eodemque anno istud typis fuisse euulgatum, coniicere erit.

Integrum hoc opus 51 foliis comprehenditur. Diuisum est in quinque libros. Primum sequentem praefixum habet titulum: *Das erste buch vahet also an vnd leret paissen vnd auch de habich erkennen.* Auersa folii noni pagina, linea septima his verbis incipit: *Hie hebt sich an das ander buch wie man dem habich locken sölle.* Auersa folii 26 pagina legitur: *Hie hebt sich an das vierdt buch. wie man dem habich das funden oder reyben sol püssen.* Prima folii 33 pagina quintus liber hac cum inscriptione inchoat: *Das fünfft buch vahet hie an. wie man den hundt erkennen soll den man zu den habich machen will.* Vltima linea folii quinquagesimi ita sonat:

hasen vnd darzu alle vogel damit ein end.

Haec editio tam cl. ZAPFIO quam cl. PANZERO ignota permansit: ex quo eiusdem insignis raritas adparet.

Opus



III. Vocabularius latinus, Breuiloquus dictus. Basileae anno 1480. in fol.

Opus praesens foliis 329 contentum, charactere gothico papyro albae quidem sed minimus policae in duabus columnis impressum est. Paginae numeris signatae haud sunt, sed tamen litteris. Custodes desiderantur. Initiales litteras paruas adpressit typographus.

Prima folii primi pagina vacua est; auersam editoris Anonymi occupat praefatio, cuius initium ita sonat: *Sunt qui sibi iam plurima comparare volumina statuerunt. a quorum profecto lectione sepius dictionum auertit ignorantia. fastiditque animus legentis. cum orationis vocabula minus intelligat. Itaque ne libri quandoque nobilissimi fastidio lectoris arca reconditi rodantur tineis. ac consumantur ceteris ligni termetibus iste omnium vtilissimus liber vocabularius. cui nomen est breuiloquo. Basilee acri studio electus. & emendata nitidaque littera impressus est &c.* Differit deinde de operis huius praestantia, & abbreuiaturas hic occurrentes explicat. Folio secundo incipit GVARINI *Veronensis ars diphtongandi*, cui praefatio ad FLORVM praemissa habetur. Tertia columna folii tertii artem diphtongandi excipit *dialogus compendiosus de arte punctandi*, istum eiusdem folii quarta columna, linea 41 *tractatus de accentu.* Folio septimo ipse inchoat vocabularius, in tres partes diuisus. In prima explicantur ordine alphabetico nomina, in secunda verba, in tertia denique partes orationis indeclinabiles. Singulis earum breue praemissum est prooemium. Quarta columna folii 254 *finit prima pars huius vocabularii*: secunda folii 318 tertia columna: tertia folii 329 quarta columna terminatur. Ad huius finem legitur: *Finit vocabularius breuiloquus. triplici alphabeto diuersis ex autoribus necnon corpore vtriusque iuris collectus ad latinum sermonem capessendum vtilissimus. Impressus. Basilee. Anno domini M.* CCCCLXXX. *Laus deo.*

Haec editio, quam BAVR, & alii Bibliographi ignorarunt, extat quoque in Bibliotheca academica Ingolstadiensi, cuius cl. SEEMILLER *Fasc. II.* p. 65 mentionem facit. Cl. GEMEINER plures huius operis editiones *in den Nachrichten &c.* p. 192 recenset, praesentis vero nullam notitiam habuit. Idem cum IOECHERO huius vocabularii auctorem laudat GVARINVM natione Italum, patria Veronensem, qui anno 1460, nonagenarius Ferrariae supremum diem obiit. Ab hac sententia discedit Auctor praefationis, quae *Roberti* STEPHANI latinae linguae thesauri editioni Londinensi anni 1735 praefixa habetur. Ibi enim *Ioannes* REVCHLINIVS seu CAPNIO natione Germanus, patria Phorcensis, vir Hebraice, Graece, & Latine apprime doctus, earumque litterarum felicissimis auspiciis primus in Germania instaurator, eiusdem auctor celebratur. Testatur quoque iuuenem admodum hoc onomasticon composuisse, & quasi primitias studiorum orbi erudito obtulisse.

Melchior ADAMVS in vita CAPNIONIS ita scribit: „ Eodem tempore — sc. 1480 — „ Fratres Amerbachii officinam typographicam instituerunt, qui cum desiderari viderint „ latinum Onomasticum, CAPNIO librum collegit, cui Titulus est BREVILOQVVS, qui hinc „ cum nondum meliores libri in hoc genere haberentur, & expetitus est, & studiis pro- „ fuit. " Ex his discimus, REVCHLINIVM huius operis esse auctorem, & apud Amerbach istud typis fuisse excusum.

IV. Petri Brixiensis Repertorium vtriusque Iuris. per Nicolaum Philippum de Bensheim & Marcum Reinhardum de Argentina anno 1480. Vol. III. in fol.

Primum volumen 269 foliis constat, & voces complectitur incipientes a litteris A — F. Vix non dimidia primae paginae pars vacua ad titulum, qui deest, inscribendum, &



& initialem litteram adpingendum miniculatori a typographo relicta est. Praemissa est auctoris praefatio, quae secunda columna folii tertii, linea vndeuicesima terminatur. Tertia columna ipsum opus a littera A inchoat. Ad calcem istius legitur *Explicit prima pars repertorii famosissimi vtriusque iuris doctoris domini Petri episcopi Brixiensis sub litteris A. B. C. D. E. vsque ad litteram F. que est principium partis sequentis.*

Volumen secundum foliis 216 continetur. Ad huius finem sequentia habentur: *Explicit secunda pars Repertorii Famosissimi vtriusque iuris doctoris domini Petri episcopi Brixiensis sub litteris F. G. H. I. K. L. M. N. O. vsque ad litteram P. que est principium partis sequentis.*

Volumen tertium 236 folia complectitur. Ad calcem ipsius sequens notitia litteris maiusculis expressa habetur: *Repertorium vtriusque iuris Reuerendi patris domini Petri episcopi Brissensis iuxta exemplare quondam Bononie impressum sed ad presens vigilia ac diligentia melioris correptum, per Nicolaum philippi de Bensheim & Marcum reinhardi de argentina socios in hac forma effigiatum finit feliciter. Anno domini M.* CCCC. LXXX. *die vero XV. mensis Aprilis.* In auersa vltimi folii pagina legitur *Registrum foliorum totius repertorii.* Litterae initiales, custodes, signaturae, & paginarum numeri desiderantur. Typus, quo repertorium istud impressum, est gothicus. Charta est firma admodum, sed minus polita, in qua typographus amplas reliquit margines.

Si Maittaire fides adhibenda, opus istud Argentinae typis excusum fuisse, dicendum erit, cum ille typographos supra citatos anno 1480 & 1482 ibidem prelum habuisse scribit.

Haec editio Bibliothecarum cimeliis adnumerari meretur, cum & MAITTAIRE & alii Bibliographi altum de ea teneant silentium. Cl. SEEMILLER aliam *Fasc. II.* q. 46 descripsit huius operis editionem, quae eodem anno, sed primum XVI Nouembris Patauii per *Ioannem* HERBORT de Selingstadt typis euulgata est.

V. Dionysii Halicarnassensis Romanarum Antiquitatum Libri XI. secundum latinam Lappi Biragi Florentini interpretationem. Taruisii per Bernardinum Celerium Deluere. Anno 1480. in fol.

Opus istud foliis 299 constat. Initiales litteras paruas adpressit typographus, saepe etiam custodes adparent, nulli vero paginarum numeri aut signaturae. Distinctionis signa praeter punctum obseruantur quoque colon & interrogationis signum. Quod maxime hanc extollit editionem, sunt typus rotundus ac perelegans, charta firma & nitida, ac marginum amplitudo, in quibus breuia rerum argumenta exhibentur.

Incipit opus ab interpretis epistola dedicatoria Paulo II. S. P. inscripta, quae prima folii secundi pagina, linea 21 desinit. Folio tertio initium sumit DIONYSII HALICARNASEI ORIGINVM SIVE ANTIQVITATVM ROMANARVM LIBER PRIMVS. Terminatur iste prima pagina folii 33, linea tertia, cui subiectum legitur litteris capitalibus impressum: ALICARNASEI ORIGINVM LIBER PRIMVS FINI. - sic - Tum immediate sequitur secundus liber, cui praefixum habetur eiusdem argumentum, quod & in quarto, & decimo libro obseruatur. Ad calcem operis legitur impressum: IMPRESSVM TARVISII PER BERNARDINVM CELERIVM DELVERE. ANNO CHR. NATI. M. CCCC. LXXX. BISSENTO KL. MARTIAS IOANNE MOCENIGO VENETORVM DVCE INCLYTO.

Licet haec editio typographicis scateat mendis, ac operis versio non satis feliciter, immo saepe parum latine expressa sit, ac minime virorum doctorum suffragio comprobetur, auide tamen, vt de BVRE & HARWOOD testantur, eius exemplaria requiruntur, cum

 illa



illa omnium prima sit. Exstat eadem in Bibliotheca academica Ingolstadiensi. V. cl. SEEMILLER Fasc. II. p. 50. FREYTAG Appar. II. p. 1405.

DIONISIVS ALEXANDRI filius, a patria Cariae vrbe, *Helicarnassensis* dictus, Historicus Rhetor, & Criticus suae aetatis grauissimus, Augusti Imperatoris tempore adhuc floruit. Finitis ciuilibus bellis, relicta patria vrbe, Romam commigrauit, in qua vrbe, scriptorum veterum monumentis conquisitis, attico sermonis genere antiquitates Romanas ab V. C. ad annum vsque Olympiadis CXXIIX. tertium XX. libris, de quibus vndecim tantummodo hodie supersunt, conscripsit.

VI. S. Antonini Archiep. Florentini Summae pars III. Venetiis per Leonardum Wild de Ratisbona. 1480. in fol.

Integrum hoc opus 46 constat plagularum fasciculis litteris A - Z & a - z signatis. Omnes sunt vel quaterni, vel quinterni. Litterae initiales duae priores sunt deauratae ac diuersis coloribus depictae, reliquae vero, quas typographus paruis indicauit, rubro colore sunt adscriptae. Paginarum numeri, & custodes desiderantur. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas. Typus est gothicus minusculus.
Praemissa est tabula titulorum duobus prioribus foliis contenta. In fronte tertii folii legitur: *In nomine sancte ac indiuidue trinitatis. Incipit prologus tertie partis summe beati Antonini archiprsulis florentini ordinis predicatorum.* Quarta columna folii 221 *Domini Antonini archiepiscopi florentini dignissimi sacre scripture interpretis explicit prima pars summe sequitur secunda.* Secundam partem index titulorum tribus foliis comprehensus praecedit; quarto dein folio ipsa secunda pars tertiae partis summae initium sumit. Ad finem operis legitur. *Explicit tertia pars summe beati Antonini Archiepiscopi florentini: ac sacre pagine interpretis eximii: impressa Venetiis industria atque impensa. Leonardi Wild de Ratisbona.* 1480. Vltimi folii prima pagina *Registrum chartarum* occupat.

Hac de editione MAITTAIRE omnino silet; de eiusdem existentia cl. DENIS *in Memorab. Bibl. Garell.* vbi S. ANTONINI Summae plures editiones recenset, dubitat. BAVR errore deceptus Ratisbonae in lucem prodiisse adfirmat.

VII. S. Antonini Archiep. Florentini Summae pars IV. Venetiis per Nicolaum Ienson. 1480. in fol.

Primam Summae partem a *Nicolao* IENSON impressam iam P I. p. 204 descripsimus. Nunc quarta adhuc describenda superest, cuius externa facies plane eadem est. Impressa est charactere gothico, ac eleganti in duabus columnis chartae firmae ac nitidae. Initiales litterae deauratae, diuersisque coloribus depictae adparent, nulli vero paginarum numeri, aut custodes. Constat 39 plagularum fasciculis litteris signatis

Huic quoque parti FRANCISCVS *Moneliensis* epistolam, quae auersam primi folii paginam implet, praemisit, in qua tam ipsum opus, quam typographum sequentibus verbis commendat. *Ast hic liber omni laude dignus: hic summi tonantis uerba: hic uia uirtutum: hic anime salus: hic quo pacto te beatum ac felicem reddas: hic est qui nonnulla librorum uolumina breui opere complectitur: habes & optimo ac famosimo litterarum charactere impressum. Nam est ex officina inclyti uiri. d. Nicolai Ienson gallici: cui merito omnes tenemur propter summi uiri prestantiam ac fructum ab illo hac tempestate nobis expositum. Quot ab illo librorum uolumina? quo pacto castigata? quantis uigiliis ac diligentia hoc atque omnia confe-*

cta



cta? non facile est dictu. Nos enim sibi plurimum tenemur: summasque gratias referre nostrum est: quum suo ingenio nostre etatis tantum fructus attulerit &c. Folio secundo incipit *Proemium in quartam partem Summe domini Antonini archiepiscopi florentini ordinis predicatorum.* Prooemium titulorum index excipit, & tandem folio quarto *Incipit quarta pars Summe maioris.* Ad calcem operis sequentia habentur: *Actum hoc opus veneciis emendatissimum enucleatiusque castigatum ex inclyta atque famosa officina domini Nicolai Ienson Gallici olimpiadibus dominicis Et anno quadringentesimo octoagesimo decimas quartas calendas maias.* Vltimi folii pagina prima *Registrum quarte partis Summe S. Antonini* comprehendit.

VIII. Raymundi Lulli ars Generalis vltima. Venetiis per Magistrum Philippum. Anno 1480. in 4.

Opusculum istud foliis 216 contentum charactere gothico chartae albae & laeuigatae impressum est. Initiales litterae, paginarum numeri, & custodes desiderantur. Paginae litteris signatae comparent. Distinctionis signa punctum obseruantur & colon.

In fronte operis legitur: *Deus cum tua summa perfectione. Incipit ars generalis ultima.* Mox deinde auctor rationem reddit, cur istum titulum operi suo indiderit. *Quoniam*, ait *multas artes fecimus generales ipsas uolumus clarius explanare per istam quam uocamus ultimam eo quia de cetero non proponimus aliam facere ipsam quidem ex aliis compilamus & aliqua noua explicite addimus.* Terminatur istud auersa folii 215 pagina, ad cuius finem sequentia habentur:

M. CCCCLXXX. die XIII. nouembris.

Fuit impressa hec ars uenetiis per magistrum philippum petione magistri ioannis cordubensis eiusdem artis professoris qui ipsam diligenter correxit Finis. Primam folii 216 paginam *Registrum* chartarum occupat.

IX. Alberti de Padua Ord. Eremit. S. Augustini Opus expositionis Euangeliorum Dominicalium. Vlmae per Ioan. Zeyner anno 1480. in fol.

Integrum hoc opus 347 foliis comprehenditur. Character, quo impressum, est plane idem, quem tabula VII. primae parti adnexa numero VI exhibet. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, &, paginarum numeri. Charta est firma quidem, sed minus polita.

Praemittitur operi *Registrum ordine alphabetico collectum in sermones*, in duabus columnis impressum, & vndecim foliis contentum. Folio duodecimo *Incipit solemne opus expositionis Euangeliorum dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de Padua ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini Cum concordancia quatuor euangelistarum in passionem dominicam.* Haec maiusculis litteris sunt impressa. Dein sequitur prologus, qui auersa eiusdem folii pagina, linea secunda desinit. Istum immediate primus excipit sermo, qui prima folii 16 pagina, linea 22 terminatur. Ad calcem operis legitur: *Liber predicationum super euangeliis dominicalibus. Et in precipuis festiuitatibus sanctorum. Vlme impressus per Ioannem Zainer Anno domini. 1480 cira festum sancti Viti finit feliciter.*

Alia huius operis editio, anno 1476 Venetiis typis euulgata P. I. p. 182. habetur descripta; vbi etiam de ipso auctore breuiter diximus.

Constat



X. S. Thomae Aquinatis Commentaria in libros Physicorum Aristotelis. Anno 1480, in fol.

constat hoc opus octodecim plagularum fasciculis litteris a - s. signatis, quorum omnes quaterni, praeter primum, qui quinternus, & duos vltimos, qui terni sunt. Charactere gothico in duabus columnis papyro firmae sed minus politae impressum est. Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Distinctionis signa occurrunt punctum & colon.

In fronte operis legitur rubro colore impressum: *Commentum Angelici subtilissimi doctoris sancti Thome de aquino. almi predicatorum ordinis in libros phisicorum Aristotelis.* Ad calcem vero sequentia habentur: *Explicit commentum super libros phisicorum editum ab eruditissimo ac subtilissimo sacre theologie magistro ac diuo Thoma de aquino sacri predicatorum ordinis. Anno incarnationis* 1. 4. 80. Primam folii vltimi paginam registrum chartarum occupat.

Anno M. CCCCLXXXI.

I. Vincentii Bandelli de Castro nouo Ord. Praedic. de conceptione B. V. Mariae in peccato originali libri III. Bononiae per Hugonem de Rugerii de Regio. Anno 1481. in 4.

Hoc opusculum 118 foliis contentum, gothico charactere firmae, ac laeuigatae papyro fuit impressum. Initiales litterae ac custodes desiderantur: paginae non litteris, sed cifris in inferiori folii parte signatae sunt. Quaeuis pagina 31 complectitur lineas. Praeter punctum obseruatur quoque colon.

Praemittitur isti epistola ad Herculem Estensem Ferrariae Ducem, in cuius palatio hac de materia publica habebatur disputatio. In eius fronte legitur: *Ad illustrissimum & excellentissimum ducem d. d. Herculem estensem epistola fratris Vincentii de castro nouo ordinis predicatorum narratiua disputationis facte de materia conceptionis beate virginis Marie coram celsitudine sua feliciter incipit.* Prima folii quarti pagina, linea 21 *Explicit epistola narratiua disputationis facte de conceptione beate virginismarie.* Epistolam mox ipse sequitur tractatus, in quo auctor demonstrare conatur, Beatam Virginem Mariam in peccato originali fuisse conceptam. Prima folii 113 pagina *Explicit tractatus de singulari puritate & prerogatiua conceptionis saluatoris nostri ex auctoritatibus ducentorum sexaginta doctorum clarissimorum maxime perutilis predicatoribus & lectoribus, & disputatoribus atque omnibus Christi Fidelibus.* His adjecta habentur carmina enconomastica in praesentem librum. Haec excipit Epistola B. BERNARDI *de festo conceptionis beate virginis non faciendo*: VINCENTII *protestatio ad detractores: Tabula perutilis ad inueniendum materias in superiori tractatu*, & tandem chartarum registrum. Ad finem sequentia leguntur: *Impressum in alma ac inclita ciuitate Bonon. per Vgonem de rugeriis de Regio. Editum per fratrem Vincentium de castro nouo tordon. Anno domini.* 1481. *Mensis Februarii.*

Huius editionis, quae omnium prima laudatur, cl. FREYTAG Adpar. I. p. 197 meminit; plures dein eamdem secutae sunt, quas cl. *Dau.* CLEMENT. *Bibliotheque historique critique.* p. 396 seq. memorat. QVETIF. in *Hist. Script. Ord. Praedic.*. nec de hoo opere nec de auctore mentionem fecit, ex quo vtrumque ignorasse videtur.

Vincentius BANDELLVS, gente Italus, patria Lombardus, ex castro Nouo dioecescos Terdonensis oriundus, ordinis Praedicatorum alumnus, & apud illos in academia Bono-

nienfi theologiae profeffor, demum Prioris Bononienfis, ac Vicarii generalis congregationis Lombardiae munere functus, feptuagenarius in conuentu Montis Alti in Calabria anno 1506 obiit. *Henr.* WARTHON in *Adpend.* CAVE *Hift. Litt. Script. Ecclef.* p. 223.

II. Nicolai de Lyra Poftilla in vniuerfam S. Scripturam, cum additionibus Pauli Burgenfis & Replicis Matthiae Doringii. Norimbergae per Antonium Koburger. 1481. in fol.

Exemplar noftrum in duos tomos eft diuifum. Primus libros a Genefi vsque ad Pfalterium; fecundus reliquos veteris teftamenti libros & nouum teftamentum complectitur. Primus foliis 430, fecundus 505 conftat. Opus iftud charactere gothico minufculo, ac pereleganti in duabus columnis papyro firmae admodum impreffum extat. Defunt cuftodes, paginarum numeri & fignaturae. Initiales litterae deauratae, diuerfis figuris, variisque coloribus diftinctae haud parum noftrum exemplar exornant. In fuperiori margine tam libros quam capita adnotauit typographus. Figurae ligno incifae hinc inde confpiciuntur infertae.

In operis fronte legitur: *Prologus primus venerabilis fratris Nicolai de lira in teftamentum vetus de recommendatione facre fcripture in generali incipit*, quem quarta columna primi folii, linea 14 fecundus excipit. Ad finem fecundae columnae folii fecundi legitur: *Sequitur expofitio fratris Guilelmi britonis in epiftolas & prologum penthateuci. Verfus introductorii.* Tertia columna expofitio in Prologum S. AMBROSII initium fumit. Secunda columna folii 18, linea 35 *Incipit liber Genefis.* Ad calcem operis legitur: *Explicit poftilla. preclariffimi Nicolai de lyra. ordinis minorum fuper biblia. tam vetus quam nouum teftamentum. cum additionibus Reuerendi in chrifto p. & d. Pauli burgen. ecclefie epifcopi. facre theologie ac ordinis S. dominici profefforis. Simul ac replicis venerabilis Mathie doringk facre pagine ac regule. S. Francifci profefforis. pro loco fuo adaptatis. & induftria impenfifque Anthonii Koburger incole Nurnbergen. quam diligenter exaratis: atque XXII. menfis Ianuarii. Anno falutis M. CCCCLXXXI. confummatis. Ex quo laus honor & gloria deo propitio. vt fua dignetur adeffe gratia & fauere operi proxime effecturo.*

Eamdem editionem cl. SEEMILLER in fafc. II. p. 69 defcripfit, qui etiam fequentem animaduerfionem optime addidit, nimirum, maximam huius operis partem iam anno 1480 fuiffe typis excufam, inde patere, eoquod integrum opus iam 12 Ianuarii anno 1481 impreffum extiterit.

III. Petri Lombardi Libri IV. Sententiarum. Norimbergae per Antonium Koburger an. 1481. in fol.

Opus hoc foliis 168 contentum, typo gothico in duabus columnis chartae firmae quidem fed minus politae impreffum eft, nullas exhibens initiales litteras, aut cuftodes, aut fignaturas nullosque paginarum numeros. Libros & diftinctiones, earumque numerum in fuperiori margine typographus maiufculis adfignauit litteris. Cuilibet librorum rubricae praefixae habentur. Diftinctionis figna obferuantur punctum & colon.

In fronte operis maiufculis litteris legitur impreffum: *Prologus in libros Sententiarum.* Hic fecunda columna, linea 24 terminatur. Tunc immediate *Incipiunt rubrice primi libri.* Folio tertio *Incipit Sententiarum liber primus de mifterio trinitatis*, qui quarta folii vndequinquagefimi columna finitur. In fine operis fequentia habentur: *Celeberrimus ac famofiffimus theologicarum fententiarum liber. magiftri petri lombardi: facre theologie doctoris eximii.*



Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo Impressus decima die maii finit feliciter . ex quo laus & gloria &c.

Alterius huius operis editionis, quam primam diximus, P. I. p. 28. mentionem fecimus. Praesens quintum locum obtinet, quam & aliae pluresseculo XV typis euulgatae fecutae funt. V. GEMEINERS *Nachrichten* p. 168.

IV. Alexandri de Ales Ord. Min. Summa Theologica. Norimbergae per Antonium Koburger 1481, & 1482. Voll. IV. in fol. mai.

Cum folummodo fecunda huius operis pars anno 1481 typis euulgata fit, reliquae vero anno 1482; breui itaque fermone illam hic defcribam, iftae autem fuo loco prolixius adumbrare conabor.

Haec foliis 337 conftat; charactere eodem, quo immediate praecedentia, chartae praeftanti admodum impreffum eft. Caret litteris initialibus fignaturis, cuftodibus & paginarum numeris. Quaeftiones CLXXXIX. complectitur. Praemiffa eft eidem *Tabula tractatuum* ordine alphabetico difpofita, nouemque foliis contenta. Folio decimo impreffo *Incipit liber fecundus fumme Alexandri de ales: irrefragabilis doctoris pariensis: ordinis minorum obferuantiffimi.* In fine operis fequentia leguntur: *Explicit fecunda pars fumme Alexandri de Ales irreuocabilis anglici doctoris Anthonii Koburger impenfis Anno chriftiane falutis M. CCCC. LXXXI. III. Kl. decembris.*

V. Ioannis Andreae tractatus de arboribus confanguinitatis Adfinitatis, necnon fpiritualis cognationis. Norimbergae per Fridericum Creufner 1481. in fol.

Tractatus ifti decem foliis contenti eodem typo impreffi funt, quem tabula VI primae parti adnexa N. II. exhibet. Initiales litterae nullae adparent, nulli cuftodes aut fignaturae, nullique paginarum numeri. Quaeuis pagina 34 complectitur lineas.

Opus iftud absque titulo aut infcriptione incipit ab auctoris praefatione, quae primam folii primi paginam implet. Auerfa pagina iterum absque titulo primus inchoat tractatus, qui prima folii quarti pagina finitur; auerfam eiusdem figura arboris confanguinitatis occupat. Tria fequentia folia fecundum tractatum, & prima pagina folii octaui figuram arboris adfinitatis continent. Auerfa initium fumit tertius tractatus, qui prima folii decimi pagina terminatur. In fine legitur: *Finit tractatus magiftri Iohannis Andree fuper arboribus confanguinitatis . affinitatis necnon fpiritualis cognationis. Anno domini. Millefimo quadringentefimo octuagefimo primo. Impreffus Nurnberge per Fridericum Creufner &c.* Auerfa vltimi folii pagina figura arboris cognationis fpiritualis confpicitur.

Quatuor alias huius operis editiones feculo XV. typis euulgatas poffidemus, tres, quas idem typographus in lucem emifit, P. I. pag. 87. 88. & 192, quartam in praefenti defcripfimus.

VI. Liber fextus Decretalium cum adparatu Iohannis Andreae. Spirae per Petrum Drach. 1481. in fol.

Integrum hoc opus 162. foliis comprehenfum, in duabus columnis duplici charactere impreffum eft, gothico nimirum maiufculo ac luculento textus, minufculo vero & pereleganti

ganti commentarius. Prima initialis littera auro ac diuerſis coloribus ſuperbit; reliquae vero rubro adpictae ſunt colore. Cuſtodes paginarum numeri penitus deſiderantur: paginae litteris ſignatae conſpiciuntur; rubricae rubro colore expreſſae ſunt. Charta eſt firma admodum, alba, ac laeuigata.

Initio operis rubro colore impreſſum legitur: *Incipit liber ſextus decretalium domini bonifacii pape VIII.* Liber primus ſecunda columna folii 64 terminatur. Prima folii vltimi pagina litteris maiuſculis, rubroque colore ſequentia habentur impreſſa:

Decretalium liber ſextus vnacum apparatu domini
Iohannis andree in inclita Spirenſium vrbe
diligenter impreſſus. factore Petro Drach iu-
niore ciue inibi Anno Domini. M. CCCCLXXXI.
XVII. menſis Auguſti finit feliciter.

His ſubiecta habentur typographi inſignia rubro colore expreſſa.

VII. Conſtitutiones Clementis V. cum adparatu Ioannis Andeae. Spirae per Petrum Drach. 1481. in fol.

Opus iſtud decem conſtat plagularum faſciculis litteris A - K ſignatis, quorum omnes quaterni ſunt, praeter vltimum, qui denus eſt. Initiales duae priores litterae deauratae ſunt: ceterae minio depictae. Reliqua eiusdem externa forma quoad omnia plane cum immediate praecedenti conuenit. Terminatur opus tertia folii 76 columna, linea 36, cui ſubiectum legitur nigro colore impreſſum: *Clementinarum hoc opus preclarum in inclita Spirenſium vrbe impreſſum. factore Petro Drach inibi ciue. Anno domini M. CCCC. LXXXI. XXI. die menſis ſeptembris feliciter eſt conſummatum.* Quartam columnam titulornm index occupat.

VIII. S. Thomae Aquinatis commentarius in Lib. IV. Sententiarum. Venetiis per Ioan. de Colunia, Nicol. Ienſon & ſocios. 1481. in fol.

Opus iſtud 31 plagularum faſciculis litteris a - z & A - H ſignatis contentum, papyro albae admodum ac laeuigatae in duabus columnis charactere gothico eoque nitidiſſimo impreſſum eſt. Deſunt initiales litterae, cuſtodes, ac paginarum numeri. Quaelibet diſtinctio in ſuperiori margine eſt indicata.

In fronte operis legitur; *S. Thome de Aquino ordinis predicatorum ſuper quarto libro ſententiarum preclarum opus feliciter incipit.* Diſtinctio prima ſecunda folii duodecimi pagina, linea viceſima terminatur. Vltima diſtinctione finita, legitur ſubnexum: *Opus preclarum ſacre pagine doctoris eximii ſancti Thome de aquino ſuper quartum ſententiarum impendio Iohannis de Colonia: Nicolai Ienſon ſociorumque ſumma cum diligentia Venetiis impreſſum finit: Anno ſalutis dominice. M. CCCCLXXXI. octauo calendas Iulii. Laus deo.* His ſubiecta ſunt typographorum inſignia rubro colore expreſſa. Addita eſt *tabula huius libri* alphabetica ſeptem foliis comprehenſa. Vltimi folii primam paginam chartarum regiſtrum occupat.

IX. Petri Nigri Ord. Praedic. Clypeus Thomiſtarum ſuper arte vetere Ariſtotelis in quoscunque aduerſos. Venetiis per Raynaldum de Nouimagio 1481. in fol.

In fronte operis legitur : *Titulus libri. Clipeus Thomistarum In quoscunque aduersos: per venerabilem virum fratrem Petrum Nigri ex ordine predicatorum sacre Theologie professorem nuperrime editus. ac inuictissimo principi Mathie Vngarie Boemieque Regi obsequenter inscriptus. Epistola ad Regem.* Haec vix non integram primam paginam implet, dein immediate sequitur prologus, qui auersa folii primi pagina terminatur. Folio secundo *Incipit liber acutissimarum questionum super arte veteri Aristotelis : qui Thomistarum clipeus appellatur. per venerabilem virum fratrem Petrum Nigri ex ordine predicatorum sacre Theologie professorem nouiter editus.* Operi subnexus est *Ordo & continentia questionum* quinque foliis integris, & prima columna, dimidioque secundae folii vltimi comprehensus. Tum adiectum legitur : *Explicit clipeus Thomistarum fratris petri nigri ordinis predicatorum : Venetiis per magistrum reynaldum de nouimagio theutonicum. Anno domini.* 1481. His subiectum est registrum chartarum.

Opus praesens 31 plagularum fasciculis litteris signatis contentum, in duabus columnis chartae praestantissimae charactere gothico minusculo ac preleganti impressum est : nullas ostendit initiales litteras, nullos custodes aut paginarum numeros. Distinctionis signa punctum & colon occurrunt.

Editio praesens, cuius QVETIF, & MAITTAIRE meminerunt, est omnium prima, atque ob singularem suum nitorem omnium eruditorum meretur aestimationem.

Petrus NIGER, natione Germanus, ord. Praedic. Alumnus, Philosophus ac Theologus longe celeberrimus, *Thomae* AQVINATIS castra secutus, rerum diuinarum scientiam ex ipsis S. Scripturae fontibus haurire cupiens, eo animo iter in Hispaniam suscepit, vt Hebraicam linguam penitus addisceret. In patriam regressus scripsit contra Judaeos *de conditionibus veri Messiae*, dein in Hungariam Rector gymnasii Budensis a Rege MATHIA euocatus praesentem tractatum composuit, ac in grati animi monimentum eumdem Regi inscripsit. Claruit ad finem seculi XV. QVETIF. T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 861 & seqq.

X. Guidonis de Baiiso Rosarium Decretorum : vulgo *Archidiaconus super Decretis.* Venetiis per Ioan. Hebort de Seligenstat. anno 1481. in Fol. magn.

Hoc magnae molis opus 48 constat plagularum fasciculis, litteris signatis. Impressum est charactere gothico eoque nitidissimo in duabus columnis. Charta est magna, alba admodum ac firmissima, in qua amplas reliquit typographus margines. Distinctionis signa obseruantur punctum & colon. Initiales litteras custodes & paginarum numeros typographus non adpressit. Quod vero praecipue praesens commendat exemplar, sunt initiales litterae, & figura, quae in fronte primae paginae folii secundi SS. Vdalricum & Afram nostrique asceterii insignia exhibens conspicitur, auro ac diuersis coloribus insignes.

Prima folii primi pagina vacua est. In auersa legitur *Francisci moneliensis de Genua in Archidiaconum super decretis a se castigatum Epistola*, ad cuius finem sequentia memoratu digna habentur : *Sed ne longior sim : clausula illa qua soleo claudam orationem meam : hortabor itaque te vehementer ad litterarum studia capescenda : dehinc ad habendum legendumque hoc inclytum opus. tria quippe sunt : que me ad hoc dicendum impellunt : libri prestantia : emendate rei vtilitas : ac ipsius caracteris iucundus aspectus : qui facile supereminet omnes. Laude digni quippe sunt optimi ac integerrimi viri Ioannes de colonia Nicolaus Ienson sociique : qui hac tempestate nobis talem fructum : ac animi voluptatem dedere : curam vero ac diligentiam adhibuit summus in hac arte magister Ioannes hebort de Selgenstat alemannus : qui non mediocriter ab omnibus laudandus est & amandus.*

Primam



Primam folii fecundi paginam auctoris Epiftola dedicatoria ad GERARDVM Epifcopum Sabinenfem, cuius erat Archidiaconus Clericus ac Capellanus, occupat. In auerfa vero pagina ipfe commentarius absque titulo aut infcriptione incipit. Quarta folii penultimi columna fequens habetur notitia: *Exactum infigne hoc atque preclarum opus ductu aufpitiis optimorum Ioannis de Colonia. Nicolai ienfon fociorumue Qui non tantum fummam curam adhibuere ut fint hec & fua queque fine uicio & menda. uerum etiam ut bene fint elaborata aque iucundiffimo litterarum caractere confecta ut unicuique prodeffe poffint & oblectare: more poetico. & prodeffe nolunt & delectare poete. Huiufce autem operis artifex extitit fummus in hac arte magifter Ioannes de Selgenftat alemanus. qui fua folertia ac uigiliis diuoque imprimendi caractere facile fupereminet omnes. Olympiadibus dominicis Anno uero millefimo. CCCC. LXXXI. tertias nonas aprilis.* Folii vltimi primam paginam implent chartarum regiftrum, ac typographorum infignia rubro colore expreffa.

Eadem editio vnacum altera fine anni, loci & typographi indicio impreffa in Bibliotheca academica Ingolftadienfi, quam cl. SEEMILLER Fafc. II. p. 75 defcripfit, extat.

Guido de BAIISO, iuxta alios de BAIFIO Archidiaconus Bononienfis, vir in vtroque Iure peritiffimus, ingenio acutus, & clarus eloquio, floruit ad finem feculi XIII. Scripfit multa infignia volumina, quibus memoriam nominis fui reddidit immortalem. TRITHEM. *Script. Eccl.* apud FABRICIVM, p. 122.

XI. Baptiftae de S. Blafio tractatus de actionibus & earum natura. Praemiffa eft Ioan. Andreae arbor actionum ab illo correcta & aucta. Venetiis per Erhardum Ratdolt, 1481, in Fol. mag.

Arbor *Ioannis* ANDREAE vnacum gloffis, & *Baptiftae* de S. BLASIO explicationibus duo priora folia & tertii primam paginam occupat. Tria haec folia fignaturis carent. Illa vero quae tractatum de actionibus comprehendunt, litteris a — d fignata funt. Initiales litterae arboris funt rubro colore, illa vero, quae tractatum praecedit, nigro expreffa. Cuftodes nulli occurrunt, nullique paginarum numeri, aut infcriptiones. Quaeuis pagina in duas eft diftincta columnas. Chartae albedo, firmitas, munditia, marginum amplitudo, characterisque gothici elegantia haud parum editionem praefentem depraedicant.

Initium arboris fic fonat: *Inter ceteros noftri temporis iurifconfultos excellentiffimos: Baptifta de fancto Blafio vtriufque iuris doctor eximius.* Tractatus vero initium fequentis eft tenoris: *In Chrifti nomine: ac gloriofe virginis*, &c. Quarta folii 25 columna *Explicit folennis & vtilis tractatus de actionibus & natura earum: compofitus per prefatum vtriusque iuris doctorem dominum Baptiftam de fancto Blafio de Patauio In prefentiarum legentem iura canonica ad lecturam decreti in dicto felici ftudio Patauino. M. CCCC. LXXXI. inftante menfe aprilis: ad laudem: honorem: & gloriam dei eterni. Impreffus quoque idem eft tractatus impenfa & diligentia maxima: magiftri Erhardi ratdolt de Augufta Venetiis Tertio nonas. madii, eiusdem anni LXXXI. feliciter completus. Laus deo.*

Hac de editione, quae prima laudatur, cl. ZAPFIVS in *Annal. Typogr. Auguft.* p. 158. mentionem facit. Vbi quoque & alia huius auctoris opera a Ratdolto eodem anno impreffa recenfet.

XII. S. Antonini Archiep. Florent. Summula Confeffionis. Venetiis per Antonium de Strata anno 1481. in 4.

Inte-



Integrum hoc opus, gothico charactere in duabus columnis praestanti chartae impressum, quatuordecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Caret initialibus litteris, custodibus & paginarum numeris. In fronte operis rubro colore legitur impressum : *Incipit summula confessionis vtilissima : in qua agitur quomodo se habere debeat confessor erga penitentem in confessionibus audiendis : quam edidit reuerendissimus vir : ac in Christo pater dominus Antonius archiepiscopus floren. ordinis fratrum predicatorum.* Operi adiecta est materiarum tabula, cui subnexum habetur : *Vtilissima confessionis summula a Reuerendissimo in Christo patre fratre Antonino archiepiscopo florentino edita : cuius vtilitatis pretextu Impendio Antonii de strata Cremonensis impressa. Ad laudem dei Intemerateque Virginis Marie feliciter explicit. Venetiis die* 6. *Augusti. Anno salutis dominice.* 1481. *Regnante Inclyto domino Iohanne Mocenico.*

Anno M. CCCC. LXXXII.

I. Leben der Altuaeter. Augustae per Antonium Sorg. 1482. cum figg. in Fol.

Cum in praesenti exemplari quatuor priora folia desiderantur, operis initium describere haud queo. Constat foliis 387. Paginae numeris sunt signatae, non vero litteris. Custodes penitus desiderantur; initiales vero litterae, figurae quoque ligno incisae quamplures adparent sanctos illos viros repraesentantes. Typus, quo impressum, est plane idem, quem tabula III. primae parti adnexa N. IV. exhibet. Auersa folii 187 pagina legitur maiusculis litteris impressum : *hie hat ein end das leben der altväter. vnnd volgent nach die beispil.* Ad calcem operis legitur iterum maiusculis litteris impressum : *Hie endet sich das buch der heiligen altväter mit seinen beyspilen. Das zu latein genannt ist vitaspatrum. Getruckt vnd volendet in der keiserlichen stat Augspurg von Antonio Sorg am mitwochen vor Michaelis des iars do man zalt nach Cristi geburt. M. CCCC. vnd in dem. LXXXII. Iare.*

Hac de editione mentionem fecerunt cl. ZAPFIVS *in Annal typogr. August.* p. 62. & cl. PANZER in Annal. Litterat. Teuton. p. 123. qui & alias, praesenti posteriores recenset.

II. Buch der Natur. c. Figg. Augustae per Antonium Sorg 1482. in fol.

Opus praesens 238 foliis impressis contentum, charactere eodem, quo immediate praecedens excusum est. Initiales litterae, vti & figurae, ligno incisae conspiciuntur. Desunt custodes, signaturae & paginarum numeri.

In fronte operis legitur : *Das Register des Buchs der Natur.* Registrum istud prima folii secundi pagina, linea vndecima finitur. Auersam eiusdem figura occupat. Folii tertii initio sequens habetur notitia. *Hie nach volget das buch der natur. das innhaltet. zu dem ersten von eygenschafft vnd natur des menschen Darnach von der natur vnnd eygenschafft des himels der tier. des gefügels. der Kreüter. der stein. vnd von vil anderen natürlichen dingen. Vnd an disem buch hatt ein hochgelehrter man bey fünffzehen jaren colligieret vnd gearbeyt vnd hat für sich genommen die hernach benannten göthlich vnd natürlich lerer poeten vnnd ander bewärt doctores der ercznev. Als Augustinum. Ambrosium. Aristotilem. Basilium. Ysidorum. Plinium. Galienum. Auicennam &c. vnd vil ander meyster vnd lerer. Aufs den vnd anderen hat er dicz nachgeschriben buch allenthalben zesamen gelesen vnd aufsgezogen. Weliches buch Cunrat von Megenberg von latein in teütsch transferieret vnd geschriben hat. Vnd ist gar ein nüczliche Kürczweilige materi darinnen ein yeglich mensch vil selczsamer sachen vnderricht mag werden.*

werden. Haec sequitur primum capitulum de *hominis natura*, quod auersa folii 26 pagina, linea 23 terminatur. De vltimo folio dimidia pars adhuc superest; itaque cum finalem subscriptionem quoque integram non habemus, quoad superstitem partem hic adscribam: *sich das buch der natur . . . volendet hat Antho . . . der Keyserlichen statt . . . . mittwochen nächst . . . tag. do man zalt nachst . . . CCCC. LXXXII. jar.*

Huius editionis cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. August.* p. 60, & cl. PANZER in *Annal. Teuton.* p. 126. meminerunt. Eodem quoque anno idem opus *Ioannes* SCHOENSBERGER typis euulgauit.

De huius operis auctore nihil exploratum habetur. Cl. PANZER, clericum, ac ecclesiae Ratisbonensis Canonicum illum fuisse, inde colligit, eoquod Dominum de HANNBERG eiusdem ecclesiae Praepositum dominum suum adpellet. Quae tamen ratio pro hac sententia parum firmitatis habet, cum saepius quemdam dominum nostrum honoris gratia vocitamus, quin subiectionem quamdam ei debeamus. Idem doctissimus Vir *Conradum de* MEGENBVRG, qui hoc opus non solum in germanicam transferebat linguam, sed additionibus quoque augebat, eumdem esse putat, qui *Conradus* de *Monte Puellarum,* quem Trithemius ad annum 1390 refert, dicebatur. Vide Annal. Litterat. Teuton. p. 83 & 84.

III. Liber asceticus *der Seusse* dictus. Augustae per Antonium Sorg. 1482. c. figg. in fol.

Opus praesens eodem impressum est charactere, quo praecedentia. Caret signaturis & custodibus. Litterae initiales, & figurae ad materiam illustrandam adcommodatae passim occurrentes sunt ligno incisae. A folio sexto vsque ad vltimum cuiuslibet folii prima pagina in superiori margine numerum folii, auersa vero libri exhibet maiusculis litteris impressum.

Primum folium vacuum est. In fronte secundi legitur: *Hie seind geschriben die capitel des buchs das do der Seüsse heisset vnd die zal derselben capitel vnd an welchem blat man das vindet.* Index capitulorum prima folii quinti pagina terminatur. In auersa eiusdem imagines *Dauidis*, *Salomonis*, *Iobi*, *Aristotelis*, cuiusdam Dominicani, & alterius, qui coronam in capite, & globum in manu gestat, ligno incisae conspiciuntur. In medio huius paginae leguntur sententiae morales ab illis viris prolatae. In margine illius superiori sequentia habentur:

Der sunnen bild ist so fein. Er vbertrift der stern schein. In inferiore dein:

Sapientia non inuenitur in terra suauiter viuencium. Folio sexto prologus hac inscriptione inchoat: *Das ist der prologus. das ist die vorrede des buchlins das da heisset der Seüsse.* Prologo auersa folii septimi pagina finito, primum capitulum his verbis incipit: *Es was ein prediger in teütschen land von geburt ain schwab. des nam geschriben sey an dem lebenden buch. der het begird das er wurd vnd hiess ein diener der ewigen weissheit.* Liber primus prima folii 108 pagina terminatur, auersam figura occupat. Sequitur dein liber secundus, a quo noui incipiunt numeri foliorum, quae vsque ad finem 146 numerantur. Ad calcem operis maioribus litteris legitur impressum: *Gedruckt vnd vollendet ist dicz buch (des gleich. noch bessers den laien nit kund ist sein Leben zebessren. genant der Seüsse) von Anthonio Sorg. in der Keyserlichen stat Augspurg. an dem nächsten freitag vor sant Jörgen tag do man zalt nach Cristi geburt. tausend vierhundert zwei und achzig iar.*

Hanc editionem memorant clarissimi Viri ZAPFIVS in *Annal. typogr. August.* p. 64. PANZER in *Annal. Litterat. Teuton.* p. 124 & SEEMILLER *Fasc.* II. p. 101.

Opus



Opus istud in quatuor libros diuisum est : primus B. *Henrici* SVSONIS vitam iuxta QVETIF a Sorore *Elisabetha* STAGLIN eiusdem ordinis Moniali germanico sermone scriptam, & a SVRIO latine redditam continet. Secundus SVSONIS dialogum *sapientiae & ministri eius*: tertius eiusdem dialogum de *veritate* : quartus eiusdem epistolas, exercitium *de aeterna sapientia*, & libellum de nouem rupibus complectitur. Haec omnia a *Laurentio* SVRIO Carthusiano Ludovici Blosii hortatu latine reddita Coloniae anno 1615 impressa extant.

Henricus SVSO, qui *Amandus* quoque nuncupatur, natione Germanus, patria Sueuus Constantiae ex illustri Montensium familia natus, anno aetatis decimo tertio ordini Praedicatorum nomen dedit, vir tam vitae sanctitate quam doctrina insignis anno 1366 diem supremum obiit. Corpus eius in Conuentu Vlmensi ante altare S. Petri conditum est. QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 653 & seqq.

IV. Fasciculus temporum. Memmingae per Albertum de Kunne de Duderstat. 1482 in fol.

Opus praesens, charactere gothico minusculo impressum, 71 foliis constat, nullas exhibens initiales litteras, nullos custodes, nullosque paginarum numeros. Figurae etiam ligno incisae conspiciuntur. Paginae sunt litteris signatae.

Praefatio auctoris absque titulo incipit; quo auersa folii primi pagina, linea vndetricesima finito, immediate *Fasciculus temporum omnes antiquorum cronicas complectens admissus ab alma vniuersitate Colon : incipit feliciter.* Haec maiusculis litteris sunt impressa. Terminatur illud auersa folii 63 pagina, in cuius fine legitur : *Opusculum vtique omni statui. atque hominum gradui ad vitam exemplandam perutile. continens succincte progressum patrum ab initio mundi vsque ad hoc nostrum tempus. cum actis notabilioribus eorundem. Quod deuotus quidam Carthusien. eius autor primus: Fasciculum temporum nuncupauit. Impressum per me Albertum Kunne de Duderstat Magunt. dyocesis. Et admissum ab alma vniuersitate Colonien. Explicit feliciter Sub anno domini Millesimo quadringendesimo octuagesimo secundo. Laus deo.* Adcedit index alphabeticus materiarum, octo foliis contentus, ad cuius finem legitur: *Impressus Memmingen.*

Aliam huius operis editionem anno 1479 Coloniae typis euulgatam P. I. p. 206 recensui, vbi etiam aliarum editionum, ac auctoris mentionem feci.

V. Ioannis Petri de Ferrariis Ict. noua Practica. Norimbergae per Antonium Koburger. 1482. in fol.

Praecedit *Tabula, seu repertorium ad facile recipiendum formas presentis practice* auersam primi folii paginam occupans, & index alphabeticus septem foliis contentus. Deinde ipsum opus foliis 204 comprehensum absque titulo aut inscriptione incipit. Impressum est in duabus columnis papyro praestanti admodum. charactere gothico ac nitido. Caret litteris initialibus, custodibus & signaturis. Folia operis, non vero indicis, numeris notauit typographus. Ad calcem operis legitur impressum : *Opus presens insigne & admodum vtile iuris noua practica appellatum : a iurisperitissimo Iohe petri (qui ferrariis floruit) de papia : curiose promulgatum. Impensis Anthonii Koburger Nurenberge effigiatum : Feliciter finit. Anno salutis christiane. M. CCCC. LXXXII. pridie Kls Marcii.*

Huius



Huius editionis meminerunt MAITTAIRE, ORLANDVS & cl. SEEMILLER Fasc. I. p. 137. vbi duas alias editiones sine anni, loci, & typographi indicio in lucem emissas, quae praesentem praecessisse videntur, descripsit.

Ioannes Petrus de FERRARIIS natione Italus, patria Pauiensis, Iuris consultus longe celeberrimus, Ferrariae ius ciuile publice docebat, Florebat ad finem seculi XIV. & ad initium seculi XV.

VI. Alexandri de Ales Summae Theologiae Partes I. III. & IV. Norimbergae per Antonium Koburger, an. 1482. Voll. III. in fol. magn.

Tomus primus foliis 165 impressis constat. Duo priora folia *generalem discursum in summam Alexandri de Ales* complectuntur. Sequentibus quatuor foliis index primae partis legitur. Prima pagina folii septimi vacua est; in auersa habetur: *In laudem irrefragabilis doctoris diui Alexandri de Ales : ordinis beatissimi Francisci : pangiricum carmen*, quo finito legitur: *Anno ab incarnatione domini. M. CCXLV. XII. Kalis Septembris obiit idem irrefragabilis doctor : parisiis sepultus : cuius tumba his preconizatur metris :*

Clauditur hoc saxo famam sortitus abunde:
Gloria doctorum decus & flos philosophorum
Auctor scriptorum vir Alexander variorum
Norma modernorum : fons veri : lux aliorum.
Inclytus anglorum fuit archileuita : sed horum
Scriptor clericorum : frater collega minorum
Factus : egenorum fit doctor : primus eorum
Si quis honos meritis : si qui virtute colantur.
Hunc animo prefer : huuc venerare partem.
Nec sorde & culpa pigritere per ocia defes:
Nancisci studio que minor iste refert.

Folio octauo *doctoris irrefragbilis anglici Alexandri de ales regule sancti Francisci professoris : parisiis sepulti : prima pars summe theoloice feliciter incipit. Alpha & o Christi nomine inuocato.* In fine huius sequentia habentur: *Explicit prima pars summe alexandri de Ales doct. industria Anthonii Koburger nurenberge impressa & finita Anno salutis christiane. M. CCCC. LXXXII. die XXIIII. mensis Januarii.*

Parti tertiae, foliis 243 contentae, index quinque foliis constans, est praefixus. Folio sexto *Tertia pars summe diui Alexandri de Ales : irrefragabilis doctoris parisens. ordinis minorum obseruantissimi : Christi nomine inuo ato incipit.* Ad calcem eiusdem legitur: *Tercia pars summe alexandri de ales theologorum parisiensium monarche doctoris irrefragabilis quam diligenter emendata & ad ordinem redacta : Impensis Antonii Koberger Nuremberge impressa finit : consummata pridie nonas Maii. Anno christiane salutis. M. CCCCLXXXII.*

Pars quarta iterum indicem septem foliis contentum habet praemissum. Folio octauo *Quarta pars summe Alexandri de Ales Theologorum monarche incipit feliciter.* Ad finem eiusdem legitur: *Incliti anglorum leuite theologorum isdem temporibus monarche Alexandri de ales : minorum fratris mendicantium primi doctoris Summa theologicalis Anthonii Koburger Nurenberge impensis impressa : quam diligenter visa & in formalem processum di-ecta expersentia edocebit. Et sub anno salutis christianissimi. M. CCCC. LXXXII. XXIII. Augusti consummata est. Vnde non immerito : laudes & gratias referamus deo.*



Impressum est hoc opus charactere gothico minusculo, in duabus columnis chartae praestantissimae. Litterae initiales, signaturae; custodes, & paginarum numeri desiderantur. In superiori margine quaeuis quaestio maiusculis litteris est indicata.

Eadem huius operis editio quoad omnes quatuor partes quoque extat in Bibliotheca Ingolstadiensi, de qua cl. SEEMILLER Fasc. II. p. 91 & 92. mentionem fecit. Idem animaduertit, exemplaria huius editionis, integra saltem, raro esse obuia, cum vna vel altera pars desideretur, ex quo colligere est, merito eamdem inter Bibliothecarum cimelia referendam esse.

VII. Ioannis Nider Ord. Praedic. Praeceptorium diuinae legis. Parisiis per Vdalricum Gering. 1482. in 4.

Hoc opus, charactere romano ac pereleganti, chartae firmae ac laeuigatae impressum, 41 constat plagularum fasciculis, litteris a — z & A — S. signatis, quorum omnes quaterni sunt, praeter vltimum, qui sexternus est. Initiales litteras paruas adiecit typographus, nullos vero custodes, aut paginarum numeros. Distinctionis signa praeter punctum occurrunt quoque colon & coma.

In fronte operis legitur: *Eximii sacre theologie professoris fratris Johannis Nyder ordinis predicatorum, in expositionem preceptorum decalogi: prologus incipit.* Auersa folii 302 impressi pagina *Eximii sacre theologie professoris magistri iohannis nyder, ordinis fratrum predicatorum, Preceptorium diuine legis finit feliciter. Exaratumque per magistrum vdalricum Gering in vrbe Parisiana. Anno domini. M. CCCC. LXXXII. die IX Iunii.* Spatio paruo interiecto, *Sequitur registrum seu tabula capitulorum huius libri cum materiis pertractandis in eisdem*, quae prima folii 304 pagina, linea vndecima finitur. Hunc alius index alphabeticus excipit 27 foliis contentus, ad cuius finem legitur: *Finis tabule.*

Aliam huius operis editionem sine anni, loci, & typographi indicio typis euulgatam vnacum aliis a QVETIF T. I. Script. Ord. Praedic. p. 762 memoratis P. I. p. 92. recensui.

VIII. Eusebii ad Damasum Portuensem Episcopum, & Theodorium Senatorem Romanum de morte S. Hieronymi Epistola. II. S. Augustini de eiusdem vita, obitu, & miraculis ad Cyrillum Hierosolymitanum epistola. III. S. Cyrilli ad Augustinum de eiusdem Sancti, & Eusebii morte epistola. Patauiae per L. Stahel & Benedictum. An. 1481. in 4.

Opusculum istud, charactere gothico satis luculento impressum, octo constat plagularum fasciculis, qui tali modo litteris signati sunt: primus a. b. c. e. secundus f. g. h. i. & sic vlterius. Omnes sunt quaterni, praeter vltimum, qui ternus est. Desunt initiales litterae, custodes & paginarum numeri. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaeuis triginta complectitur lineas.

In fronte primae paginae legitur: *Epistola beati Eusebii. Reuerendissimo patri Damaso portuensi episcopo & christianissimo theodorico Romano senatori. Eusebius olim sanctissimi hieronimi discipulus.* Folio 35 *Incipit epistola sancti Augustini de miraculis sancti Hieronimi*, quam folii 41. S. CYRILLI Episcopi Hierosolymitani ad AVGVSTINVM epistola excipit. Ad calcem operis legitur: *Explicit epistola beati Cyrilli secundi Ierosolimitani episcopi ad eximium doctorem Augustinum Yponensis episcopum de miraculis gloriosissimi Ieronimi. Per L. Stahel*

hel & Benedicti sociorum Patauie Impressum Olimpiadibus dominicis. M. CCCC. LXXXII. septimo Kalendas : Augustus.

Hac de editione, nec de ipsis typographis MAITTAIRE notitiam habuit. Alii quoque Bibliographi altum de ea tenent silentium. Alterius editionis in prima parte pag. 105 meminimus, vbi etiam de genuino epistolarum istarum auctore egimus.

IX. Rei Rusticae authores : Cato, Varro, Columella, & Rutillius. Regii per Barthol. Bottonum. 1482. in fol.

Prima folii primi pagina vacua est : in auersa legitur GEORGII *Alexandrini* epistola ad *Petrum* PRIOLVM, in qua, priscas dictiones de tribus rei rusticae scriptoribus annotatas breuissime enarratas fuisse, se excusat, eoquod sibi nec plus otii a lectione publica relictum, nec maius spatium ab impressoribus concessum fuisset. Sequentia tredecim folia trium scriptorum rei rusticae enarrationes continent. Folio 15 incipit GEORGII *Alexandrini* epistola dedicatoria ad *Bernardum* IVSTINIANVM, quae prima folii 16 pagina, linea decima terminatur. Reliquum folii vacuum est. Folia 17 & 18 argumenta capitulorum CATONIS complectuntur. Folio 19 incipit MARCI CATONIS PRISCI DE RE RVSTICA LIBER, qui prima pagina folii 40, linea 16 finitur. Huic dein subiectum habetur : MARCI PRISCI CATONIS QVI HOMINVM SVMMVS IN OMNI VSV FVIT DE RE RVSTICA LIBER VNVS. IS ENIM ABSOLVTVS NEC IMPERFECTUS PLINIO AVCTORE COLLECTVS EST. Auersam eiusdem paginam & folium 41 occupant VARRONIS librorum argumenta capitulorum. Folio 42 inchoat MARCI TERENTII VARRONIS RERVM RVSTICARVM AD FVNDANIAM VXOREM LIBER I. Terminantur libri VARRONIS auersa folii 84 pagina, linea 18, cui subiectum legitur capitalibus litteris impressum : MARCI TERENTII VARRONIS QVI REM RVSTICAM EXPOLIVIT LIBRI TRES. QVOS DILIGENTER ATQVE VENVSTATE IMPRSSIT BARTHOLOMEVS BOTTONVS AL' BRVSCHIVS REGIENSIS. M. CCCC. LXXXII.

Folio 85 incipiunt capitulorum argumenta Librorum COLVMELLAE, quae folio 89 LVTII IVNII MODERATI COLVMELLAE REI RVSTICAE LIBER PRIMVS excipit. Liber decimus, & vndecimus COLVMELLAE in praesenti exemplari manci habentur, cum integer plagularum fasciculus, littera Z signatus, desideretur. Ad finem libri 13 legitur : LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE RERVM RVSTICARVM LIBRI OPERA ET IMPENSA BARTHOLOMAEI BOTTHONI AL BRVSCHI REGIENSIS IMPRESSI· REGII DVCE HERCVLE IMPERANTE. M. CCCC. LXXXII. Folio sequenti inchoat GEORGII *Alexandrini* Epistola dedicatoria ad *Dominicum* GEORGIVM Patritium, quam PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER PRIMVS sequitur. PALLADIVS de re rustica tredecim libros conscripsit, quibus & vnum librum de *insitione* pedestri sermone scriptum ad PASIPHILVM adiunxit. Ad calcem illius sequentia habentur : PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBRI IMPRESSI REGII OPERA ET IMPENSIS BARTOLOMEI BRVSCHI AL' BOTONI REGIENIS. M. CCCCLXXXII NONIS IVNII. His subiecta habetur epistola alicuius auctoris Anonymi ad *Bartholomaeum* BOTTONEM, quae etiam in fine editionis Ienfonianae anni 1472 vsque ad sequentia verba integra legitur. *Iis denique diuinis (ut ita dixerim) Libris non modo tua opera : sed etiam impensis : & aliis compluribus uoluminibus hac in urbe quam accuratissime exaratis tibi merito prima debet : ex quo iniuria illud de te dixeris. Primus ego in patria modo chartas ære signaui. Et nouus in Regio bibliopola fui. Vale* Epistolae huic sequens carmen subnexum est :

 Priscorum



Priscorum quicunque studet monumenta doceri
Terrarum & cultus; arma deosque simul:
Hos legat antiquos: Varronem tumque Catonis
Scripta: Columellam: Palladiumque legat.
Rura canunt: rurisque deos: his uita magistris
Desueuit querna pellere glande famem.
Impressit regii: nuper uolumina quorum
Optime bottonus nomine Bartholomeus.

Externa huius editionis forma maxime eamdem commendat. Characteres sunt romani ac perelegantes: charta est firmissima alba admodum ac polita, in qua amplas reliquit margines typographus. Paginae litteris sunt signatae: initiales litterae paruae adparent, nulli vero custodes aut paginarum numeri. Distinctionis signa praeter punctum obseruantur colon, & interrogationis signum. Quauis pagina quadraginta numerantur lineae.

Editio praesens secundum obtinet locum; prima enim anno 1472 ex *Nicolai* IENSON officina Venetiis in lucem prodiit.

X. Summa Pisani, seu Magistrucia. Reutlingae anno 1482. in fol. min.

Hoc magnae molis opus, foliis 418 contentum, in duabus columnis papyro firmae admodum sed minus politae typo eodem est impressum, quem tabula VI. N. V. exhibet. Caret litteris initialibus, custodibus, signaturis, & paginarum numeris. Distinctionis signum solum punctum occurrit.

In fronte operis legitur: *Feliciter Summa Pisani cum supplemento Incipit. que alias Magistrutia seu Pisanella appellatur.* Opus prima folii 415 columna terminatur. Tertia eiusdem columna *Incipit tabula capitulorum huiusmodi libri. Et primo de littera. A.* In fine tabulae legitur: *Anno domini M. CCCC. LXXXII. Sabbato ante epiphanie. In Rütlingen deo auxiliante opus terminatum insigne. Summa Magistrutia. alias Pisanella vulgariter appellatum Finit feliciter.* Patet ex his, illud maxima ex parte iam anno 1481 fuisse impressum, cum intra tam paucos dies excudi haud potuisset. Typographus licet non innotescat, mihi tamen *Ioannem* OTMAR, cum praeter illum nullus alius hoc tempore exploratus habetur, illum fuisse verisimile videtur.

Auctor huius operis laudatur *Bartholomaeus* a SANCTOCONCORDIO Etruscus natione, patria Pisanus, ordinis Praedicatorum Alumnus, vir grauissimus, religione & doctrina praestans, iuris vtriusque maxime peritus. Floruit ad medium seculi XIV. QVETIF Tom. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 623.

XI. Summa Azonis. Spirae Anno 1482. in fol. magn.

Opus istud vnacum indice illi praemisso, & 21 foliis contento, 314 folia complectitur. Impressum est in duabus columnis, chartae praestantissimae charactere gothico satis luculento. Initiales litteras partim omisit typographus, partim paruas adiecit. Custodes, signaturae, & paginarum numeri penitus desiderantur. In superiori margine quilibet liber est indicatus. Rubricae sunt maiusculis litteris expressae.

In fronte operis, folio 22, maiusculis litteris impressum legitur: *Incipit prohemium ad summam codicis per dominum azonem compositam*, quod prima columna folii 23, linea 26 finitur. Tum immediate primus inchoat liber. Ad calcem operis legitur maiusculis litteris

ris impressum : *Explicit summa extraordinaria super institutis maxima cum diligentia scire impressa Anno millesimo quadringentesimo octogesimo secundo.* His subiecta habentur typographi Petri Drach insignia nigro colore expressa.

Azo natione Italus, patria Bononiensis, Ioannis Bosiani Iurisconsulti Cremonensis quondam auditor, atque discipulus, iuris ciuilis famosissimus interpres, fons legum, lucerna iuris dicebatur; vnde eius *Summa* apud veteres tanta auctoritate pollebat, vt non modo in omnium manibus versaretur, sed sine ea forensia negotia, non tractari posse, in prouerbium abiret. TRITHEM. *Script.* c. 427. FABRIC. *Bibl. med. & infim. Latin.* Lib. I. p. 160. FREYTAG *Adpar.* I. p. 581.

XII. Sanctorum Patrum Homiliae & sermones in Epistolas & Euangelia de tempore, iussu Caroli M. a Paulo Diacono collecti. Spirae per Petrum Drach iuniorem anno 1482. in fol.

Quinquaginta plagularum fasciculis litteris signatis praesens constat opus, quod in duabus columnis chartae firmae gothico charactere impressum est. Caret litteris initialibus, custodibus & paginarum numeris. Praeter punctum colon quoque obseruatur.

Prima folii primi pagina vacua est; in auersa *Incipit prologus Karoli magni in omeliarum per totum annum*, qui secunda eiusdem columna terminatur. Folio secundo *Opus preclarum omnium omeliarum & postillarum venerabilium ac egregiorum doctorum gregorii. augustini. hieronimi. ambrosii. bede. herici. leonis. maximi. iohannis episcopi. atque origenis integraliter super euangelia dominicalia de tempore & de sanctis per totius anni circulum cum quibusdam eorundem sparsim interpositis sermonibus hincinde suis locis collectis & cooptatis temporibus. in partem hyemalem ac estiualem diuisum incipit feliciter.* In fine legitur : *Omeliarum opus egregium : plurimorum sanctorum aliorumue famosissimorum doctorum : super euangeliis de tempore & sanctis. quibusdam eorundem annexis sermonibus: factore Petro drach iuniore. in inclita Spirensium vrbe impressum. Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo octoagesimo secundo. In vigilia natiuitatis gloriosissime marie virginis : ad eusebiam cunctipotentis dei feliciter est consummatum.* His subnexa adspiciuntur typographi insignia nigro colore expressa.

XIII. Euclidis Elementa Geometriae cum Commentariis Ioannis Campani Nouariensis Lombardi. Venetiis per Erhardum Ratdolt, Anno 1482. in fol.

Opus hoc praestantissimum septemdecim constat plagularum fasciculis, litteris a — r insignitis, quorum omnes quaterni sunt. Prima folii primi pagina vacua est; in auersa legitur *Erhardi* RATDOLT Augustensis epistola dedicatoria ad *Ioannem* MOCENICVM Venetorum Principem, in qua haec memoratu digna habentur : *Solebam antea serenissime princeps mecum ipse cogitans admirari quid cause esset quod tua prepotenti & fausta vrbe cum varia auctorum veterum nouorumque volumina quottidie imprimerentur. In hac mathematica facultate vel reliquarum disciplinarum nobilissima aut nihil aut parua quedam & friuola in tanta impressorum copia qui in tua vrbe agunt : videntur impressa. Hec cum mecum sepius discuterem inueniebam id difficultate operis accidisse. Non enim adhuc quo pacto schemata geometrica : quibus mathematica volumina scatent : ac sine quibus nihil in his disciplinis fere intelligi optime potest excogitauerat. Itaque in hoc ipsum tantummodo communi omnium vtilitati que ex his percipitur.*



cipitur. obstaret mea industria non sine maximo labore effeci. vt qua facilitate litterarum elementa imprimuntur. et etiam geometrice figure conficerentur. Quam ob rem vt spero hoc nostro inuento he disciplinae quas mathemata greci appellant voluminum copia sicuti relique scientie breui illustrabuntur &c.

In fronte folii secundi sequentia rubro colore impressa leguntur: *Preclarissimus liber elementorum Euclidis perspicacissimi: in artem Geometrie incipit quam faelicissime.* Ad calcem operis haec leguntur: *Opus elementorum euclidis megarensis in geometriam artem In id quoque Campani perspicacissimi Commentationes finiunt. Erhardus ratdolt Augustensis impressor solertissimus. veneiis impressit. Anno salutis. M. CCCC. LXXXII. Octauis. Calen. Iun. Lector. Vale.*

Editio haec elegantissima est, ac omnium eruditorum aestimationem meretur, siue characterum gothicorum nitor, siue chartae praestantia, siue figurae in laterali margine adcurate expressae spectentur. Litterae initiales magnae florentes magis aeri quam ligno nitide incisae videntur. Custodes nulli occurunt, nullique paginarum numeri. In superiori margine quilibet liber est adnotatus.

Hac de editione, quae omnium prima est, ac praestantissima, mentionem faciunt MAITTAIRE T. IV. p. 434. cl. ZAPFIVS, qui plures Bibliographos de illa agentes in Annal. typogr. p. 160 recenset & Cl. SEEMILLER Fasc. II. p. 180. Praecipue legenda est KAESTNERI dissertatio de *prima Euclidis Geometriae editione* Lipsiae anno 1750 typis euulgata. FABRICIVS *in med. & infim. Latinit.* Lib. III. p. 326 editionem huius operis a RATDOLT iam anno 1472 Venetiis in lucem fuisse emissam, memorat; ast longe aberrauit FABRICIVS, cum nullus Bibliographorum illam hucusque citauerit; immo ipse RATDOLT qui typographiae monumento Venetiis primum anno 1476 innotescit, in epistola dedicatoria praesentem primam adpellat.

EVCLIDES natione graecus, patria Megarensis, Geometra insignis, multa, quae ad Geometriam, & Musicam pertinent scripsit, inter quae facile palmam obtinent libri XIII. Elementorum, magno Reipublicae litterariae bono ad nostra vsque tempora conseruati. Floruit tempore primi PTOLOMAEI, ante CHRISTVM natum anno 332. BLOVNT. *Celebr. Auct.* p. 24.

Euclidem ex Arabico in latinum transtulit *Ioannes* CAMPANVS Nouariensis Lombardus, qui circa annum Christi 1030, iuxta alios circa annum 1250 floruit, & quidem vt HVETIVS de *claris interpret.* p. 227. scribit, vertit illum circa annum, si Volaterrano fides est, millesimum; Arabum autem interpretationem prosecutus, faede peruersum nobis EVCLIDEM reliquit. FABRIC. loc. cit.

XIV. A. Persii Flacci Poetae Satyrarum opus cum commentariis Bartholomaei Fontii. Venetiis per Raynaldum de Nouimagio anno 1482. in fol.

Hoc opusculum 21 foliis contentum, charactere romano ac pereleganti, chartae albae, firmae, sed minus politae impressum est. Litterae initiales, custodes & paginarum numeri desiderantur. Paginas litteris signauit typographus. Distinctionis signa praeter punctum, colon quoque obseruatur, & interrogationis signum. Satyrae litteris maioribus, minoribus commentarii sunt exscripti.

Primam folii primi paginam *Bartholomei Fontii proœmium in Persium Poetam ad Laurentium Medicem* occupat. Auersa pagina incipit *Auli flacci Persii poetæ Satyrarum opus.* Ad finem sextae & vltimae satyrae legitur: *A. Persii flacci Satyrarum finis. Anno M. CCCC. LXXXII.*

LXXXII. Mensis Decembris Die: XXIIII. Per me Magistrum Renaldum De Nouimagio Theutonicum Venetiis impressum. Satyris subiecta legitur *Bartholomaei* FONTII epistola *ad Franciscum* SAXETVM, epistolae vita PERSII, & huic chartarum registrum.

Haec est tertia huis operis cum commentariis editio, prima Venetiis 1480 sine typographi indicio, secunda eodem anno XIV. Martii Venetiis ex *Baptistae* de TORTIS officina in lucem prodiit. V. MAITTAIRE T. IV. 433. FABRICII *Biblioth. Lat.* L. II. p. 468.

A. PERSIVS *Flaccus* natus Volaterris, Eques Romanus aequalis Lucani Poetae, & vnacum eo *Annaei* CORNVTI Philosophi Stoici auditor, vix duo de triginta annos natus, obiit anno Imperii Neronis nono. Ex suis poematis solus liber praesens, doctus, & argutus, sed cum acerbis salibus plenus, tum ita obscurus, vt propterea aliquibus abiiciendus esse videretur, ad nos peruenit. FABRICIVS l. cit.

Bartholomaeus FONTIVS fuit natione Italus, patria Florentinus, auditor non infrequens *Hieronymi* SAVONAROLAEI *Francisci* vero PHILELFI successor, in cathedra patria oratoriam & Graecas litteras docuit ab anno 1480. Dein Bibliothecae Budensi a *Mathia* CORVINO praefectus, obiit anno 1500, pluribus doctrinae suae monumentis celeberrimus. FABRICII *Bibl. med.* & *infim. Lib.* VI. p. 176.

XV. Aegidii Romani Archipresulis Bituricensis Ord. Eremit. S. Augustini super secundo libro Sententiarum opus. Venetiis per Lucam Dominici anno 1482. in fol.

Hoc ingentis molis opus 66 plagularum fasciculis litteris signatis constat. Impressum est in duabus columnis chartae firmae admodum sed minus politae charactere gothico minusculo. Initiales litteras paruas adposuit typographus, nullos vero custodes aut paginarum numeros.

Primum folium *Iacobi* GRASOLARII Veneti epistola ad *Franciscum* de PELLATIS vtriusque iuris doctorem occupat. Sequentia quatuor folia quaestionum titulos continent. Folio sexto impresso *Excellentissimi sacre theologie doctoris domini Egidii Romani archipresulis Bituricensis: ordinis fratrum heremitarum diui Augustini, super secundo libro Sententiarum: opus preclarissimum incipit.* Ad calcem operis legitur: *Egidii Romani Bituricensis ecclesie archipresulis super secundo Sententiarum opus dignissimum Lucas Venetus Dominici. F. librarie artis peritissimus: summa cura & diligentia Venetiis impressit. Anno salutis. M. CCCC. LXXXII. IIII. Nonas Maii: Ioanne Mocenico inclyto Venetiarum principe ducante.* Primam folii vltimi paginam chartarum registrum implet.

XVI. Claudii Claudiani opera poetica. Vicentiae per Iacobum Dusensem anno 1482. in fol.

Primam folii primi paginam *Barnabae* CELSANI epistola dedicatoria a *Bartholomaeum* PAIELLVM Equitem Vicentinum implet. In auersa legitur CLAVDIANI vita. Folio secundo incipit *Claudii Claudiani præfatio in raptum Proserpinæ.* In fine auersae paginae folii 15. legitur: *Finis CL. Claudiani de raptu Proserpinæ: eius quod inuenitur. nam ultimum* — quartum scilicet — *uolumen apud nos non extat.* Folio sequenti *CL. Claudiani in Ruffinum liber primus incipit.* Folii 33 prima pagina librum tertium in RVFFINVM, liber primus in EVTROPIVM excipit. Folio 47 initium sumit *Epitalamium in nuptiis Honoriæ* sic *Aug. & mariæ*, quam auersa folii 48 pagina *Liber de nuptiis Honorii & Mariæ* sequitur. Auersa folii 53 pagi-



53 pagina, praemissa praefatione, *Panagyris de tertio consulatu honorii Aug.* inchoat: Folio 64. *Panagyris in consulatum Manlii Theodorii*: auersa folii 67 pagina *panagyris in laudes Stiliconis*: folio 83 *panagyris in sextum Honorii Aug. consulatum*: Folio 91 *de victoria Stiliconis contra Alaricum*: Folio 97 *Panagyris in Probum de eius consolatu.* In fronte auersae paginae folii vltimi legitur: *Finis operum CL. Claudiani; quae non minus eleganter quam diligenter impressit Iacobus Dusensis Milesimo quadringentesimo octogesimo secundo sex. cal. Iun. Vicentiae.* His subiectum legitur *Registrum chartarum.*

Hoc opus praestantissimum duodecim comprehenditur plagularum fasciculis, litteris A — i signatis, quorum omnes quaterni, praeter vltimum, qui ternus est. Superbit tam charactere, qui romanus, ac perelegans, chartae albedine, firmitate, & nitore, quam marginum amplitudine. Litteras initiales paruas adiecit typographus, nullos vero custodes, aut paginarum numeros. Distinctionis signa punctum, colon, & interrogationis signum obseruantur.

Editionem hanc HARWOOD praestantissimam, ac principem adpellat, quae in auctione D. ARKEW'S a HVNTERO 7 libris 15 solidis empta fuit. FABRICIVS in Bibl. Lat. Lib. III. p. 126 aliam iam anno 1470 Venetiis typis euulgatam vt principem laudat; ast nec MAITTAIRE nec HARWOOD, nec alius Bibliographorum de ea notitiam habuit; vnde merito de eiusdem existentia dubitatur. Praesentem demum insecuta est Parmensis 1493 & Vicentina altera anno 1498.

Claudius CLAVDIANVS Poeseos sui tempore miraculum Alexandriae in Aegypto natus, licet quidam illum Hispanum volunt. Romae floruit Theodosii M. aetate.

XVII. Ptolomaei Cosmographia cum 32 tabulis geographicis. Vlmae per Leonardum Hol anno 1482. in fol. max.

Opus istud elegantissimum 133 foliis constat; vndeseptuaginta textum vnacum dedicatione, sexaginta & quatuor tabulas comprehendunt. Prima initialis littera deaurata duas personas depictas repraesentat, Papam scilicet PAVLVM II, cui inscriptum est opus, & *Nicolaum* DONIS, qui idem latine reddidit. Secunda iterum auro distincta PTOLOMAEVM exhibet: reliquae vero florentes ligno incisae sunt. Characteres romani, ac perelegantes, lineaarum distantia, chartae praestantia non parum hanc extollunt editionem. Paginae litteris sunt signatae. Distinctionis signa occurrunt punctum & colon.

In primae paginae fronte capitalibus litteris legitur impressum: BEATISSIMO PATRI PAVLO SECVNDO PONTIFICI MAXIMO DONIS NICOLAVS GERMANVS. Epistola dedicatoria prima folii secundi columna linea 25 terminatur. Dedicationem immediate sequuntur primi libri argumenta capitulorum, quibus secunda columna subiectum legitur: CLAVDII PTOLOMEI VIRI ALEXANDRINI COSMOGRAPHIE LIBER PRIMVS INCIPIT, qui secunda folii 12 columna finitur. Ad calcem operis legitur: CLAVDII PTOLOMEI VIRI ALEXANDRINI COSMOGRAPHIE OCTAVVS ET VLTIMVS LIBER EXPLICIT. OPVS DOMINI NICOLAI GERMANI SECVNDVM PTOLOMEVM FINIT. ANNO MCCCCLXXXII. AVGVSTI VERO KALENDAS XVII. IMPRESSVM VLME PER INGENIOSVM VIRVM LEONARDVM HOL PREFATI OPPIDI CIVIS.

Hanc editionem memorant MAITTAIRE T. IV. p. 431. BAVR T. III. *Bibl Vniuers.* p. 264, qui eam rarissimam appellat, & RAIDEL in dissertat. de *Claud.* PTOLOMAEI *geographia eiusque codicibus* p. 46. vbi & aliae huius operis editiones sec. XV. typis euulgatae inueniuntur. Nos & aliam, quam anno 1486 Vlmae *Ioan* REGER in lucem emisit, possidemus, quae suo loco adumbrabitur.

Claudius



Claudius PTOLOMAEVS, natione Aegyptius, patria Pefulienfis, Aftronomiae ac Geographiae Princeps, ob praefens opus, licet mortuus, adhuc inter mortales viuit. Floruit fub *Antonino* PIO Romanorum Imperatore.

Nicolaus DONIS, vt in Annalibus Boicae Litteraturae L. II. p. 40 legitur, ordinem S. BENEDICTI in monafterio Reichenbacenfi in Palatinatu fito ad finem Sec. XV. profitebatur.

Anno MCCCCLXXXIII.

I. Concilium Conftantienfe. Theodifce, Auguftae per Antonium Sorg anno 1483. in fol.

Opus iftud foliis 247 contentum, in duabus columnis charactere eodem, quem tabula III. N. IV. exhibet, impreffum eft. Caret fignaturis, & cuftodibus. Paginae numeris funt fignatae, & litteras initiales ligno incifas adpofuit typographus. Figurae, & infignia gentilitia, & quidem arte heraldica ligno incifa, & coloribus depicta copiofe adparent.

Primum folium, quod in nofto exemplari defideratur, iuxta illud a cl. PANZER in *Annal. Litterat. Teuton.* p. 142. defcriptum, fequentem exhibet infcriptionem: *Das Concilium buch gefchehen zu Coftnez.* In folii fecundi fronte haec leguntur: *Hienach ift zu dem erften verfcriben wie die Cardinäl vnd erczbifchof fürften vnd herren gen coftenz zu dem concilio einrittend.* In auerfa folii vndecimi pagina legitur: *Hienach ift der anfang des conciliums ze coftencz.* Ad calcem operis legitur: *Hie endet fich das concilium buch gefchen zu coftencz. darinn man vindet wie die herren gayftlich vnnd weltlich eingeritten feind. vnd mit wie vil perfonen. Auch ir wappen gemalet. vnd wie fy abgefchiden feynd. Auch die fachen die darinn gefchehen feind hüpfch vnd gerecht. Gedruckt vnd volendt in der Keiferlichen ftat Augfpurg von Anthoni Sorg am affermontag nach Egidy Do man zalt nach Crifti geburt. M. CCCC. vnd in dem LXXXIII. Iare.*

Plures Bibliographi in defcribenda hac editione me praeceffferunt, qui eam codicibus manu exaratis aequiparare Bibliothecarumque cimeliis adnumerare haud dubitant. Ifti viri in re bibliographica celeberrimi funt, cl. ZAPFIVS, qui in *Annal. typogr. Aug.* p. 65. Cl. PANZER, qui in *Annal. Litter. Teuton.* p. 142. Cl. GEMEINER, qui in *Notit. Libr. rar. Bibl. Ratisbon.* p. 114. FREYTAG in *Analectis Litter.* p. 263, & alii eam recenfent. Noftra Bibliotheca & fecunda gaudet editione ab *Heinrico* STEINER anno 1536 Auguftae typis eulgata, vnacum STVMFII de eodem concilio hiftoria.

Auctor huius hiftoriae laudatur *Vlricus* REICHENTHAL, quem alii Canonicum, alii Senatorem Conftantienfem volunt. Hic ipfi Conftantienfi interfuit Concilio, quare accidit, vt inter fcriptores bonae fidei locum mereatur; eiusque hiftoria iure fibi vindicat omnium aeftimationem, licet, vt LENSANT *in Hiftoria Concilii Conftantienfis* fcribit, interiora eiusdem concilii haud attigerit.

II. Hiftoria vrbis Auguftae Vindelicae. Theodifce. Anno 1483. cum figg. in Quarto.

In pagina feparata confpicitur figura ligno incifa ciuitatem Auguftanam exhibens. Folio dein fecundo rubro colore impreffum legitur: *In gottes namen amen. Hie nach in difem büchlein würdet kürtzlichen begriffen wie lang die keyferlich ftat augfpurg vor langen zeiten iren vrfprunge vnd Anfang gehabt. Auch von wem vnd zu welcher czeit criftenlicher gelaub*



angefangan hat. Vnd besonder von den gotzhauß sant vlricks vnd sand affra zu augspurg gelegen mit was wirdigkeyt got der her das selbig gotz hauß fürsehen vnd begabt hat darinnen ir beyder leychnam ligen vnd rasten mit sambt vil anderen wirdigen grossen namhafftigen heiltum Auch wirdet hie nach beschriben die grosse genad vnd der ablaß dar mit das obgemelt gotzhauß von den heylgen. Bäbsten. Patriarchen, Cardinalen. Bischoffen begabt ist Als man clärlichen hernach hören wirdet. Incipit deinde primum capitulum, de origine vrbis Augustae. Ad finem legitur : *Laudate dominum in sanctis eius &c. Anno &c. LXXXIII. iar.*

Opusculum istud 32 constat foliis : impressum est charactere gothico - theodisco maiusculo, & vix non eodem, quo *Ioannes* BAEMLER vsus erat, & quem tabula I. N. VI. exhibet, vnde verisimile mihi videtur, idem opus ab eo typis euulgatum fuisse. Desunt custodes, signaturae, & paginarum numeri. Initiales litterae maiores & figurae sex ligno incisae occurrunt.

Praesentem editionem cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. Aug.* p. 67. & cl. PANZER in *Annal. Litterat. Teuton.* p. 141 recensent, atque Augustanis editionibus, quin typographum determinent adnumerant.

Haec historia, cuius autographon manu exaratum in nostra extat Bibliotheca, vti huius initio legimus, ex chronico augustano, forsan ab illo, quod *Sigismundus* MEISTERLIN conscripsit, excerpta est. Quis vero illam excerpserit, inuenire haud potuimus.

III. Beichtbuechlein, Anno 1483. in 4.

Hoc opusculum 28 foliis contentum, eodem typo, quo *Antonius* SORG Augustae imprimere solebat, excusum est; ex quo, illud ex eiusdem officina in lucem prodiisse, colligere erit. Caret custodibus, signaturis & paginarum numeris. Litterae initiales sunt ligno incisae.

In auersa folii primi pagina figura ligno incisa Sacerdotem confessionem excipientem, & poenitentem exhibens, adspicitur. Folii secundi initio sequentia leguntur : *Hye vahet an gar ein nüczliches beychtbüchlein darinn de schlecht lay gar wol vnderweißt wirt. Am ersten von reüe der beicht wie die sein sol. vnd auch was die beicht. buß vnd das genugthun sei umb die sünde.* In fine legitur : *Diß Büchlein ist vollendet worden nach Cristi geburt. M. CCCC. LXXXIII. iar.*

Huius editionis nec cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. August.* nec cl. PANZER in *Annal. Litterat. Teuton.* mentionem fecere ; vnde eiusdem raritas elucescit.

IV. Aeneae Syluii Epistolae, Louanii per Ioan. de Westphalia. anno 1483. in fol.

Epistolae istae 38 plagularum fasciculis litteris a - y & aa - qq signatis, quorum omnes quaterni sunt, continentur. Charactercs romani ac perelegantes, chartae praestantia, ac marginum amplitudo haud parum praesentem extollunt editionem. Initiales litteras partim omisit typographus, partim paruas adiecit. Custodes nulli adparent, nullique paginarum numeri. Praeter punctum obseruantur etiam duo puncta.

In fronte operis legitur capitalibus impressum litteris : ENEE SILVII SENENSIS POETE LAVREATI IMPERIALISQVE SECRETARII — sic — VIRI OMNIVM FACILE PRESTANTISSIMI. RERVM FAMILIARIVM INCIPIVNT EPISTOLE PERAMENE. Numerantur earum 332. In auersa folii 215 pagina a linea tertia incipiendo legitur : *Pii secundi pontificis maximi* :

ximi : cui ante summum episcopatum primum quidem imperiali secretario : mox episcopo : deinde etiam Cardinali senensi Enee siluio nomen erat familiares epistole : date ad amicos in quatruplici vite eius statu : Feliciter finiunt Anno salutis. MCCCC. LXXXIII. Spatio paruo interiecto, haec habentur : *Pius papa secundus eloquentissimus : qui obiit Anno. M. CCCC. LXIIII in Anchona dum proficisci proposuerat contra tur hos. composuit & cetera.* In auersa folii 248 pagina incipit *Oratio Pii pape secundi habita in conuentu Mantuano. VI. Kal. octobris Anno domini. M. CCCC. LIX.*, quam auersa pagina folii 258. *Copia bulle in. Turchos. Et de prerogatiuis eorundem* excipit. Vndepenultima Epistola est POGGII *de Schola Epicureae factionis, & Teutonum simplicitate.* Ad calcem operis legitur : *Pii Secundi pontificis maximi cui ante summum episcopatum primum quidem imperiali secretario Mox episcopo. Deinde etiam Cardinali senensi. Enee siluio nomen erat. Familiares epistole date ad amicos in quadruplici uite eius statu finiunt per me Ioannem de uuestfalia In alma uniuersitate louaniensi commorantem. Anno incarnationis dominice M. CCCC. LXXXIII.*

Hac de editione plures agunt bibliographi, omnesque nota insignis raritatis honorant. Cl. ZAPFIVS, qui vndecim diuersas SILVI editiones possidet, eidem quoad Typi ac chartae praestantiam principem denotat locum. Vide P. I. *Memorab. Bibl. Zapfianae. p. 64.*

V. S. Antonini Archiep. Florent. opus de Eruditione Confessorum. II. S. Ioan. Chrysostomi sermo de poenitentia. III. Henrici de Hassia Regulae ad cognoscendam differentiam inter peccatum mortale & veniale. Memmingae per Albertum Kunne de Duderstat anno 1483. in 4.

Opusculum istud foliis 95 contentum, in duabus columnis, papyro firmae, charactere gothico minusculo impressum est. Caret custodibus, & paginarum numeris. Paginas litteris signauit typographus, litterasque initiales paruas hinc inde adposuit, potissimum vero eas omisit.

In fronte operis legitur maiusculis litteris impressum : *Opus Anthonini archiepiscopi Florentini in theologia illuminatissimi. Inque vtroque iure expertissimi De eruditione Confessorum feliciter incipit.* Prima folii 88 columna *Explicit Summa confessionum seu Interrogatorium pro simplicibus Confessoribus editum ab Archiepiscopo Florentino. videlicet fratre Anthonio ordinis praedicatorum.* Mox dein *Incipit Sermo beati Iohannis Chrisostomi de penitencia*, ad cuius finem quarta columna folii nonagesimi legitur : *Explicit Sermo beati Iohannis Crisostomi de penitencia. Impressus Memmingen Per Albertum Kunne de duderstat Magunt. dioces. Anno domini M. CCCC. LXXXIII.* Sequuntur dein *Regule ad cognoscendum differentiam inter peccatum mortale & veniale Henrici de Hassia doctoris famosissimi*, quae tertia folii 93 columna finiuntur. His subiectae leguntur Rubricae super tractatum S. ANTONINI, ad quarum finem haec habentur : *Expliciunt Rubrice super tractatum de instructione seu directione animarum regentium.*

Duas alias huius operis editiones possidemus, prima Eslingae ex *Conradi* FINER officina sine anni nota in lucem prodiit, cuius P. I. p. 75. meminimus : secunda quam p. 153 recensuimus, Cremonae anno 1473 typis euulgata est.

VI. *Tractatus sollennis de arte & vero modo predicandi ex diuersis sanctorum doctorum scripturis & principaliter sacratissimi Christiane ecclesie doctoris Thome de Aquino ex paruo suo quodam tractatulo recollectus vbi secundum mo-*



dum & formam materie presentis procedit. Memmingae per Albertum de Kunne anno 1483.

Verba superius relata tituli loco in fronte opusculi leguntur. Constat illud duobus plagularum fasciculis, qui Litteris A & B signati & terni sunt. Reliqua forma externa in omnibus immediate praecedenti consonat. Terminatur quarta columna folii vndecimi linea 23, cui subiectum legitur: *Explicit feliciter modus predicandi multum notabilis per distinctos passus & formam arboris compilatus Impressus Memingen. per Albertum Kunne de duderstat Magunt. dyocesi. Anno dommini. M. CCCC. LXXXIII.*

VII. Biblia Germanica. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1483. c. figg. in fol. mai.

Hoc Bibliorum opus 433 folia complectitur. Typi, quibus impressum, sunt gothico-germanici, & maiusculi. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas, quarum quaelibet 50 aut 51 lineas exhibet. Litteras initiales a typographo omissas adpinxit miniator tum rubro, tum coeruleo colore. Custodes nulli adparent, nullique signaturae. Folia, capita, & Psalmi numeris romani sunt indicata; cuilibet quoque capiti breuia sunt praefixa argumenta. Tituli librorum in superiori margine impressi habentur. Praeter punctum nullum aliud occurrit distinctionis signum. Comparent per integrum opus multae figurae ligno incisae, rudes, & plerumque admodum ineptae. Charta est firma quidem, sed minus polita.

In fronte operis legitur: *Hie hebet an die Epistel des heyligen priesters sant Ihieronimi zu Paulinum von allen götlichen büchern der hystori.* Folio quinto incipit Genesis. Folii 295 quarta columna Psalmi, quibus praefixa sunt argumenta, terminantur: Ad finem libri 2di *Machabaeorum* secunda folii 269 columna legitur: *Ein ende hat das ander buch der streyter das man nennet zu latein Machabeorum. Vnnd ist das letzst buch des alten testaments. zu lob vnd ere dem almechtigen got, dem eynigen im wesen, dem tryfelltigen in der person. Amen.* Tertia columna eiusdem incipit prologus in MATTHAEVM. Ad calcem operis sequentia habentur: *Diß durchleuchtigist werck der ganzen heyligen geschrifft. genant dy bibel für all ander vorgedrücket teutsch biblen. lauderer. clarer, vnd warer nach rechter gemeyner teutsch. mit hohem vnd grossem vleyß. gegen dem lateynischen text gerechtuertigt. vnderschidlich punctirt, mit vberschrifften bey dem meysten teyl der capitel vnd psalm. iren inhalt vnd vrsach. anzeygende. Vnd mit schönen figuren dy hystorien bedeutende. hat hie ein ende. Gedruckt durch Anthonium Koburger in der löblichen keyserlichen reychstatt Nirenberg. Nach der geburt cristi des gesetzs der genaden. vierzehen hundert vnd in dem drey vnd achtzigsten iar, am montag nach Inuocauit. Vm welich volbringung. sey lob. glori. vnd ere der hohen heyligen drynaltigkeit. vnd eynigen wesen. dem vater vnd dem sun vnnd dem heyligen geyst. der da lebt vnnd regiret gott ewiglich amen.*

Haec editio libros non solum canonicos, sed apocryphos quoque continet, nimirum: tertium ESDRAE, orationem MANASSES, orationem SALOMONIS, & epistolam S. PAVLI ad *Laodicenses.* Qui de eadem scire desiderat, conferri potest cl. PANZER *historia Norimbergensium editionum Bibliorum* p. 65. & eiusdem *Annales Litterat. Teuton.* p. 133.

VIII. Vitae Patrum. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1483. in fol.

Prae-

Praemittitur operi index alphabeticus sex foliis contentus. Folio septimo impresso *Incipit prologus sancti Hieronimi . Cardinalis . presbyteri : in libros Vitas patrum sanctorum Egiptiorum . etiam eorum qui in Scithia Thebaida . atque Mesopotamia morati sunt : non solum quos oculis vidit . maximeque labore conspexit : verum etiam quam plura a fide dignis relata conscripsit notabili diligentia. Denique aliorum etiam autenticorum libellos . fideliter e greco in latinum transtulit : & ab aliis translata pro sui perfectione huic operi inseruit.* Tertia columna folii 83 secunda pars , *adhortationes Patrum* complectens , incipit , quam folii 135 quarta columna pars tertia excipit. Prima columna folii 143 pars quarta initium sumit. Ad calcem operis legitur : *Anno Christi natiuitatis . Millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio . Nonas vero Aprilis . ob beatorum patrum profectum vitam heremiticam degentium . gesta quorum (haud immerito) memoriter sunt commendanda. Opus (Vitaspatrum appellatum) insigne a quam plurimis excerptum codicibus . per sacrarum scripturarum viros admodum peritissimos : ornatum. In oppido Nurnbergn. per Anthonium Koburger oppidi prefati incolam quam compte impressum. Finit feliciter.*

Opus hoc foliis 156 — indicis foliis non adnumeratis — constat. Typus, quo impressum , est gothicus minusculus. Caret signaturis , custodibus & litteris initialibus. Paginae operis numeris sunt notatae.

Aliam huius operis editionem ab *Antonio* KOBVRGER typis anno 1478 euulgatam P. I. p. 194 recensuimus.

IX. *Officii misse tocius canonisque expositio.* Reutlingae per Ioannem Otmar an. n 1483. in fol.

Verba superius relata in prima folii primi pagina eodem typo , quo integrum opus ; videlicet gothico minusculo impressa leguntur. Plagularum fasciculus littera a signatus, qui operis indicem forsan complectitur , in praesenti exemplari deest. In fronte secundi legitur : *Officii misse sacrique canonis expositio & signorum que inibi quotidie fiunt mistice representationis declaratio , cum periculorum contingere potentium obuiatione in alma vniuersitate lipczensi edita Incipit feliciter.* Haec verba sequitur auctoris Anonymi prologus , ex quo discimus , illum fuisse Academiae Lipsiensis membrum. Hunc EYSENGREIN *Catal. Test. Verit. Brunonem* de WALDERSHAVSEN adpellat. Ad finem legitur : *Elaborata est hec vtilissima sacre misse expositio. Impressum magistri ihoannis Otmar in Rutlingen . die Egidii Anno domini, M. CCCC. LXXXIII.* Paginae litteris sunt signatae. Initiales litteras partim omisit typographus , partim paruas adpressit. Desunt custodes & paginarum numeri. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas.

Hac de editione neque apud MAITTAIRE , neque apud BAVR aut apud alium Bibliographorum notitiam inuenire potui.

X. Theophrasti de plantarum historia libri X. & de causis plantarum Libri VI. a Theodoro Gaza latine redditi. Taruisii per Bartholomaeum Confalonerium de Salodio anno 1483. fol.

In fronte primae paginae capitalibus litteris expressum legitur : THEODORI GRAECI THESALONICENSIS AD NICOLAVM QVINTVM PONT. MAX. Dein incipit epistola dedicatoria , in qua Papae gratulatur , quod , pace ab ipso fundata, *vrbes Italiae nunc litterarum ornamentis exhilarentur , quibus prius orbatae , deformes , & veluti lugubri quadam veste indutae ,*



modo viduarum degerent, *conſiſtant*; *nunc augeantur maiorem in modum coetus Philoſophorum*, *oratorum*, *poëtarum d. nique profeſſorum omnium liberalium artium*, *ipſoque auctore mirum in modum ingenia hominum excitentur.* Ipſum deln magnopere laudat, quod tot pecunias tum ad viros litteratos ſuſtentandos, tum ad libros latinos comparandos, ac graeci idiomatis in latinum transferendos impendat. Dedicatio auerſa folii primi pagina, linea vndetriceſima finitur, quam mox THEODORI praefatio excipit. Qua folii tertii auerſa pagina finita, initium ſumit THEOPHRASTI DE HISTORIA PLANTARVM LIBER PRIMVS PER THEODORVM GAZAM IN LATINVM EX GRECO SERMONE VERSVS. Ad finem libri decimi, qui duodecim ſolum lineis conſtat, legitur: *Theophraſti Liber decimus cuius paucula quædam habentur* : & *quod apud græcos habetur* : *id Theodorus traduxit.* Librum iſtum in auerſa folii 77 pagina ſequitur *Georgii* MERVLAE Alexandrini epiſtola ad *Dominicum* SANVTVM Patricium. Sequentia ſex folia index, ſeu argumenta librorum occupant. Folio 84 incipit THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTARVM LIBER I. Prima folii 156 pagina opus terminatur, cui ſequentia ſubiecta habentur: THEOPHRASTI DE CAVSIS PLANTARVM LIBER SEXTVS ET VLTIMVS EXPLICIT. IMPRESSVM TARVISII PER BARTHOLOMAEVM CONFALONERIVM DE SALODIO. ANNO DOMINI. M. CCCC. LXXXIII. DIE XX. FEBRVARII.

Editio haec quoad externam formam praeſtantiſſima eſt. Typus enim romanus, ac perelegans: charta alba admodum, ac leuigata eſt. Paginas typographus ſignauit litteris, non vero numeris, nec cuſtodes adpreſſit. Initiales litterae paruae adparent. Tituli librorum capitalibus litteris ſunt expreſſi. Praeter punctum obſeruatur & colon. In primo libro de *Plantarum cauſis* per primum plagularum faſciculum ſolummodo notae marginales exhibentur.

XI. Biblia latina. Venetiis per Ioan. Herbort de Seligenſtat anno 1483. in fol.

Biblia iſta 49 conſtant plagularum faſciculis, litteris a — y, A — z & numeris 1 — 4 ſignatis. Typus, quo impreſſa, eſt gothicus minuſculus, ac elegans. Charta nitida eſt, nec minus alba. Pagina quaeuis in duas eſt diſtincta columnas. Cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur. Initiales litteras paruas adpreſſit typographus. In margine ſuperiori quiuis liber maiuſculis litteris eſt adnotatus. Diſtinctionis ſigna occurrunt punctum, & colon.

Auerſam folii primi paginam occupat *Franciſci* MONELIENSIS *a genua in ſacroſanctam ac ſacratiſſimam bibliam epiſtola*, in qua ſtudium S. Scripturae maxime commendat, ac haud parum laudis in Typographum, praeſentemque editionem profert. Folio ſecundo *Incipit epiſtola beati Hieronymi ad Paulinum presbyterum de omnibus diuine hyſtorie libris.* Secunda columna folii quarti *Incipit Liber Geneſis : qui dicitur hebrayce Breſik.* Folio ſexto faſciculi 36, columna prima, linea 19 *Explicit ſecundus liber Machabeorum.* Euangeliis praefixum habetur regiſtrum, atque integrum nouum Teſtamentum locis paralellis eſt illuſtratum. In fine Apocalypſeos ſequentes verſus memoriales leguntur:

Biblia quem retinent ſequitur nunc medricus ordo.
Generat, exodus. leui. numen quoque deutro.
Ioſue. iudicum. ruth. reges & paralipon.
Eſdre, neemias. esdras. tobiaque iudith.
Heſter. iob. pſallit. prouerbia. eccleſiaſtes.
Cantica ſub ſapientis. eccleſiaſticus & eſaias.

Hieremia



Hieremia . threna . baruch . ezech . danielis.
Oseeque . iohel . amos . abdiaque . ionas.
Micheas . naum . abachuc . sophoni . aggeus .
Zacharia . malachi . machabeor . quoque duo.
math. mar. lucque . iohan . roman. corin. galath ephes.
Phil. colo. thessal. timo. titusque deinde philemon.
Hebreos . actus . iacobus. petrus & iohes.
Inde canonica . finem tenet apocalypsis.

His sequens habetur subiecta subscriptio : *Exactum est in urbe venetiarum sacrosanctum biblie volumen integerrimis expolitusque litterarum characteribus. magistri Iohannis dicti magni. Herbort de siligenstat alemani . qui salua omnium pace ausum illud affirmare , ceteros facile omnes hoc tempestate supereminet . Olympiadibus dominicis . Anno vero.* 1483. *pridie Kalendas Nouembris.* Sequuntur deinde interpretationes hebraicorum nominum foliis 31 contentae, in quarum fine legitur :

Quintus Emilianus
Cympriacus Poeta lau.
Qui primus latias effinxit in aere lituras:
Et docuit sacros aere notare libros:
Non ne putas dicti caelum superasse mironis?
Phidiacas veneres? parrhasiosue ioues.
Hunc ego daedaleos etiam vicisse labores.
Hunc ego palladias credo habuisse manus.
Finis.

In prima pagina folii vltimi legitur *Registrum Chartarum.*

XII. Horatii Flacci opera cum Landini Florentini commentariis. Venetiis per Raynaldum de Nouimagio anno 1483. in fol.

Primum folium vitam HORATII per *Christophorum* LANDINVM descriptam continet. Folio secundo primus odarum liber cum sua interpretatione incipit ; quartus earum folii 86 prima pagina terminatur. Tum immediate *Qu. Horatii Flacci libri epodos incipit.* Ad finem secundi libri epistolarum legitur : *Christophori Landini florentini in Q. Oratii flacci carmina interpretationes Expliciunt foeliciter. Impressum Venetiis. Per Magistrum Reynaldum de Nouimagio almanum. Anno salutis. M. CCCC. LXXXIII. Die VI. septembris*

DEO GRATIAS AMEN.

FINIS.

Dein in auersa folii 159 pagina CHRISTOPHORI LANDINI FLORENTINI IN Q. HORATII FLACCI LIBROS OMNES AD ILLVSTRISSIMVM GVIDONEM FELTRIVM MAGNI FEDERICI DVCIS FILIVM INTERPRETATIONES INCIPIVNT FOELICTER. Haec sequitur *tabula vocabulorum ; quae in commentariis suo ordine interpretata inueniuntur,* tabulam AD HORATIVM FLACCVM ODE DICOLOS TETRASTROPHOS ANGELI POLITIANI. In prima pagina vltimi folii inuenitur REGISTRVM HVIVS HOPERIS.

Hoc opus 257 constat plagularum fasciculis litteris a — n & A — P signatis. Typus, quo impressum, est romanus, & quidem duplex, maiusculus, quo HORATII carmina, & minusculus, quo commentarius excusus est. Caret litteris initialibus, custodibus, & paginarum numeris. Distinctionis signa occurrunt punctum, colon, & interrogationis signum.

Q. HORA-



Q. HORATIVS *Flaccus* Venusii Apuliae natus anno V. C. 689 ante Ch. N. 65. iudice QVINTILIANO *Lyricorum fere solus legi dignus.* Floruit tempore *Octauiani* AVGVSTI. Scripsit *Odarum Libr. IV. Epodon L. I. Sermonum LL. II. Epistol. Libr. II. de arte Poetica Lib. I. Carmen seculare.*

XIII. S. Isidori Archiepiscopi Hispalensis Libri XX. Etymologiarum, & Libri III. de summo bono, Venetiis per Petrum Loslein de Langencen. anno 1483. in fol.

In auersa folii primi pagina incipit *Registrum in libros etymologiarum sancti Isidori hispalensis episcopi*, quod prima columna folii quarti terminatur. Folio sequenti *Incipit epistola Isidori iunioris hispalensis episcopi ad Braulionem Cesaraugustanum episcopum.* Libri Etymologiarum 101. foliis, cifris arabicis notatis, constant, ad quorum finem quarta columna legitur.: *Finit liber etymologiarum Isidori hispalensis episcopi.* In auersa folii sequentis pagina inchoant *Rubrice libri primi de summo bono*, quae columna secunda folii secundi finiuntur. Reliquum folii vacuum est. Tum *In Christi nomine incipit liber primus sancti Isidori hispalensis episcopi de summo bono.* Hi libri 28 foliis, iterum cifris arabicis indicatis, continentur. Secunda columna folii 28 *Finit liber tertius & vltimus de summo bono sancti Isidori Hispalensis epi : Impressus Venetiis per Petrum loslein de Langencen. M. CCCC. LXXXIII.*

Litteras initiales paruas adposuit typographus; paginas litteris quoque signauit: custodes vero nullas adiecit. Typus quo impressum hoc opus, est gothicus minusculus. Quaelibet pagina in duas est distincta columnas. Charta firma quidem est, sed minus polita.

Alteram librorum Etymologiarum editionem possidemus, cuius P. I. p. 17. mentionem fecimus. Libros de *summo bono* ex libris moralium S. GREGORII excerptos ISIDORVS decorauit.

XIV. Ioannis Anglici Ord. Min. commentum in Ioan. Duns Scoti Quaestiones de vniuersabilibus. Venetiis per Ioan. Persan. Dauuome anno 1483. in fol.

Opus istud nouem comprehenditur plagularum fasciculis litteris A — I. signatis, quorum priores octo terni, & vltimus quaternus est. Impressum est in duabus columnis, papyro praestanti, charactere gothico minusculo. Caret initialibus litteris, custodibus, ac paginarum numeris.

Incipit illud absque titulo, aut inscriptione a breui prologo commentatoris, ex quo, eum, dum iunior esset, diffusum admodum opus in SCOTI logicam scripsisse discimus. Prologum, qui viginti solummodo lineis constat, immediate absque titulo ipsum opus sequitur. Secunda columna folii 56 *Explicit commentum magistri. Ioannis anglici ordinis minorum super questionibus de vniuersitatibus doctoris subtilis. videlicet Ioannis scoti. Impressum venetiis per Ioannem persan Dauuome anno domini. M. CCCC. LXXXIII.* Subnexum est registrum chartarum.

Hac de editione, vti & de typographo MAITTAIRE nullam habuit notitiam; ex quo eiusdem raritas elucescit.



XV. Porphirii liber praedicabilium, & Aristotelis diuersa opuscula cum commentariis Auerrois. Venetiis per Bartholomaeum Alexandrinum, & Andream de Asula anno 1483. in fol.

In fronte operis, quod septemdecim plagularum fasciculis litteris signatis constat, legitur: *Liber predicabilium porphirii*, quem folio quinto commentarius Auerrois excipit. Folio nono *Incipit liber predicamentorum Aristotelis*, quem iterum commentarius sequitur. Idem & in aliis obseruatur; semper enim primum Textus praecedit, & commentarius illum subsequitur. Ad calcem operis legitur: *Explicit registrum chartarum voluminis quod continet librum quinque predicabilium porphi. cum commento Auer. Idem predicamenta Aristo. cum eiusdem commento Item li. duos perihermenias cum eiusdem commento. Item duos priorum & duos posteriorum cum eiusdem commento: Insuper octo topicorum & duos elenchoruni sine eiusdem commento: peroptime castigatos per eximium virum dominum Nicoletum artium liberalium ac medicine professorem in almo gymnasio patauino pro nunc legentem: Venetiis impendio industriaue Andree de asula Bartholomeique alexandrini sociorum impressos: regnante illustrissimo Ioanne mocenigo Venetorum duce. Anno salutis dominice. MCCCCLXXXIII. quinto nonas februarias. Laus deo.*

Character huius operis gothicus est, & quidem duplex: maiusculus, qui perelegans, quo textus, & minusculus, quo commentarii impressi habentur. Initiales litterae nullae adparent, nulli custodes, aut paginarum numeri. Charta alba, ac nitida est. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas.

XVI. Ioannis Capreoli Ord. Praedic. Commentarii in I. II. & III. librum sententiarum, seu defensio Scriptorum S. Thomae Aquinatis in libros eosdem. Voll. III. Venetiis per Octauianum Scotum Modoetiensem anno 1483. in fol.

Volumini primo praemissus est index singularum ordine quaestionum, & conclusionum quinque foliis contentus. In fronte folii sexti legitur: *Ad Reuerendissimum in Christo patrem & dominum D. Ol. episcopum Alban. sacrosancte R. ec. Cardi. Neapolit. sacri ordinis predicatorum dignissimum protectorem: Fratris Thome de S. Ger. Brixiani eiusdem ordinis prouincie Lombardie. pro Iohannis Capreoli voluminum editione atque impressione epistola*, quae, vt in fine eiusdem legitur, *Venetiis Kal. Augusti 1483.* scripta fuit. Folio Octauo *Eximii veritatis schole professoris fratris Iohannis Capreoli tholosani ordinis predicatorum Liber primus defensionum theologie diui doctoris Thome de aquino in primo sententiarum feliciter incipit.* Constat liber primus vnacum indice, & epistola praefixa 45 plagularum fasciculis, litteris & numeris signatis. Ad calcem sequentia habentur: *Liber primus defensionum theologie diui doctoris Thome de aquino in primo sententiarum editus per eximium veritatis schole professorem fratrem Iohannem Capreoli tholosanum ordinis predicatorum anno domini millesimo quadringentesimo nono quo legit sententias Parisius feliciter explicit. Impressus Venetiis per Octauianum Scotum Modoetiensem anno salutifere incarnationis M. CCCC. LXXXIII.* His subiecta sunt typographi insignia rubro colore expressa. Vltimi folii primam paginam occupat *Registrum* chartarum.

Volumini secundo iterum praemissus est index quaestionum tribus solummodo foliis contentus. Isto non adnumerato, secundus liber 45 plagularum fasciculis comprehenditur.



In fine mutatis mutandis, eadem finalis subscriptio, quae in primo, vnacum insignibus typographi habetur. In vltima pagina *Registrum* adspicitur.

Liber tertius vndeuigenti plagularum fasciculis, praeter duo folia, quae index occupat, constat. In fine subscriptio supra relata legitur, cui subiectum habetur registrum, & typographi insignia.

Hi libri in duabus columnis chartae admodum nitidae, charactere gothico minuto, ac pereleganti impressi sunt. Initiales litterae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri. In superiori margine quaestiones, & distinctiones indicantur.

Editio haec est omnium prima, vti ex epistola *Thomae* BRIXIANI anno 1483 ad Episcopum Albanensem scripta adparet.

Ioannes CAPREOLVS Gallus Occitanus, Ordinis Praedicatum Alumnus, in domo Ruthenensi praesens opus scripsit, ac anno 1432 ad finem perduxit. Opus illud non satis laudandum; in eo enim S. Thomae sensa adeo attigit, & doctrinam eius sic illustrauit, vt merito deinceps audierit Thomistarum princeps, & scholae eorum assertor, & vindex. QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 795.

XVII. Iustiniani Imperatoris Institutiones cum Commentariis. Venetiis per Octauianum Scotum Modoetiensem anno 1483. in fol.

Opus praesens quindecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt insigniti, contentum, in duabus columnis gothico est impressum charactere. Initiales litteras, & rubricas rubro colore expressit typographus. Desunt custodes, & paginarum numeri. In fronte operis legitur: *In nomine domini nostri Iesu christi. imperator cesar: flauius: iustinianus: alemanicus* &c. *cupide legum iuuentuti incipit liber primus domini iustiniani imperatoris institutionum seu elementorum prohemium.* Auersa folii 117 pagina *Institutionum opus magna cura ac diligentia emendatum: ac caractere iucundissimo impressum Venetiis opera ac impensa Octauiani Scoti Modoetiensis finit feliciter. anno incarnationis salutifere. M. CCCC LXXXIII. XV. Kal. Februarii.* Primam paginam vltimi folii rubricae; auersam chartarum registrum, & typographi symbolum occupant.

XVIII. Das Buch der Weisheit c. figg. Vlmae per Leonardum Holl anno 1483. in fol.

Opus istud charactere teutonico maiusculo impressum, 24 plagularum fasciculis, litteris a — z & A signatis, constat. Primus & vltimus eorum sunt quinterni, reliqui vero quaterni. Desunt custodes, & paginarum numeri. Litteras initiales tum ipse typographus adiecit, tum miniator rubro adpinxit. Figurae ligno incisae CXXVI. ipsi materiae adcommodatae adparent.

Auersam folii primi paginam figura Edomorum Regem ANASTREM *Tasri*, & medicum BEROSIAM repraesentans occupant. Folio secundo incipit prologus, cuius initium sequentis est tenoris: *Es ist von den alten weisen der geschlecht der welt diß buch der ersten in indischer sprach gedicht vnd darnach in die buchstaben der persen verwandelt, dauon hond es die arabischen in yre sprach bracht, furter ist es zu hebraischen zungen bracht, vnd zu letzst zu latein gesetzt vnd yetzt in teutsche zungen geschriben, vnd diß buch ist lieblicher wort vnd kostlicher reden dardurch die alten hond wöllen ir waißhait außgiessen &c.* Sequuntur cum fructu opus legendi regulae, tribus fabulis illustratae, tribusque figuris ornatae. Prologus auersa

sa folii sexti pagina terminatur, ad cuius finem legitur: *Hye endet sich dye vorred, und vahet an der anfang des buchs vnd ist genant das buch der beyspil der alten weisen von anbegynne der welt. von geschlecht zu geschlecht.* Folio septimo ipsum opus hac inscriptione incipit: *Der anfang des buchs.* His subiecta est praefatio quaedam, in qua operis huius inuentio enarratur, istam excipit index, seu capitulorum argumenta. Folio octauo inchoat primum capitulum. Ad calcem operis prima folii vltimi pagina legitur: *Hie endet sich das buch der weisshait, der alten weisen von anbeginne der welt von geschlecht zu geschlecht. Gettruckt vnd vollendet durch lienhart hollen zu vlm, nach cristi geburt m. cccc. lxxxiii. iar auff den XXVIII. tag des mayens.* In auersa pagina conspicitur figura, quae ad vltimam pertinet fabulam.

Hac de editione cl. KAESTNER *P. I. Miscell.* p. 219. cl. PANZER in *Annal. Litterat. Teuton.* p. 143. FREYTAG, qui eam sine dubio primam esse ac EBERHARDO Duce Wittenbergensi adhuc viuo typis euulgatam, credit, Adpar. III. p. 117. mentionem faciunt. De auctore, & historia huius operis iam supra N. XCV notitiam reddidimus; hic tantum de illo, qui illud in Teutonicam linguam transtulit, nobis agendum est. Illum fuisse EBERHARDVM I. Wittenbergensem Ducem, multi dicunt; alii vero potius eius iussu ab anonymo quodam fuisse germanice redditum, credunt.

XIX. Rechnungsbuechlein. Anno 1483. 12 oblong.

Cum duo prima capitula in praesenti exemplari desiderantur, foliorum numerum designare haud possum. A tertio capitulo, quod de subtractione agit, vsque ad finem 71 numerantur folia. Desiderantur paginarum numeri, custodes, & signaturae. Initiales litteras rubro colore adpressit typographus. Rubricae in margine superiore rubro etiam colore expressae habentur. Typus, quo impressum est hoc opusculum, gothico-teutonicus est, numeri vero omnes arabici sunt. Charta est firma admodum, ac praestans. In fine rubro colore impressum legitur: *In zale Christi. 1483. Kl. 17. des Meyen Rechnung in mancherley weys in Babenberg durch henrich petzensteiner begriffen: vollendet.* Bambergae itaque, quo iam 1482 *Henricus* BETZENSTEINER cum *Ioanne* SENSENSCHMID *Breuiarium Frisingense*, cuius cl. SEEMILLER Fasc. II. p. 112. meminit, in lucem emisit, opusculum praesens typis euulgatum fuit. Cl. PANZER hanc editionem penitus ignorauit, ex quo insignis eiusdem raritas elucescit.

XX. Roberti Holkot Angli Ord. Praedic. commentarius in librum Sapientiae. Spirae per Petrum Drach anno 1483. in fol.

Praemittitur operi index alphabeticus, septemdecim foliis contentus. Folio 18 ipsum opus, quod 42 plagularum fasciculis litteris A — Z & a — t signatis constat, his verbis incipit: *Opus preclarissimum eximii domini magistri roberti holkot sacre theologie moralissimi atque doctissimi professoris ordinis fratrum predicatorum super sapientiam salomonis, quam philo disertissimus collegit. Continens postillam accurrate ac summa enucleatione elaboratam* &c. *Incipit feliciter.* Ad calcem operis sequentia habentur: *Opus preclarissimum eximii domini magistri roberti Holkot sacre theologie moralissimi atque doctissimi professoris ordinis fratrum predicatorum super sapientiam Salomonis Per me Petrum drach ciuem Spiren. impressum. Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo octogesimo tercio. quarta die Kalendas Marcii finit feliciter.* His typographi insignia nigro colore expressa subnexa sunt. Litterae initiales,

 custo-



des, & paginarum numeri desiderantur. Pagina quaevis in duas est distincta columnas. Impressum est opus charactere gothico, papyro admodum firmae.

Laudant praesentem editionem cl. SEEMILLER Fasc. II. p. 117. & cl. GEMEINER in *den Nachrichten* &c. p. 190, eamque, saltem nota anni instructam omnium primam esse volunt. Ast QVETIF recenset alteram iam anno 1481 sine loci, & typographi indicio typis euulgatam, quam Parisiis in Bibliothecis Sangenouefensi, & Clarissarum *Aue Maria* extare scribit.

Robertus HOLCOTH, Anglus Northamptoniae natus, ordinemque Fratrum Praedicatorum professus, quem vix non omnes viri eruditi virum in diuinis scripturis eruditissimum, secularium litterarum non ignarum, clarum eloquio, declamatorem quoque sermonum egregium depredicant. Opera eius tanta auiditate sunt vndique conquisita, vt eorum innumera sint in Bibliothecis exemplaria manu exarata inuenienda. Floruit seculo XIV. QVETIF. T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 629.

Anno M. CCCC. LXXXIV.

I. Decretorum codex cum adparatu Bartholomaei Brixiensis. Argentinae per Ioannem Grueninger anno 1484. in fol. magn.

Opus istud 44 plagularum fasciculis litteris A - K. signatis contentum, in duabus columnis, chartae admodum praestanti charactere gothico satis luculento impressum est. Caret litteris initialibus, custodibus, & paginarum numeris. Rubricae, & paginarum inscriptiones sunt rubro colore expressae.

In fronte operis sequentia rubro colore impressa leguntur. *Incipit concordia discordantium canonum ac primum de iure constitutionis nature & humane Rubrica.* Concordia ista primis decem fasciculis comprehenditur. Ad calcem operis legitur rubro colore impressum: *Diuinus iste ac insignis decretorum codex vnacum apparatu Bartholomei brixien. accuratissime Iohannis grüninger impensis Argentine feliciter est consummatus. Anno nostre salutis Milesimo quadringentesimo octogesimo quarto pridie nonas septembrias.*

II. Expositio Missae. Theodisce. Augustae anno 1484. in fol.

In auersa folii primi pagina adparet figura ligno incisa *Visitationem B. V.* MARIAE exhibens. In fronte folii secundi sequentia rubro colore impressa leguntur. *Sequitur expositio misse multum utilis pro regentibus curam animarum clericis simplicibus necnon & laicis qui se informare possunt ex eadem salutifera expositione, vt patet in processu.* Idem in vulgari lingua repetitur: *Hienach volget gar ein löbliche heylsame außlegung der heyligen messe &c.* quod etiam rubro colore impressum habetur. In auersa folii 66 pagina canonem figura ligno incisa IESVM crucifixum, & B. V. MARIAM, ac IOANNEM cruci adstantes repraesentans praefixa est. Prima folii 105 pagina sequens operis conclusio legitur: *Hye endet sich das löblich heylsam buch. das man nennet die außlegung des amtes der heyligen messe. darinn man findet gar wol erklärt was ein yegliches wort bedeüttet von Anfang der messe biß zu dem ende. Also das das latein vorsteet vnd das teutsch darauff gehet. nach allem fleysse erklärt vnd außgelegt. Darum das die andächtigen menschen dester mer in andacht entzündet werden bey der heyligen messe so sy die hören oder so sy das buch lesen seind. Got sey lob vnd ere gesagt Amen. Gedruckt zu Augspurg, Vnd vollendet an Freytag vor sant Luceyen tag Anno domini. M. CCCC. LXXXIIII*

Iare



Iare. Missa, quae hic exponitur, non ita se habet, vt nostris temporibus. E. G. In cantico *Gloria*, quod in Festis B. V. MARIAE cantabatur, legitur insertum: *Spiritus & alme orphanorum paraclyte Domine deus agnus dei filius patris Primogenitus Marie virginis marie. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Ad Marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Mariam sanctificans. Tu solus dominus. Mariam gubernans. Tu solus altissimus. Mariam coronans. Iesu christe &c.* Eadem verba in quodam Missali perquam venusto ad finem seculi XV. manu nitidissime exorato, ac figuris auro fulgentibus, diuersisque, ac pulcherrimis coloribus distinctis illustrato, & ab omnibus eruditis, qui illud inspexerunt, maxime celebrato, inueniuntur.

Typus, quo impressa est haec expositio, est gothico - germanicus, maximeque illi Baemleriano similis, quem tabula III. N. I. exhibet; ex quo, ex eiusdem officina eam in lucem prodiisse, coniicere licet. Litterae initiales conspiciuntur ligno incisae. Desunt custodes & signaturae & paginarum numeri. Praeter punctum nullum aliud obseruatur distinctionis signum.

Hanc editionem ante me recensuere Cl. ZAPIVS in *Annal. typogr. August.* p. 73. Cl. PANZER in *Annal. Litterat. Teut.* p. 144. & Cl. DENIS in *Bibl. Garell. Memorab.* p. 111. qui se auctorem frustra quaesiuisse, fatetur.

III. Formular Briefe zu schreiben. Augustae per Antonium Sorg anno 1484. in fol.

Quinque partibus constat hoc opus: prima, quam auctor Rethoricam nominat, modo dialogico epistolas scribere docet: secunda synonimas &c. complectitur: tertia ordinum tam ecclesiasticorum, quam laicorum titulos continet: quarta tam incipiendi quam concludendi formulas tradit: quinta denique integras litteras exhibet. Priora 23. folia numeris haud sunt indicata; folio dein 24 numeri foliorum a numero 1 inchoant, iique vsque ad finem progrediuntur. Desunt custodes, & signaturae. Characteres sunt plane iidem, quos tabula III. N. IV. exhibet Charta est firma quidem, sed minus alba, ac polita.

In auersa folii prima pagina legitur: *Hie hebt an der formulari darinn begriffen sind allerhand brief auch rethorick mit fragen und antwurt zugeben tyttel aller stünde. sendbrief. synonima vnd colores das alles zu dem brief machen dienen ist.* Haec excipit Registrum, quod auersa folii quinti pagina terminatur. Ad calcem operis legitur: *Hie endet sich der formulari darinn begriffen seind allerhand brief. Gedruckt vnd vollendet in der stat Augspurg von Anthonio sorg am dornstag nach sant Michels tag do man zalt nach der gepurt cristi. MCCCC vnd in dem LXXXIIII. Iare.*

Huius editionis meminit cl. PANZER in *Annal. Litterat. Teut.* p. 151, qui & tres antiquiores recenset. Auctor huius operis exploratus haud habetur.

IV. Iacobi de Voragine Sermones de Sanctis. Augustae per Hermannum Kestlin anno 1484. in fol.

Priora octo folia indicem alphabeticum continent. Dein opus ipsum, quod foliis 198 cifris signatis constat, his verbis incipit: *Sacri eloquii preconis perlepidi, doctoris eximii Iacobi de Voragine ordinis predicatorum opus sermonum de sanctis per Anni circulum feliciter incipit.* Impressum est in duabus columnis, chartae firmae, sed minus politae, charactere



gothico satis luculento, ac pereleganti. Litterae initiales, custodes, & signaturae desiderantur. Praeter punctum nullum aliud occurrit distinctionis signum. In fine operis legitur. *Colligit ingenio opus sermonum de sanctis ex alto clarissimus. frater Iacobus de Voragine ordinis predicatorum Sacre theologie professor eximius. multis ex Sacre theosis floribus & uti apis Sagacissima in alueolum succos congessit.* Quod *quidem infinita dei clementia per Hermannum Kestlin Augiste in vrbe regia arte impressoria effigiatum atque consummatum est feliciter anno Salutis. M. CCCC. LXXXIIII. X. die mensis Aprilis.* Editionem praesentem cl. ZAPFIUS in *Annal. Typogr. August.* p. 74. memorat; MAITTAIRE vero, & QUETIF eamdem penitus ignorarunt.

V. S. Antonini Archiep. Florent. Chronica. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1484. Voll. III. in fol. magn.

Opus istud in duabus columnis, chartae praestantissimae, charactere gothico minusculo, ac pereleganti impressum est. Caret signaturis, custodibus, ac litteris initialibus, quas miniator auro praestantes, ac diuersis coloribus distinctas adposuit. Paginarum inscriptiones, ac numeros adpressit typographus. Cuilibet Volumini titulorum summarium praemittitur, & ad finem index alphabeticus inuenitur.

In primo volumine summarium, decem foliis contentum, sequitur auctoris prooemium, cuius initium ita sonat: *Prima pars historialis fratris Antonini archiepiscopi Florentini ordinis predicatorum Incipit prohemium*, quod duobus foliis constat. Dein incipit historia, quae ab orbe condito vsque ad CONSTANTINUM M. se extendit. In fine legitur: *Prima pars - - - finit feliciter.*

Volumini secundo praemissum est summarium, & tabula capitulorum duodecim foliis constans: dein incipit secunda pars historiam a CONSTANTINO M. vsque ad FRIDERICUM II. continens. Ad eius finem legitur: *Finit feliciter secunda pars historialis domini Anthonini florentini.*

Initio summarii voluminis tertii legitur: *Tertium istud volumen partis hystorialis continet materiam de quibusdam doctoribus. & litteris eorum & sententiis notabilioribus. Exinde continuatur hystoria ab Innocentio tercio. qui fuit circa annum domini Millesimum ducentesimum septimum vsque ad presens.sc.annum Millesimum quadringentesimum quinquagesimum octauum. Demum de ordinibus mendicantium: & sanctis eorum ac gestis.* Ad finem habetur *Epigramma domini Antonini sepulture eius affixum.*

Hic est ille tuus pastor florentia: pro quo
Non cessas mesto spargere rore genas
Patribus haud priscis: pietate Antoninus
Impar: qui scripsit quidquid litera sacra docet:

Paruo spatio interiecto sequens legitur finalis subscriptio: *Perfectum atque finitum est opus excellentissimum trium partium historalium seu Cronice domini Antonini archiepiscopi florentini cum suis registris. In Nurmberga nominatissima ciuitate germanie. Anno incarnate deitatis. M. CCCCLXXXIIII. die vltima Iulii per Antonium Koburger ciuem Nurembergensem. Ad laudem summi opificis gloriosissimeque semper virginis Marie gerule hiesu christi. Deo gratias.*

De hoc opere MEUSELIUS in *Edit Bibl. histor. Struu.* Vol. I. P. I. p. 92 ita scribit: „ Summa historialis seu Cronica tribus partibus titulisque siue libris XXIV. constat, quibus „ res ab orbe terrarum condito vsque ad annum 1459 gestas exponit, fabulis quidem pluri-„ mis admixtis, in historiae tam sui temporis enarratione non inutilis. In historiae anti-„ quioris compilatione sequitur HELINANDUM, *Petrum* COMESTOREM, VINCENTIUM *Bellouacensem*

„ *censeri Petrum* COLVMNAM. „ Idem iudicium de iisdem tulit cl. DENIS *in Bibl. Garell. Memorab.* p. 109. sequentem addens rationem, quod ea aetate genuinos historiae fontes ex quirere, eosdem inspicere, ac inter se comparare, diplomaticisque deductionibus illustrare res penitus ignota esset.

Editiones huius operis plures seculo XV. in lucem prodiere : Prima iuxta MEVSELIVM Venetiis anno 1474 — 1479, de qua tamen nec Cl. DENIS, nec QVETIF notitiam habuere : secunda an. 1480 Venetiis : tertia iuxta MAITTAIRE 1481 ibidem : quarta Norimbergae 1484, quinta ibidem an. 1485. sexta Basileae, & Norimbergae an. 1494, octaua denique Argentinae an. 1496.

VI. Chyromantia naturalis. Paduae per Matthaeum Cerdonis de Windischgrez anno 1484. in 4.

Hoc opusculum, charactere gothico impressum, 26 foliis comprehenditur. Initiales litterae florentes aeri incisae adparent. Plagularum fasciculi in superiori margine numeris signati sunt. Custodes omnino desiderantur. Figuris chyromanticis illud exornatum conspicitur.

In fronte operis legitur : *Et diuina philosophorum academia : secundum nature vires ad extra chyromanticio : diligentissime collectum.* Ad finem vero sequentia habentur : *Ex diuina philosophorum academia collecta : chyromantica scientia naturalis ad Dei laudem finit. que impressa fuit Padue per magistrum Cerdonis vuindischgrecz. magistri radolt instrumentis,* 1484.

VII. S. Augustini Episcopi Sermones de clericorum vita, & moribus. Adcedit quaestio, an clericis liceat persecutionis tempore sibi commendatum populum derelinquere? Paduae per Matthaeum Cerdonis anno 1484. in 4.

Integrum hoc opusculum gothico charactere praestanti chartae impressum 36 foliis, quae arabicis litteris sunt insignita, comprehenditur. Initiales litterae ligno incisae conspiciuntur; nulli vero custodes, aut signaturae. Praemittitur operi ad SIXTVM IV. *Eusebii* CORRADI Mediolanensis Canonici Regularis epistola pro auferendo de ecclesia errore scribentium : S. AVGVSTINVM *fuisse Eremitam.* Folio tertio incipit S. Doctoris sermo primus. Secundum excipit folio 14 S. AVGVSTINI vita a POSSIDONIO conscripta, quae auersa folii 29 pagina terminatur. Sequitur deinde CORRADI adnotatio contra eos, qui S. Doctorem fuisse Eremitam volunt, ad SIXTVM IV, & ad Cardinales directa, in cuius fine legitur : *Finis adest trium Sermonum beati Augustini. de clericorum vita moribusque vnacum vita sancti Augustini, necnon cuiusdam epistole ipsius. An clericis liceat persecutionis tempore sibi commendatum populum derelinquere que omnia impressa fuere Padue per Magistrum Mattheum Cerdonis. Anno domini.* 1484. Adiecta est sequentia in festo S. AVGVSTINI dicenda.

VIII. Ioannis Capreoli Ord. Praedic. in librum Sententiarum Commentarii, seu defensionis S. Thomae Theologiae Volumen IV. Venetiis per Octauianum Scotum Modoetiensem anno 1484. in fol.

Tria priora volumina anno 1483 impressa iam supra numero XVI. descripsimus. Quoad formam externam in omnibus hoc volumen cum prioribus conuenit. Praemittitur tabu-

la



la tribus foliis contenta. Folio quarto *Eximii veritatis schole professoris fratris Iohannis Capreoli tholosani ordinis predicatorum liber quartus defensionum theologie diui doctoris Thome de aquino in quarto sententiarum feliciter incipit.* Constat 32 plagularum fasciculis litteris a - x & aa - ll. signatis. Ad calcem operis legitur: *Liber quartus defensionum theologie diui doctoris Thome de aquino in quarto sententiarum editus per eximium veritatis schole professorem fratrem Iohannem. Capreoli tholosanum ordinis predicatorum anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo feliciter explicit. Impressus Venetiis per Octauianum Scotum Modoetiensem anno salutifere incarnationis M. CCCC. LXXXIIII.* In prima folii vltimi pagina typographi insignia rubro colore expressa, & chartarum registrum habentur.

IX. Ioannis Tortellii Arretini Commentariorum Grammaticorum de Ortographia dictionum e graecis tractarum opus. Venetiis per Hermannum Lichtenstein Coloniensem anno 1484. in fol.

Opus istud 197 foliis contentum, chartae praestantissimae, charactere romano, ac nitido admodum impressum est. Paginas typographus signauit litteris. Initiales litteras ab illo omissas miniator rubro colore adpinxit. Desunt custodes, & paginarum numeri. Distinctionis signa occurrunt punctum & colon.

In fronte operis legitur capitalibus litteris expressum: IOHANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARVM PROEMIVM INCIPIT AD SANCTISSIMVM PATREM NICOLAVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM, quod auersa folii primi pagina linea tricesima terminatur. Tum IOANNIS TORTELLII ARRETINI COMMENTARIORVM GRAMMATICORVM DE ORTHOGRAPHIA DICTIONVM E GRAECIS TRACTARVM LIBER PRIMVS INCIPIT. In fine operis sequens habetur notitia: IOANNIS *Tortellii Arretini commentariorum grammaticorum de Orthographia dictionum e græcis tractarum opus per Hermanum Lichtenstein coloniensem: Venetiis pridie Idus Nouembres accurratissime impressum: Anno salutis. M. CCCC. LXXXIIII.* Sequitur dein *Hieronymi* BONONII epistola ad *Constantinum* ROBEGANVM Notarium Taruisinum, cui sequens eiusdem carmen in primi typographi, & huius operis commendationem adiectum est.

Tingere dispositis chartas quicunque metallis
Cœpit: & insignes edidit aere notas:
Mercurio genitore satus: genitrice Minerua
Præditus æterea semine mentis erat
Non illum Cereris: non illum cura Lyæi
Terrenæ tenuit non opis ullus amor.
Copia librorum cupidis modo rara latinis
Cum foret: auspiciis illius ampla uenit
Improbus innumeris librarius ante talentis
Quod dabat: exigua nunc stipe uendit opus
Historiæ venere Titi: se Plinius omni
Gymnasio iactant Tullius: atque Maro.
Nullum opus (o nostri fœlicem temporis artem)
Cellat in arcano bibliotheca situ.
Quem modo rex: quem vix princeps modo rarus habebat
Quisque sibi librum pauper habere potest
Redditus hac etiam nuper Tortellius arte
Plurimus: escribas: qua ratione docet.

Hunc

Hunc eme qui lingua cultus cupis esse latina
Hunc eme grammaticus qui cupis esse bonus
Quae geminanda notis fuerit tibi syllaba : simplex
Quaeue sit : exilis : densaue : doctus eris.
Postmodo qui fuerit grato si commodus usu :
Has memor assiduis plausibus ede preces.
Artifici semper fuerant pia numina sancto
Vtilis effluxit cuius ab arte liber.
L. V. F.

Prima huius operis editio, cuius FREYTAG in *Analect.* p. 36 meminit, Venetiis 1471 in lucem prodiit : secunda Taruisii anno 1477 : tertia Vicentiae anno 1480 : quarta tandem praesens laudatur.

Ioannes TORTELLIVS Aretinus Romanae Ecclesiae Subdiaconus EVGENIO IV. deinde NICOLAO V. a Cubiculis, Conciliis, & Bibliotheca fuit. Fuit ille LAVRENTII VALLAE amicissimus, Grammaticae, puriorisque latinitatis laudibus ita cumulatus, vt VALLA exactissimus & ipse Grammaticus, quasi summo iudice, & censore vsurus, libros suos Elegantiarum linguae latinae TORTELLIO inscriberet. *Vir ille non indoctus*, sunt clarissimi Viri verba, *pro viribus cum barbarie manus conseruit, remque literariam cum qua male agebatur promouere lexico ac aliis scriptionibus conatus est.* V. *Praefat. Edit. Londin. ad Robert. Steph. Thes. Ling. Lat.* p. 5.

X. Iustiniani Imperatoris institutiones cum commentariis. Venetiis per Baptistam de Tortis anno 1484. in fol. magn.

Opus istud, charactere gothico impressum, vndecim constat plagularum fasciculis litteris a - l signatis. Litterae initiales librorum desiderantur; reliquae vero, vti & rubricae, rubro colore sunt expressae. Desunt custodes, paginarum numeri, & inscriptiones. Charta est firma admodum, ac praestantissima.

In fronte operis rubro colore impressum legitur : *In nomine domini nostri Iesu Christi imperator cesar : flauius : iustinianus : alemanicus : goticus : francus germanicus : atticus : alanicus : uandalicus : africanus : pius : felix : inclytus ; uictor ac triumphator : semper augustus : cupide legum iuuentuti incipit proemium.* In prima folii vltimi pagina sequentia habentur : *Venetiis per Baptistam de Tortis. MCCCCLXXXIIII. die XXII. decembris.* Auersam eiusdem paginam *Rubricae*, *Registrum* chartarum, & typographi insignia rubro colore expressa occupant.

XI. Sextus Decretalium cum commentariis Ioan. Andreae. Praecedunt Ioan. Andreae arbores consanguinitatis, & Adfinitatis. Venetiis per Baptistam de Tortis anno 1484. in fol. magn.

Duo priora folia occupat Ioannis Andreae tractatus de arbore Consanguinitatis, & Adfinitatis. Folio tertio *Incipit sextus liber decretalium.* Haec verba rubro colore sunt impressa. Constat hoc opus septemdecim plagularum fasciculis litteris a - r signatis. Caret litteris initialibus, custodibus, paginarum numeris, & inscriptionibus. Rubricae sunt rubro colore impressae. Typus est plane idem, quo opus immediate praecedens exa[illegible] est. Charta est firma admodum, alba, ac laeuigata. In fine legitur : *Venetiis per Baptistam*



de Tortis sexta Nouembris M. CCCC. LXXXIIII. In vltimi folii prima pagina chartarum registrum, & typographi insignia conspiciuntur.

Liber sextus Decretalium auspiciis BONIFACII VIII. a tribus Ecclesiae Romanae Cardinalibus, *Guilielmo* de MANDAGOTO, *Berengario* FREDELLO, siue vt alii volunt *Stredelio*, & *Richardo* de SENIS compilatus est. FREYTAG *Adpar.* I. p. 433.

XII. Antonii Sirecti Ord. Min. formalitates moderniores de mente Ioannis Duns Scoti. Anno 1484. in 4.

In fronte operis rubro colore legitur impressum: *Formalitates moderniores de mente clarissimi doctoris subtilis scoti in florentissimo parisiensi gygnasio compilate per excellentem sacre Theologie professorem magistrum Antonium sirecti prouencie turonie ordinis minorum feliciter Incipiunt.* Folia in hoc opusculo numerantur viginti, litteris a. b. & c. signata. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. Charta est firma quidem, sed minus polita. Characteres sunt gothici, ac elegantes. Terminatur auersa folii 20 pagina, linea 33 his verbis: *Finis. M. CCCCLXXXIIII. die XVIII. Ian.* Hac de editione altum est apud Bibliographos silentium.

XIII. Iacobi de Theramo compendium, consolatio peccatorum, adpellatum. Anno 1484. in fol.

Opus istud foliis 92. contentum, in duabus columnis papyro firmae quidem, sed minus politae, charactere gothico impressum est. Paginas litteris signauit typographus, initialesque litteras paruas adiecit; custodes vero, & paginarum numeros nullos adposuit.

In fronte operis legitur: *Reuerendi patris domini Iacobi de Theramo Compendium perbreue Consolatio peccatorum nuncupatum. Et apud nonnullos Belial vocitatum ad papam Vrbanum sextum conscriptum. Incipit feliciter.* Secunda folii 92 pagina *Explicit liber belial nuncupatus alias peccatorum consolatio. Anno domini M CCCC LXXXIIII.*

Alteram huius operis editionem Augustae per *Iohannem* SCHVESSLER typis euulgatam P. I. p. 148 descripsimus. Vbi quoque plura de ipso Auctore, operisque constructione disseruimus.

Anno MCCCCLXXXV.

I. Hugonis de S. Victore libri II. de Sacramentis. Argentinae anno 1485. in fol.

Integrum hoc opus, quod in duabus columnis, chartae firmae quidem, sed minus politae, gothico charactere impressum est, foliis 157 constat. Litteras initiales paruas adiecit typographus, paginasque & quidem primi libri litteris a - k secundi A - N. signauit. Custodes, & paginarum numeri desiderantur.

Initio operis legitur: *Incipit liber Hugonis de sacramentis ad secundam eruditionem sacri eloquii quod est fundamentum scientie.* Haec capitulorum argumenta primi libri sequuntur, quae quarta columna folii tertii terminantur. Folio quarto prooemium breue inchoat, quod auctoris prologus, & hunc tertia folii quinti columna pars prima excipit. Quarta columna folii 68 *Finit liber primus.* In folio primo secundi libri sequentia tantum maiusculis litteris impressa leguntur: *Hugo de sancto Victore de sacramentis.* Praemittitur isti breuis praefatio,

tio, & materiarum index, tribus foliis contentus. Folio demum quarto *Incipit liber secundus de incarnatione verbi & impletione & exhibitione gratie dei. Et de sacramentis noui testamenti vsque ad finem & consummationem omnium.* Folii 89 tertia columna *Expliciunt sententie libri secundi magistri Hugonis de sancto Victore de incarnatione verbi . . . . feliciter. Impressi sunt isti duo libri Argentine. Anno domini. M. CCCC. LXXXV. Finiti in die sanctorum martirum Abdon & Sennes.*

Guil. CAVE T. II. *Histor. Litterar. Script. Eccles.* p. 209 editionem huis operis Argentinae iam anno 1465 typis euulgatam memorat; ast erratum hic fuisse, ac pro 1465 reponi oportere 1485 mihi verisimile videtur.

II. *Scholastica historia Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis & expositam exponentis.* Argentinae anno 1485. in fol.

Verba superius relata in prima pagina folii primi maiusculis litteris expressa habentur. Folio secundo *Incipit prologus epistolaris* ad GVILIELMVM Senonensem Archiepiscopum, cui praesens opus inscripsit. Prologum in prima columna eiusdem folii historia excipit. Quarta columna folii 165 historia veteris testamenti terminatur. Prima pagina folii 166 vacua est, in auersa *Sequuntur tituli capitulorum in historiam euangelicam*, quos folio 168 *Historia euangelica* excipit. Tertia folii 230 columna *Explicit Scolastica historia magistri Petri comestoris. Impressa Argentine. Anno domini. M. CCCC. LXXXV. Finito post festum sancti Mathie apostoli.*

Typus, quo opus istud impressum, est plane idem, quo immediate praecedens excusum est. Caret custodibus, & paginarum nummeris. Litteras initiales paruas adposuit typographus, litterisque signauit paginas, quarum quaeuis in duas est distincta columnas.

Petrus COMESTOR - inde iuxta TRITHEMIVM, dictus, quod *Scripturarum auctoritates in suis sermonibus & opusculis crebrius allegando quasi in ventrem memoriae manducarit.* — Trecensis ex Presbytero, ac Decano ecclesiae, Patriae Cancellarius Parisiensis, denique in secessu ad Canonicos S. Victoris Parisiensis, diem obiit anno 1178; iuxta CAVEVM anno 1198. Scripsit praeter alia Historiam Scholasticam ab anno 1169 - 1175 ad GVILIELMVM Archiepiscopum Senonensem. Haec historia nihil aliud est, quam librorum Veteris, & noui Testamenti Historicorum breuiarium quoddam, scholae vsu probatum, adiectis subinde praeter expositionem variis non tantum ex IOSEPHO, & probatae fidei, sed etiam ex apocryphis, atque ethnicis scriptoribus. FABRICII *Bibl. med. & infim. Latinit. L. III.* p. 404. Vbi etiam plures editiones seculo XV. typis elucubratae recensentur; praesens vero non comparet.

III. *Tractatus contra perfidiam aliquorum bohemorum,* Argentinae anno 1485. in 4.

In prima pagina folii primi verba supra relata tantum leguntur. Folio secundo incipit auctoris Anonymi praefatio absque titulo ad illum, quem refutare in hoc opusculo constituit. Constat illud quatuordecim plagularum fasciculis, litteris a - o insignitis, quorum omnes quaterni sunt. Litteras initiales paruas adiecit typographus. Desunt custodes, & paginarum numeri. Characteres sunt plane iidem, quibus praecedentia sunt impressa. Ad calcem operis legitur: *Finit tractatus contra perfidiam aliquorum Bohemorum Compositus anno domini. M. CCCCLXV. sedem beati Petri tenente Paulo secundo, & imperante Fri-*

 derico



derico duce auſtrie. Impreſſus autem Argentine anno domini. M. CCCCLXXXV. *Finitus in die ſanctorum martirum Viti & Modeſti.*

IV, *Die gülden bulle vnd Küniglich reformation.* Argentinae per Ioannem Prüſs anno 1485. in fol.

Verba iſta ſupra relata in prima folii primi pagina maiuſculis litteris impreſſa habentur. Auerſam regiſtrum in duabus columnis occupat. Folio ſecundo, praemiſſa figura ligno inciſa, quarum per integrum opuſculum vndecim numerantur, CAROLI IV. Bulla aurea incipit, quae auerſa folii viceſimi pagina finitur. Tum immediate ſequitur : *Keiſer ſigmund gülden bulle.* Bullam SIGISMVNDI folio 24 *Reformatio* FRIDERICI excipit, ad cuius finem auerſa folii 27 pagina ſequentia leguntur : *Getruckt zu Straßburg Iohannes Prüß. Anno Domini. MCCCCLXXXV.*

Typus, quo hoc opuſculum impreſſum, eſt gothico - germanicus ac ſatis luculentus. Litterae initiales ligno inciſae adparent, nulli vero cuſtodes aut paginarum numeri. Paginae litteris a - e ſunt ſignatae. Praeter punctum etiam coma occurrit. Cl. PANZER praeſentem editionem p. 155. *Annal. Litterat. Teuton.* deſcripſit. Alterius editionis P. I. p. 87. meminimus.

V, S. Thomae Aquinatis Prima pars, & prima Secundae. Baſileae an. 1485. Voll. II. in fol.

Primum Volumen 22 plagularum faſciculis litteris a - y ſignatis continetur ; ſecundum vero viginti Litteris A - V inſignitis. Typus eſt gothicus ac ſatis luculentus. Charta eſt firma admodum, ſed minus polita. Pagina quaelibet in duas eſt diſtincta columnas. Litterae initiales cuſtodes & paginarum numeri deſiderantur. In ſuperiori margine quaeuis quaeſtio eſt indicata.

In fronte primi voluminis legitur : *Incipit prima pars ſumme theologie edita a ſancto Thoma de aquino angelico doctore ordinis predicatorum.* Ad finem vero : *Excellentiſſimi ſacre theologie doctoris ſancti Thome de aquino ordinis predicatorum prima pars hic finit feliciter. ſumma cum diligentia Baſilee impreſſa. Anno domini. M. CCCC. LXXXV.* Addita eſt tabula quaeſtionum, & foliorum regiſtrum.

Initio ſecundi voluminis haec habentur : *Prima pars ſecunde partis ſumme theologie eximii doctoris ſancti Thome de Aquino ordinis predicatorum.* Ad calcem huius legitur : *Explicit prima pars ſecunde partis ſacre theologie doctoris eximii & luminis eccleſie preclariſſimi ſancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum : Impreſſa Baſilee. Anno domini Mileſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto die XX. Auguſti* Subnexus eſt quaeſtionum index & foliorum regiſtrum.

VI. *Caſſianus de Inſtitutis cenobiorum Origine cauſis & remediis vitiorum Collationibus patrum.* Baſileae anno 1485. in fol.

Verba iſta in prima pagina folii primi impreſſa habentur. In auerſa legitur : *Auctor quis ac qualis fuerit : quos libros, ad quos : & de quibus ſcripſerit : commendatitia breuiſque expoſitio.* Iſtam excipit alphabeticus materiarum index nouem foliis contentus. Denique ipſum opus, gothico charactere in duabus columnis impreſſum, & 27 plagularum faſciculis



lis contentum, initium sumit. Initiales litterae paruae, ac signaturae occurrunt, nulli autem custodes, aut paginarum numeri. In fine maiusculis litteris impressum legitur: *Expliciunt viginti quattuor collationes sanctorum patrum conscripte ab iohanne heremita qui & Cassianus dicitur: Impresse Basilee Anno domini. M. CCCC. LXXXV.* Duabus aliis editionibus nostra gaudet bibliotheca, quarum vna anno 1494 & altera 1497 Basileae in lucem prodierunt.

Ioannes CASSIANVS genere Scytha, ex Taurica Chersoneso oriundus, Athenis natus est, licet Photius eum patria Romanum fuisse prodat. Puer adhuc vitae monasticae studiis in rure Bethlehemitico innutritus; postea monachos Nutrienses inuisit: exiade Constantinopolim ingressus, a S. *Ioanne* CHRYSOSTOMO Diaconus ordinatus, illo vero in exilium misso, Legatus a clero Constantinopolitano in S. CHRYSOSTOMI causa Romam missus, ibi ab INNOCENTIO Presbyteratus dignitate auctus est. Deinde Massiliam se contulit; vbi duo monasteria condidit, virorum vnum, alterum mulierum. Obiit Semipelagianorum antesignanus anno 448. CAVE in Histor. *Litterar. Script. Eccles.* p. 410.

VII. Speculum exemplorum. Coloniae per Ioannem Koelhoff anno 1485. in fol.

Hoc magnae molis opus 55 comprehenditur plagularum fasciculis litteris signatis. Caret litteris initialibus, custodibus, & paginarum numeris. Impressum est in duabus columnis, chartae firmae, sed minus politae gothico charactere. In superiori margine tam distinctionis numerus, quam vnde exempla desumpta sunt, adnotatum habetur.

Praemissus est alphabeticus materiarum index 41 foliis contentus. Folio 42 *Incipit prologus in speculum exemplorum ex diuersis libris in vnum laboriose collectum*, cuius initium sequentis est tenoris: *Impressoria arte iam dudum longe lateque per orbem diffusa. multiplicatisque libris quarumcunque fere materiarum frequenter ammiratus sum qua ex re factum sit vt nullus vnquam hac arte insignis librum aliquem in lucem protulerit qui ex pluribus diuersorum auctorum opusculis in vnum congesta exempla contineret . . . . . Ne igitur christiana gens & totius humani generis illustrior portio hac tam fructuosa re sola careret. horum insignium virorum tramites insequens vtile duxi ex diuersis patrum historiis pariter & exemplorum libris vnum quemdam librum colligere . . . . Et hunc librum non ab re vt arbitror Speculum exemplorum statui nominare. eo quod facile quicunque in eo legere contenderit tanquam in purissimo speculo aut decorem suum poterit aut deformitatem conspicere &c.* Prima columna folii 34 *Explicit prologus*, & spatio paruo interiecto *Incipit speculum exemplorum.* Ad calcem operis legitur: *Ad laudem & gloriam sempiterne indiuiduèque trinitatis. beatissime marie virginis omnium sanctorum & angelorum finitum & completum hoc Speculum exemplorum per Iohannem Koelhoff ciuem Coloniensem in profesto sancti Michaelis anno domini. M. CCCCLXXXV. De quo sit Deus benedictus in secula Amen.*

VIII. *Summa que Destructorium Viciorum appellatur.* Coloniae anno 1485. in fol. magn.

Haec verba in prima pagina primi folii maiusculis litteris impressa leguntur. Auersa vacua est. Folio secundo alphabeticus materiarum index incipit, qui prima columna folii 21. finitur. Columna secunda incipit capitulatio operis, quod octo partibus constat; prima agit de peccato in genere, reliquae vero de peccatis capitalibus tractant. Folio 27 prima pars initium sumit. Constat hoc opus 37 plagularum fasciculis, litteris a - z & A - O signatis,

natis. Impressum est chartae praestanti in duabus columnis charactere gothico satis luculento. Litterae initiales, paginarum numeri, & custodes desiderantur. In superiori margine operis pars, & capitulum indicantur. Ad calcem operis legitur: *Insigni notabilisque compilatio haud modicum cuique statui conferens omne genus vitiorum suis cum speciebus clarissime euidenterque eradicans. ob id non immerito destructorium vitiorum nuncupata. a cuiusdam fabri lignarii filio. maximam ad ecclesie vtilitatem Anno M. CCCC. XXIX. collecta. de nouo Colonie exactissime correcta. ac summo studio impressa. ad laudem summe monadis XVII. Kalend. septembris. Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto finita.*

Praeter praesentem editionem, & aliae quinque seculo XV. in lucem prodierunt: scilicet tres Norimbergae anno. 1479. 1496 & 97. vna Coloniae anno 1480, & vna Parisiis anno 1495, quarum GEMEINER in *den Nachrichten* &c. p. 244. meminit.

Auctor huius operis *Alexander* CARPENTARIUS, natione Anglus, Wiclefitarum sectae addictus, qui anno 1429 clarebat, ab *Henrico* WARTHON in *Adpend.* ad CAVE *Hist. Litterar.* p. 129. & a FABRICIO in Bibl. *med. & infim. Latin.* laudatur.

IX. Leonis Baptistae Alberti de re aedificatoria Libri X. Florentiae per Nicolaum Laurentium anno 1485. in fol.

Opus istud foliis 204 contentum, charactere romano ac pereleganti, papyro nitidissimae, amplis marginibus instructae impressum est. Paginas litteris signauit typographus, ac paruas litteras initiales adiecit. Custodes & paginarum numeri desiderantur. Distinctionis signa occurrunt punctum, colon, coma & interrogationis signum. Inscriptiones librorum capitalibus litteris sunt expressae.

Prima folii primi pagina vacua est. In auersa legitur *Angeli* POLITIANI epistola dedicatoria ad *Laurentium* MEDICEUM, in qua sequentia ad auctoris laudem scribit: *Baptista Leo Florentinus e clarissima Albertorum familia: Vir ingenii elegantis: Acerrimi iudicii: exquisitissimaque doctrine. - - - Nullæ hunc hominem latuerunt: qualibet remotæ Litteræ: quamlibet reconditæ disciplinæ. Dubitare possis: utrum ad oratorium magis, an ad poeticen factus: Vtrum grauior illi sermo fuerit: an urbanior: Ita perscrutatus antiquatis uestigia est: Vt omnem ueterum architectandi rationem & deprehenderit & in exemplum reuocauerit: Sic ut non solum machinas & pegmata: automataque permulta: sed formas quoque ædificiorum admirabilis excogitauerit. Optimus præterea & pictor & statuarius est habitus &c.* In fronte folii secundi legitur: LEONIS BAPTISTE ALBERT. DE RE AEDIFICATORIA INCIPIT LEGE FELICITER. Haec sequitur auctoris praefatio, quam folio quarto primus excipit liber. Ad calcem operis sequentia habentur:

LEONIS BAPTISTAE
ALBERTI FLOREN
TINI VIRI CLA
rissimi de re
Aedificatoria opus elegantissi
mum & quam maxime utile: Flo
rentiæ accuratissime impres
sum opera Magistri Nicolai
Laurentii Alamani: Anno sa
lutis Millesimo octuagesimo
Quinto: quarto Kalendas Ianuarias.

In



In prima folii vltimi pagina BAPTISTAE *Siculi* carmen ad Lectorem, & in au rfa chartarum registrum legitur.

Editio haec praeclarissima a Bibliographis omnium prima, ac rarissima laudatur, quae merito Bibliothecarum cimeliis adnumeratur.

X. Psalterium Dauidis, Cantica & Hymni. Lipsiae per Marcum Brandis anno 1485. in fol.

Psalterium incipit absque titulo a Psalmo *Beatus vir.* Terminatur folii 60 prima pagina, linea tertia. In eadem linea incipit *Canticum* ISAIAE *Confitebor tibi domine.* Cantica auersa folii 63 excipit *Hymnus Ambrosianus*, & hunc *Symbolum Athanasii* dictum, ad cuius finem legitur: *Finit feliciter.* Folio 65 inchoant hymni, prima folii octuagesimi pagina, linea sexta finiuntur. Tunc legitur subiectum: *Finit foeliciter Impressum Lipczk per Marcum brandis Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo quinto. In vigilia. Petri & Pauli apostolorum.*

Litterae initiales tam psalmorum, quam canticorum, & hymnorum, átque versuum a typographo omissae sunt a miniatore rubro colore adpictae. Tituli nec psalmis, nec canticis, nec hymnis sunt praefixi, nec tantum spatii relictum, vt a caligrapho isti adscribi potuissent. Custodes nulli adparent, nulli paginarum numeri, aut signaturae. Charta est elegantissima, ac polita. Characteres sunt maiusculi, ac missales dicti.

MAITTAIRE, & *Henr.* LEICHIVS in *Annal. Typogr. Lipsiens.* p. 63 Psalterii hoc anno per *Conradum* KALCHEOVEN Lipsiae impressi mentionem faciunt, de praesenti vero editione nullus notitiam habuit, ex quo insignis eiusdem raritas adparet.

XI. Boetius de disciplina Scholarum cum commentariis, Louanii per Ioannem de Westfalia anno 148[illegible]. in fol.

Opusculum istud octo comprehenditur plagularum fasciculis, litteris a - h signatis, quorum omnes quaterni, praeter vltimum, qui sexternus est. Typus, quo impressum, est gothicus, & quidem duplex, nimirum maiusculus, quo textus, & minusculus, quo prologus & commentarius impressi sunt. Caret litteris initialibus, custodibus, paginarum numeris, & inscriptionibus aut titulis. Charta est firma admodum, sed minus polita.

Primum folium impressum occupat praefatio, quae absque titulo his verbis inchoat: *Osculetur me osculo oris sui.* Folio secundo opus sic incipit: *Vestra nouit intentio de disciplina scolarium compendiosum postulate tractatum.* Ad finem legitur: *Finitur Boecius De disciplina scolarium. Fideliter necnon diligenter alma in vniuersitate Louaniensi impressus In domo magistri Iohannis de westfalia. Anno incarnationis dominice. Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.*

BOETHIO hoc opus falso attribui, vix non omnes eruditi tam moderni quam antiquiores consentiunt; in eruendo autem vero auctore viri docti irritam huiusque collocarunt operam, & alius alium sibi finxit virum, scribit FREYTAGIVS Adpar. I. p. 252. cui opusculum, incomto & inepto genere dicendi exaratum, tribueret. Conf. Io. Alb. FABRICII *Bibl. Lat.* L. III. p. 650.

XII. Ioannis iunioris Ord. Praedic, Scala coeli. Louanii per Ioannem de Westfalia anno [illegible] fol.

Hoc



Hoc opus eodem typo, quo immediate praecedens, in duabus columnis chartae praestanti impressum, sexdecim constat plagularum fasciculis, litteris a - q signatis. Caret initialibus litteris, paginarum numeris & custodibus. Primam paginam folii primi occupat index alphabeticus quatuor columnis constans. In auersa scala coeli, eiusque gradus, per quos tres status, nimirum incipientes, proficientes & perfecti ad coelum ascendunt, conspiciuntur. Folio secundo *Incipit prologus in Scala coeli*, ad *Hugonem* de COLVBERIIS Aquensis Ecclesiae Praepositum directus, qui columna secunda, linea vndetricesima terminatur. Tum ipsum opus, cuius materia ordine alphabetico disposita est, initium sumit. Ad calcem eiusdem legitur: *Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto liber iste vocatus Scala celi Louanii impressus per Iohannem de westfalia feliciter explicit.*

Auctor huius operis, vti in praefatione legimus, laudatur *Ioannes* GOBII, dictus Iunior, patria Occitanus, ordinis Praedicatorum alumnus, qui seculi XIV. medio florebat. Opus historiis ex Vincentio Bellouacensi, & libro magno de septem donis, plerisque desumtis, & ad mores aptatis constat, quas simpliciores alias cum voluptate & fructu legerint, sed quas haud facile sustineant viri acrioris iudicii ac criterii. QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 633. FREYTAG Adpar. II. p. 819.

XIII. *Distinctiones exemplorum veteris & noui testamenti reducte ad diuersas materias.* Memmingae per Albertum Kunne de Duderstat anno 1485. in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina maiusculis litteris leguntur impressa. Folio secundo incipit absque titulo, aut inscriptione praefatio, quae auersa eiusdem pagina linea 26 finitur. Tum mox legitur subiectum: *Incipiunt distinctiones exemplorum veteris & noui testamenti abbreuiate & reducte ad diuersas materias secundum ordinem alphabeti per fratrem. B. ordinis S. Augustini.* Integrum folium tertium occupat index materiarum in hoc opusculo pertractatarum. Folio quarto inchoat primum capitulum de *Abstinentia.* Constat hoc opus octodecim plagularum fasciculis litteris a - s. insignitis. Desunt custodes, & paginarum numeri, earumque inscriptiones. Typus est gothicus minusculus, charta firma quidem, sed minus polita. In fine legitur: *Expliciunt distinctiones veteris & noui testamenti abbreuiate & reducte ad diuersas materias secundum ordinem alphabeti. Impressum Memmingen per Albertum Kunne de duderstat. Anno natiuitatis Christi.* 1485. Editio haec frustra in *Maittaire Annalibus* ac in OSSINGERI *Bibliotheca Augustiniana* perquiritur.

Auctor huius operis ab OSSINGERO l. cit. p. 135 laudatur *Bindus* GVERRI, natione Italus, Patria Senensis, Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI Alumnus, vir diuina, humanaque doctrina clarus, & ob sacrarum litterarum peritiam notissimus. Floruit ad finem seculi XIV.

XIV. Sextus Decretalium cum adparatu Ioannis Andreae. Praecedit eiusdem tractatus de arbore Consanguinitatis & Adfinitatis, Venetiis per Bartholomaeum de Alexandria, & Andream de Asula anno 1485. 4. mai.

Hoc opus octodecim constat plagularum fasciculis, litteris a - s. signatis. Impressum est charactere gothico, ac pereleganti, chartae praestantissimae. Litterae initiales, custodes & paginarum numeri desiderantur. Rubricae rubro colore sunt expressae.

Tria

Tria priora folia implet *Ioannis* ANDREAE tractatus de arbore consanguinitatis, & adfinitatis. Folio quarto dein *Incipit sextus liber decretalium.* In fine legitur rubro colore impressum: *Liber sextus decretalium vna cum apparatu domini Ioannis andree accuratissime castigatus feliciter explicit: Venetiis impressus opera atque impensa Bartholomei de Alexandria Andreeque de Asula sociorum: Anno salutis christiane M. CCCC. LXXXV. decimo calendas apriles.* In vltimi folii columna secunda legitur *Registrum huius sexti*, cui subiecta habentur typographi insignia rubro colore impressa. Aliam huius operis editionem superius. p. 113 N. XI. descripsimus.

XV. Clementis V. constitutiones cum adparatu Ioannis Andreae. Adcedunt decretales extrauagantes. Venetiis per Bartholomaeum de Alexandria & Andream de Asula anno 1485. in 4. mai.

Externa huius editionis forma penitus eadem est, quae in praecedenti opere obseruatur. Vndecim plagularum fasciculis litteris A — L. signatis comprehenditur. Primum folium primi fasciculi vacuum est, in secundo *Incipiunt constitutiones clementis pape quinti vnacum apparatu domini ioannis andree.* Haec verba rubro colore sunt impressa, sicut & finalis subscriptio, quae sequentis est tenoris: *Opus clementinarum impensa atque industria Bartholomei de alexandria: Andreeque de Asula: Venetiis impressum feliciter finit: vnacum apparatu domini Ioannis Andree anno salutis dominice. M. CCCCLXXXV. XX. calendas apriles. Deinde incipiunt decretales extrauagantes que emanarunt post sextum*, quae vltimum fasciculum occupant. In fine earum habetur *Registrum chartarum*, cui subnexa sunt typographi insignia.

XVI. Dominici de S. Geminiano Lectura super sexto Decretalium. Venetiis per Andream de Sociis anno 1485. in fol. magn.

In fronte operis legitur rubro colore impressum: *Clarissimi & utriusque iuris interpretis excellentissimi domini Dominici de sancto Geminiano. Lectura prima super sexto libro decretalium.* Haec sequitur auctoris praefatio, quam columna secunda eiusdem folii BONIFACII VIII. prooemium excipit. Ad calcem operis legitur: *Excellentissimi sacrorum canonum doctoris Dominici de sancto Geminiano prima pars super VI. decretalium hic finem habet feliciter summa cum diligentia venetiis impressa atque emendata per honorabilem virum Andream de sociis parmensem apud sanctum Paulum anno ab incarnatione Christi. M. CCCC. LXXXV. secundo nonas Augusti.* His subiectum est *Registrum operis.*

Hoc opus charactere gothico, ac pereleganti, chartae praestantissimae in duabus columnis impressum, 28 constat plagularum fasciculis, litteris signatis, quorum omnes quaterni, praeter penultimum qui denus, & vltimum, qui ternus est. Litteras initiales maiores partim omisit typographus, partim minoribus adnotauit. Custodes nulli conspiciuntur, nullique paginarum numeri, aut inscriptiones.

DOMINICVS Sangeminiani in Toscana, vnde de *Sangeminiano* adpellatur, natus, Iurisconsultus praestantissimus seculi XV. initio floruit. FABRIC. *Bibl. med. infim. Latin.* L. IV. pag. 53.

XVII. P. Ouidii Nasonis Epistolae Heroidum cum commentario Antonii Volsci Priuernatis : Saphus & Ibis cum Domitii Calderini commentariis. Venetiis per Baptistam de Tortis anno 1485 in fol.

Opus istud decem plagularum fascicuis, litteris a - k signatis constat, quorum primus quaternus, reliqui vero terni sunt. Typus est romanus, & quidem duplex, maiusculus, quo OVIDII carmina, & minusculus, quo commentarii sunt impressi. Litterae initiales tres tantum paruae sunt a typographo adiectae, ceterae fuut omissae. Charta est firma, sed minus polita. Paginarum numeri & custodes desiderantur.

Praemittitur epistolis Heroidum Epistola dedicatoria *Antonii* VOLSCI Priuernatis ad *Ludouicum* DIAEDVM Patritium Venetum, quam Ouidii vita per eundem descripta excipit. Folio secundo incipit PVBLII OVIDII NASONIS EPISTOLARVM HEROIDVM LIBER PRIMVS. Prima pagina folii 44 terminantur epistolae. Paruo spatio interiecto incipit *Domitii* CALDERINI epistola dedicatoria in *Saphum* ad FRANCISCVM *Aragonium*. Saphus initium sumit folio 45, & auersa folii 49 pagina finitur. Folii 50 prima pagina legitur eiusdem CALDERINI epistola ad *Falconem* SINIBALDVM Ciuem Romanum, cui liber in *Ibin* inscripsit. Auersa pagina ipse liber initium sumit. Terminatur auersa folii 60 pagina. In prima pagina vltimi folii legitur conclusio ad FALCONEM : cui subiectum habetur : *Venetiis per Baptistam de tortis die XVI. Martii M. CCCC. LXXXV.* Conspiciuntur quoque in eadem Registrum chartarum, & typographi insignia.

Hac de editione nec MAITTAIRE, nec FABRICIVS, nec alius Bibliographorum, quos possideo, notitiam habuere, ex quo eiusdem raritas clare patet.

XVIII. Angeli de Vbaldis de Perusio Lectura autenticorum. Venetiis per Ioannem de Forliuio & Gregorium fratres anno 1485. in fol. magn.

In fronte primae paginae legitur : *Opus ac lectura autenticorum prestantissimi doctoris domini Angeli de vbaldis de Perusio iuris cesarei ac romani interpretis optimi. Et primo Collatio prima incipit feliciter.* Constat hoc opus, in duabus columnis chartae praestantissimae charactere gothico, ac pereleganti impressum, sex plagularum fasciculis, litteris a - f. signatis. Caret custodibus, & paginarum numeris. Litteras initiales partim omisit typographus, partim minores adiecit. Ad calcem operis legitur : *Lectura ac opus Autenticorum prestantissimi doctoris iuris vtriusque domini Angeli de vbaldis de perusio Venetiis impressa per Iohannem de forliuio & Gregorium fratres. Anno domini M. CCCC. LXXXV. die* 15 *Martii.* His registrum chartarum & typographi insignia subnexa habentur. Hac de editione MAITTAIRE nullam habuit notitiam.

XIX. Nicolai Auximiani Ord. Min. Supplementum ad Summam Pisanellam. Adcedunt canones poenitentiales, Alexandri de Neuo consilia contra Iudaeos foenerantes. Venetiis per Paganinum de Paganinis Brixiensem & Georgium de Riuabenis Mantuanum anno 1485. in 8.

Hoc opus sexaginta contentum plagularum fasciculis, quos typographus tam litteris, quam numeris arabicis signauit, in duabus columnis, chartae albae ac politae, charactere gothico minusculo, ac nitido impressum est. Desunt initiales litterae, custodes, & paginarum numeri. In margine laterali paragraphi sunt numeris arabicis indicati.

In

In fronte operis legitur : *In nomine domini nostri Iesu christi. Amen.ª Incipit liber qui dicitur supplementum*, quod ordine alphabetico est conscriptum. Vltimo verbo, *Zelus*, legitur sequens notitia adnexa: *Et hic zelus me fratrem Nicolaum de ausmo ordinis minorum indignum pro aliquali simpliciorum subsidio ad huius supplementi compilationem commouit. quod fauente domino nostro Ihesu christo excepta tabula capitulorum & abbreuiaturarum & Rubricarum expletum est apud nostrum locum prope Mediolanum sancte Marie de angelis nuncupatum & vulgariter sancti angeli. M. CCCC. XLIIII. Nouembris 28. die sabbati proximi ante aduentum hora quasi sexta* &c. Sequitur dein *tabula capitulorum huius libri.* Tabula finita, *Incipiunt canones penitentiales excerpti de verbo ad verbum de summa fratris Astensis ordinis minorum li. 5. ti. 32.* Illos excipit *Primum consilium domini Alexandri de Neuo Vincentini. iuris vtriusque doctoris contra iudeos fenerantes.* In vltimi folii prima pagina haec solummodo leguntur: *Impressum est hoc opus Venetiis per Paganinum de Paganinis Brixiensem. & Georgium de Riuabenis Mantuanum. Anno domini MCCCCLXXXV. Die XXVIII. Martii,*

MAITTAIRE T. IV. p. 285. *Henr.* WARTHON in Adpend. ad CAVE *Histor. Litterar.* p. 131 huius operis editionem iam anno 1469 Venetiis typis euulgatam memorant, praesentis vero nec verbulo meminerunt.

Nicolaus de AVXIMO, gente Italus, patria Picenus, Ordinis Minorum sodalis, Familiaris S. BERNARDINI, Vir pius, nec indoctus, scripsit praeter praesens opus, *summam* quoque *casuum*, *librum legis canonicae*, *sermones*, & *Commentarium in Regulam S.* FRANCISCI. Floruit seculo XV. FABRIC. *Bibl. med. & infim. Latin.* Lib. XIII. p. 104.

XX. Vbertini de Casali Ord. Min. Arbor vitae Iesu Christi. Venetiis per Andream de Bonettis anno 1485. in fol.

Opus istud 31 plagularum fasciculis contentum, typo romano minuto, ac eleganti in duabus columnis chartae minus politae impressum est. Paginas litteris signauit typographus, & initiales litteras paruas adpressit, custodes, & paginarum numeros omisit. In margine superiori tam numerum librorum, quam capitum adnotauit, ac materiam pertractatam indicauit.

In fronte operis legitur capitalibus litteris impressum : INCIPIT PROLOGVS IN LIBRVM QVI INTITVLATVR ARBOR VITE CRVCIFIXE IESV. ET DICITVR OPVS VBERTINI DE CASALI. QVI FVIT FRATER PROFESSVS ORDINIS MINORVM BEATI FRANCISCI. Hunc prologum & alter excipit, qui secunda columna folii quarti, linea nona finitur. Tum immediate primus liber incipit. In fine legitur: *Liber qui intitulatur Arbor uite crucifixe Iesu deuotissimi fratris Vbertini de Casali ordinis minorum feliciter explicit. Impressus Venetiis per Andream de Bonettis de Papia. Anno. M. CCCC. LXXXV. Die XII. Martii. Ioanne Mocenico inclyto principe regnante.* Vltimum folium capitulorum tabula, & registrum chartarum occupat.

Vbertinus de CASALI Ordinis fratrum Minorum, vir deuotus, & in scripturis sanctis sufficienter eruditus, cum videret ordinem suum a prima institutione deficere, nouas quasdam sub specie reformationis separationes incepit, & eas a summo Pontifice confirmari obtinuit, quae tamen ad petitiones custodum & ministrorum statim per eundem Papam reuocatae, quoniam in graue scandalum, & scissuram ordinis videbantur praesumtae. Vnde commotus VBERTINVS, ordinem Carthusiensem ingressus est. Clarebat seculo XIV. TRITHEMIVS in *Bibl. Fabric.* p. 127.



XXI. Ambrosii de Spiera Ord. Seruor. B. V. Mariae Quadragesimale. Venetiis per Gabrielem Grassis anno 1485. in 4.

Praemittuntur operi sermonum argumenta, & index alphabeticus, quatuordecim foliis contentus. In fronte folii 15 legitur rubro colore impressum: *Incipit quadragesimale de floribus sapientie peroptimum editum & compilatum per egregium sacre theologie doctorem Magistrum Ambrosium spiera taruisinum ordinis fratrum seruorum sancte Marie ad dei laudem & eius matris totiusque curie superne. Assit ergo principio virgo maria meo.* Impressum est hoc opus, 49 plagularum fasciculis, litteris signatis comprehensum, in duabus columnis charactere gothico minusculo. Caret custodibus, & paginarum numeris. Litteras initiales paruas typographus adiecit. Ad calcem operis sequentia habentur: *Hoc opus diligentissime emendatum per Reuerendum doctorem sacre theo. magistrum Marcum Venetum ordinis seruorum beate Marie. Impressumque Venetiis per Gabrielem grassis de Papia. Anno dominice incarnationis 1485. XI. Aprilis.* His sequens carmen subiectum habetur.

Si quis ades doctus Ambrosii nomen adorans
Et libros properas velle videre nouos.
Hos eme quos manibus noctuque dieque retentis
Ediscas. valeant quid documenta dei.
Et quo predicanda modo sint nomina christi.
Et quo te pariter virgo beata docet.
Cunctaque preterea, que ad summi culmina celi
Deducunt: facilem: dantque: prebentque viam.

Primam vltimi folii paginam chartarum registrum & typographi insignia rubro colore expressa implent.

XXII. Guarini Veronensis grammatica. Venetiis per Bernardinum de Benaliis anno 1485. in 4.

In fronte primae paginae legitur: GVARINI VERONENSIS VIRI *Peritissimi grammaticales regulae incipiunt.* Hoc opusculum romanis, ac perelegantibus characteribus nitidissime impressum 33 foliis comprehenditur. Litterae initiales florentes aeri incisae videntur. Custodes, & paginarum numeri, earumque inscriptiones desiderantur, non autem earum signaturae. Distinctionis signa praeter punctum occurrunt colon, & interrogationis signum. In fine legitur: *Venetiis per Bernardinum de Benaliis Bergomensem. M. CCCC. LXXXV. die. XXV. Madii.* Hac de editione apud MAITTAIRE, BAVR & alios altum est silentium, ex quo insignis eiusdem raritas elucescit.

XXIII. Iacobi Publicii oratoriae artis epitoma: ars epistolaris, & ars memoriae. Venetiis per Erhardum Ratdolt anno 1485. in 4.

Hoc opusculum 66 foliis constat. Impressum est chartae nitidissimae charactere romano ac pereleganti. Superbit haec editio figuris ad rem explicandam adcommodatis, ac lepidis, & initialibus litteris ligno, aut aeri incisis. Paginae litteris, non vero numeris sunt signatae. Desunt custodes, & paginarum inscriptiones.

In fronte operis legitur capitalibus litteris impressum: ORATORIAE ARTIS EPITOMA: VEL QVAE BREVIBVS AD CONSVMATVM SPECTANT ORATOREM: EX ANTIQVO RHETORVM GYMNASIO: DICENDI SCRIBENDIQVE BREVES RATIONES: NEC NON ET APTVS OPTIMO CVIQVE



CVIQVE VIRO TITVLVS : INSVPER ET PERQVAM FACILIS MEMORIAE ARTIS MODVS IACOBI PVBLICII FLORENTINI LVCVBRATIONE IN LVCEM EDITVS : FOELICI NVMINE INCHOAT. Sequitur dein auctoris prooemium ad *Cyrillum* CAESAREM, in quo de oratoriae artis praestantia, vtilitate, & de modo eamdem tractandi agit. Terminatur auersa folii 36 pagina. Folio sequenti *Ars scribendi epistolas Iacobi. P. ad illustrissimum principem Tarantinum hispanie ducem. Incipit foeliciter.* Auersa folii 50 pagina *Iacobi Publicii florentini ars memorie feliciter incipit.* Haec tribus constat libris, & quindecim figuris est illustrata. Vltimam paginam figura diuersa animalia repraesentans implet, cui subiectum legitur: *Erhardus Ratdolt augustensis ingenio miro & arte perpolita impressioni mirifice dedit.* 1485. *pridie calen. februarii. Venetiis.*

Haec est secunda huius operis editio, prima iuxta MAITTAIRE & cl. ZAPFIVM iam 1482 ex eiusdem RATDOLTI officina in lucem prodiit.

De auctore huius operis parum habetur exploratum. Florentiae in Italia natus, vir in re oratoria optime versatus circa medium seculi XV. floruit.

XXIV. Albohazen Haly Filii Abenragel liber de fatis astrorum. Venetiis per Erhardum Ratdolt anno 1485. in fol.

Prima folii primi pagina vacua est. In auersa legitur typographi epistola dedicatoria ad *Ioannem* de WERDENBERG Episcopum Augustanum, cuius inscriptio ita sonat: *Pontifici Sacre basilice imperialis ciuitatis auguste amplissimo: obseruantissimo patri: non minus pientissimo quam venerando. Erhardus ratdolt augustensis: Librorum impressor reuerenter Salutem dicit.* In illa Episcopum *omnibus liberalibus disciplinis ornatissimum, atque in omnes facillimum* laudat. Folio secundo incipit prooemium, quod tabula incipit. Folio denique quarto *Preclarissimus liber completus in iudiciis astrorum: qu m edidit albohazen Haly filius abenragel quam felicissime incipit.* Opus hoc in duabus columnis, chartae praestanti admodum, gothico, ac pereleganti charactere impressum est. Initiales litterae florentes sunt ac ligno incisae. Prima quatuor folia nec numeris, nec litteris sunt signata, quae tamen per integrum opus occurrunt. Prima columna folii 152 *Finit feliciter liber completus in iudiciis stellarum quem composuit albohazen Hali filius abenragel: bene reuisus & fideli studio emendatus per dominum Bartholomeum de Alten de Nusia germanum artium & medicine doctorem excellentissimum. Impressus arte & impensis Erhardi Ratdolt de Augusta: regnante Iohanne Mocenico duce Venetiarum anno dominice incarnationis domini.* 1485. *quarto nonas iulii Venetiis.*

XXV. Alexandri Grammatici Doctrinale a Ludouico de Guaschis interpretatum. Venetiis per Thomasium Alexandrinum anno 1485. in fol.

Hoc opusculum octo plagularum fasciculis litteris a - h signatis contentum, charactere gothico maiusculo, quo textus, & minusculo, quo interpretatio, nitidissime impressum est. Litterae initiales octo partium sunt ligno incisae, reliquae vero a miniatore rubro colore adpictae. Desunt custodes & paginarum numeri. Folio secundo primi fasciculi opus absque titulo sic incipit:

Scribere clericulis paro doctrinale nouellis.

In fine operis legitur: *Alexandri grammatici opus interpretatum a Viro eruditissimo grammatico domino Ludouico de guaschis Impressum venetiis: Per Thomasium alexandrinum Anno salutis. M. CCCCLXXXV. die XXVIII. mensis Iulii Ioanne Mocenico Inclyto Venetiarum*



rum Principe. His subiecta sunt registrum chartarum, & typographi insignia nigro colore expressa.

Auctor huius operis est *Alexander* de VILLA DEI, Aremoricus Dolensis, Ordinis Minorum Alumnus, Grammaticus & Poeta clarus. Scripsit *Doctrinale* puerorum, seu Grammaticam latinam excerptam e PRISCIANO, & versibus Leoninis comprehensam illa aetate auide receptam. Floruit seculo XIII. FABRIC. *Bibl. med. & infim. Latin.* L. I. p. 67.

XXVI. Iuniani Maii Parthenopei de priscorum verborum Proprietate liber, Venetiis per Dionysium Bertochum & Pelegrinum de Pasqualibus Bononienses anno 1485. in fol.

Iam in prima parte p. 109 aliam huius operis editionem Taruisii anno 1477. in lucem emissam descripsimus, ac de ipso auctore egimus.

Prima pagina folii primi vacua est, in auersa IVNIANI MAII PARTHENOPEI AD INVICTTS — sic — FERDINANDVM REGEM IN LIBRVM DE PRISCORVM PROPRIETATE VERBORVM PROLOGVS FOELICTER INCIPIT. Folio secundo ipsum opus in duabus columnis impressum absque titulo inchoat. Constat triginta plagularum fasciculis, litteris signatis, nullos exhibens custodes, aut paginarum numeros. Litteras initiales paruas adiecit typographus. Charta alba, & laeuigata admodum, ac typus, qui romanus, & perelegans est, haud parum praesentem commendant editionem. Primam paginam penultimi folii occupat auctoris epistola ad HENRICVM Archiepiscopum Acherontinum. In eiusdem auersa legitur *Bartholomaei* PARTHENII epistola ad *Franc.* THRONVM Patauinum Venetum, in qua, quid in hac editione praestiterit, sequentibus rationem reddit. *Noster vero*, ait *secundus huic operi labor non mediocriter profuit. Non praeterquam quod nulla addidimus quae impraessorum culpa: ut puto. In latinum omissa erant : innumerabilibus etiam fere dictionibus graecas adiunximus deriuationes quandoquidem hisce in codicibus qui tam Neapoli quam alibi impressi fuerant : ubique graece dictiones deessent : sine quibus quo ad orthographiam : & ad ueram uocabulorum significationem pertinet : legentium animi procul dubio haesitare potuissent : quoniam litterae nostrae inde fluxere : ut Fabius meminit. Nostram igitur hanc recognitionem Francisce Throne uir integerrime tibi dicauimus : quae iudicium tuum acre : ac diligens : quo tam in reipublicae tuae negotiis quam in litterarum studiis uteris experiatur : ut animo illo tuo ingenio : quid de ea senseris coram exprimas. Vale. Et Parthenium tuum ut facis mutuo diligas.* Epistolae huic subiectum legitur : *Iuniani Maii Parthenopei de Priscorum proprietate verborum finit Dionysius Pertochus & Pelegrinus de Pasqualibus Bononienses Venetiis impresserunt. M. CCCCLXXXV. Die vero VIII. Octobris.* His subnexa habentur typographorum insignia nigro colore expressa. Primam folii vltimi paginam chartarum registrum implet.

Hac de editione elegantissima nec MAITTAIRE, nec BAVR, nec GEMEINER, qui tamen plures editiones recensent, notitiam habuere, vnde merito Bibliothecarum cimeliis adnumeratur.

XXVII. Libri IV. de imitatione Christi. Adcedit Ioan. Gerson tractatus de meditatione cordis. Per Dionysium & Peregrinum Bononienses anno 1485. in 4.

Hoc opusculum septem plagularum fasciculis, contentum in duabus columnis charactere gothico impressum est. Litterae initiales partim sunt a typographo omissae, partim par-

uae



uae adiectae. Desunt custodes, & paginarum numeri. In auersa folii primi pagina incipiunt capitulorum argumenta, quae quarta columna folii secundi terminantur. In fronte primae columnae tertii folii legitur: *Incipit liber primus Ioannis Gerson cancellarii parisiensis. De Imitatione christi & de contemptu omnium vanitatum mundi.* Secunda columna folii 52 *Explicit liber quartus & vltimus de sacramento alt aris.* His subiectum legitur: *Ioannis Gerson cancellarii parisiensis de contemptu mundi deuotum & vtile opusculum finit. M. CCCC. LXXXV. per Dionysium & Peregrinum eius socium bononienses. Deo gratias. Amen.* In auersa typrographorum insignia nigro colore expressa solummodo conspiciuntur. Folio 53 *Sequitur tractatus de meditatione cordis a. M. iohanne de gersono*, qui prima columna folii 56. finitur.

Hanc editionem Venetiis in lucem prodiisse, inde coniicio, eoquod typographi iidem mihi videntur, qui opus immediate praecedens typis euulgarunt. MAITTAIRE quoque T. IV. p. 218 eosdem Venetiis prelum habuisse, scribit.

De vero huius operis auctore quid sentiendum, iam P. I. p. 40 animaduerti.

XXVIII. *Tabule Speciales totius Summe Antonini.* Anno 1485 in fol.

Verba supra relata in prima folii primi pagina maiusculis litteris impressa leguntur. Folio secundo *Incipit prologus in tabulas totius summe domini Anthonini Archiepi. Florentini ordinis predicatorum viri doctissimi*, qui columna secunda eiusdem folii, linea nona finitur. Tum *Sequitur tabula prima*, quae quarta folii 85 columna desinit. Folio 86 *Incipit tabula de beata virgine & primo de festis ipsius secundum quod occurrunt per circulum anni.* Terminatur ista folii 88 quarta columna. Folio 89 *Sequuntur autoritates exposite in summa domini Antonini super totam bibliam. Et primo super genesim. Et est hec prima notula tabularum.* Prima columna folii 99 *Finis Tertie Tabule.* Tertia eiusdem columna incipit *Tabula super epistolis & euangeliis de tempore per circulum anni.* Quarta columna folii 132 *Tabula quintuplex totius summe venerabilis domini Anthonini compilata per dominum Iohannem Molitoris fratrem ordinis predicatorum conuentus Coloniensis Anno domini. Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. pridie ydus Aprilis. Explicit feliciter.* Paginas typographus litteris signauit. Desunt litterae initiales, custodes, & paginarum numeri. Charta est firma admodum, & alba. Typus, quo impressum praesens est opus, est gothicus, ac luculentus, & mihi plane idem videtur, quo *Petrus* DRACH anno 1483 *Roberti* HOLKOT *Commentarium in librum Sapientiae* Spirae excuderat, ex quo, idem opus eodem loco, ab eodemque typographo fuisse typis euulgatum, coniiciendum erit.

Anno MCCCCLXXXVI.

I. *Epistole Gasparini.* Argentinae per Ioannem Prüss anno 1486. in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina maiusculis litteris impressa leguntur. Folio secundo *Gasparini Pergamensis clarissimi oratoris epistolarum liber feliciter incipit.* Epistolis istis, quae nouem plagularum fasciculis comprehensae, nullus praefixus est titulus, nullusque numerus. Tres litterae initiales maiores paruis indicatae sunt, reliquae vero maiusculae sunt. Paginas litteris signauit typographus. Custodes nulli, nullique paginarum numeri conspiciuntur. Distinctionis signa occurrunt punctum, colon, coma. Typus est gothicus maiusculus. Ad finem legitur: *Felix epistolarum Gasparini finis. Impressum Per Iohannem prüsz Argentn. Anno domini. M. CCCC. LXXXVI. in vigila* - sic - *natiuitatis domini.* Haec editio

tio



tio frustra in MAITTAIRE Annalibus typographiae, frustraque in BAVR Bibliotheca vniuersali exquiritur. Alterius P. I. p. 55 & 56 mentionem fecimus.

II. *Vocabularius predicantium.* Argentinae anno 1486. in 4.

Verba ista in prima pagina folii primi tantum leguntur. In auersa sequens habetur carmen:

Ite materne remoratur inertia linque :
Quo minus ad populum fundere verba queas
Si cupis utiliter verbum transferre latinum.
Si proprie quod vis exposuisse velis.
Fac relegas istum vigilans auidusque libellum :
Inque tuas facito sepe venire manus.
Nec facile credas populares dicere posse
Sermones. isto ni potiare libro.

Folio secundo, praemissa breui praefatione, ipsum vocabularium latino ac germanico sermone compositum incipit. Constat istud 22 plagularum fasciculis, qui litteris a - y & a - g signati sunt. Typus, quo impressum, est plane idem, quo immediate praecedens excusum est, ex quo, ab eodem typographo typis euulgatum fuisse, colligi datur. Caret litteris initialibus, custodibus, & paginarum numeris. In fine legitur: *Actum argentine: anno christi salutifero.* 1486. *Kalendas vero Iunias.*

De huius vocabularii auctore sequentem habemus in praefatione notitiam: *Demum autoritas inducat clarissimi doctissimique sacrarum litterarum professoris, magistri iodoci eychman de Kalwe. a quo dum perplurimos iam annos heidelberge predicando quoslibet accuratissime docuit. series huius noui opusculi (compilatore tamen magistro iohanne melber de geroltzhofen) primariam plenamque sumpsit originem.* V. SEMLER *Bibl. Vniuers.*

III. Hans Tuchers Wallfart vnd Reise in das gelobte Land. Augustae per Antonium Sorg anno 1486. in fol.

Hoc opusculum charactere gothico - gemanico in duabus columnis impressum septem plagularum fasciculis, quorum omnes quaterni, & litteris a - g signati sunt, constat. Littera initialis est ligno incisa. Inscriptiones paginarum, earum numeri, ac custodes desiderantur. Incipit illud absque titulo his verbis: *Nach cristi vnnsers lieben herren geburtt. m. cccc. lxxix iar am Dornstag der da was der sechßt tage des monats May. bin ich Hanns Tücher burger zu Nürenberge. meines alters einß vnd fünffczig iar daselbs außgezogen in den namen des almächtigen got. in wyllen vnd meinung allein umb gotes ere vnd meiner sel hailigkeit vnd keines rumes. Fürwicz noch ander leychtuertigkeyt wyllen. die heyligen Stet, vnd besunder besuchen.* Tertia columna folii vndetricesimi secunda pars incipit, in qua enarrat, quomodo cum *Ottone* SPIEGEL & *Sewoldo* RIETER ac duobus famulis a Ierusalem ad S. CATHARINAE Sepulchrum profectus sit. Haec pars secunda columna folii 55 terminatur. Ad huius finem legitur: *Getruckt vnd volendet durch Anthoni Sorg zu Augspurg. Nach cristi geburt. M. CCCC. vnnd im LXXXVI. Iare*

Praesentem editionem saltem quatuor aliae praecesserunt; iam enim anno 1482 *Ioannes* SCHOENSBERGER Augustae idem opus iuxta cl. PANZER bis excuderat, eodem & anno

no 1483 Norimbergae quoque in lucem prodiit ; anno 1484 Argentinae praelum reliquit. V. Cl. Panzer *Annal. Litterat. Teuton.* pagg. 127. 129. 143. 151. 162.

IV. Marii Philelfi Poetae Laureati Epiſtolare. Baſileae per Ioannem de Ambach anno 1486. in 4.

Opus iſtud viginti plagularum faſciculis, litteris a - u ſignatis contentum, charactere romano, ac pereleganti, chartae firmae quidem, ſed minus politae impreſſum eſt. Vnicam litteram initialem ligno inciſam obſeruaui, reliquae vero paruae conſpiciuntur a typographo adiectae. Cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur, earum autem inſcriptiones per integrum opus occurrunt. Diſtinctionis ſigna omnia, ac notae marginales adparent.

Prima pagina folii primi vacua eſt. In auerſa incipit Regiſtrum, quod auerſa folii ſecundi pagina terminatur. Folio tertio inchoat *Ludouici* MONDELLI Ord. Min. epiſtola ad *Octauianum* VBALDINVM *Mercathelli*, quam iſtius epiſtola Vrbini anno 1481 ſcripta ad MONDELLVM prima folii quinti pagina excipit. Folio ſexto *Marii philelfi artium & utriuſque iuris doctoris equitis aurati & poetæ laureati, ad religioſiſſimum patrem ſapientemque theologum Ludouicum Mondellum mediolanenſem ex ſeraphico minorum ordine præfatio in nouum epiſtolarium* initium ſumit. Arti illi epiſtolas ſcribendi praemiſit PHILELFVS *præcepta artis rethorices*, & tractatum de *titulorum Epithetorumque ratione ac uſu.* In auerſa folii 25 pagina ad finem legitur : *Sequuntur octoginta epiſtolarum ſcribendarum genera in titulos redacta cum exemplis.* Titulus primus folio ſequenti dein incipit. Ad finem vltimi tituli ſequentia habentur : *Finit epiſtolare Marii philelfi elegantiſſimum : Baſileæ per magiſtrum Ioannem de Amerbach ſumma lucubratione impreſſum : anno octogeſimo ſexto ſupra milleſimum quaterque centeſimum.* In prima pagina vltimi folii ſequens carmen in huius operis laudem legitur :

Qui cupis in paucis uerſari : & multa uidere :
Hoc lege : quod Marius utile prompſit opus.
Vberius ſacro nil dicas fonte Philelfi.
Et nihil utilius hoc opere eſſe putes.
Nanque is rethorica breuiter præcepit in arte.
Præcepta : Exemplis muniit inde datis.
Omne genus ſcripti, uarius quo nititur uſus :
Adiunxit ſolers hinc Mariana manus.
Tum genus in ternas partiuit quodque figuras.
Infimus eſt, medius, altiloquuſque modus :
Argumenta uiri poterunt hinc ſummere docti.
At iuuenis totum uendicet uſque librum :
Omnia debemus Mario pro munere tanto :
Multum Mondello : quo duce uiuit opus.
Finis.

Auerſam eiusdem folii paginam *Regiſtrum chartarum* occupat.

BAVR in *Bibl. Vniuerſ.* T. III. quatuor huius operis editiones recenſet : prima Pariſiis ſine anni indicio ſed abſque dubio haud ante annum 1481, quo tam MONDELLVS, quam VBALDINVS ſuas epiſtolas ad inuicem dederunt, in lucem prodiit : ſecunda Mediolani anno 1484 : tertia Brixiae 1485, & quarta Baſileae anno 1489 prelum reliquere ; de praeſenti vero nec ipſe, nec MAITTAIRE notitiam habuere, ex quo inſignis eiusdem raritas adparet.

Marius PHILELFVS, *Franc.* PHILELFI Filius, natione Italus Conſtantinopoli anno 1426 natus, nullibi ſtabilem locum tenuit. Erat Poeta laureatus, philoſophiae & artium



doctor celeberrimae opinionis, & tam diuinarum scripturarum, quam vtriusque iuris scientia insignis, in gymnasio Mantuano de cathedra publice docuit, ibidemque & vitae & studii finem anno 1480 suspexit.

V. *Alexander cum Commento.* Basileae anno 1486. in fol.

Verba ista in prima pagina folii primi maiusculis litteris impressa leguntur. Folio secundo ipsum opus duodecim plagularum fasciculis contentum cum commentario incipit. Impressum est charactere gothico duplici: maiusculo textus, commentarius minusculo. Litterae initiales adparent ligno incisae. Desunt custodes, & paginarum numeri. In superiori margine materia pertractanda indicatur, in laterali vero notae habentur, marginales dictae. Ad calcem operis legitur: *Explicitus est alexander grammaticus cum breui & vtili expositione. Impressus Basilee Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto.* Alterius editionis anno superiori N. XXIV. mentionem fecimus.

VI. Ludouici a Turri de Verona Ordinis Minorum de Conceptione B. V. Mariae opus. Brixiae per Boninum de Boninis de Ragusia anno 1486. in quarto.

Prima folii primi pagina vacua est: in auersa legitur carmen *Ad veros virginis deuotos. & sue benedictissime conceptionis Amatores.* Folii secundi duas columnas occupat *Auctoris Epistola. pro compendii Virginei honoris auctoritate: Et defensionis Innocentissime Conceptionis firmitate* ad GABRIELEM Episcopum Agriensem & S. R. E. Cardinalem, cui praesentem tractatum inscripsit. Columna tertia legitur auctoris carmen ad eumdem, quod GABRIELIS epistola ad Vicarium Generalem Ord. Min. *Angelum* de CLAVASIO pro operis adprobatione, & hanc eiusdem Generalis epistola ad auctorem, in qua imprimendi facultas conceditur, excipit. Sequitur dein auctoris prologus, quo finito, prima columna folii sexti ipsum opus incipit. Constat illud quindecim plagularum fasciculis, quos typographus litteris a - p signauit. Paginarum numeri, earum inscriptiones, & custodes desiderantur. Litterae initiales paruis sunt adnotatae. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Typus est gothicus minusculus. Ad calcem operis sequentia habentur: *Opus benedictissime Conceptionis virginis Marie. per venerandum: & Sacrarum litterarum doctissimum interpretem. Fratrem Ludouicum a Turri: de Verona: ordinis minorum obseruantie: deuotissime editum. contra Libellum Inuectiuarum Religiosi innominati: turpiter de apostolico ordine: imo de virginea innocentia obloquentis: explicit. Impressum Brixie per Boninum de Boninis de Ragusia: Et completum. XVIIII Augusti intra octauam Eiusdem immaculate virginis. Anno Domini. M. CCCC. LXXXVI.*

VII. S. Augustini Episcopi Sermones ad fratres Heremitas. Brixiae per Iacobum Britannicum Brixianum anno 1484. in 8.

Hoc opusculum 21 plagularum fasciculis contentum charactere romano ac pereleganti nitidissime impressum est. Caret custodibus, paginarum numeris, earumque inscriptionibus. Litterae initiales, quas paruis indicauit typographus, omnes praeter duas ligno incisas, miniator rubro colore adpinxit. Distinctionis signa praeter punctum occurrunt colon, & interrogationis signum.

Prae-

Praemittitur operi tabula ſermonum, quae prima pagina folii ſecundi finitur. In auerſa eiusdem folii *Incipiunt ſermones ſancti Auguſtini ad fratres ſuos heremitas in heremo commorantes.* Sermones vndeſexaginta numerantur, quos deinde ſermo *de S. Monicha matre ſancti Auguſtini*, CALLISTI ſermo de *conuerſione* eiusdem ſancti, SIGISBERTI Hiſtoria de S. doctore, eadem ex BEDAE & ex S. ANTONINI Chronicis excipiunt. Vltimum locum obtinet *oratio* S. AVGVSTINI de *Paſſione Domini*, quae ſi quadraginta diebus perſolvatur, a BONIFACIO VIII. indulgentia plenaria conceditur, quam BENEDICTVS XI. quoque confirmauit. In fine legitur: *Impreſſum Brixiæ per Iacobum Britanicum Brixianum. Anno domini. M. CCCC. LXXXVI. die V. Ianuarii.*

Aliam horum ſermonum editionem iam ſuperius inter libros anni nota carentes deſcripſimus. De praeſenti editione Bibliographi altum tenent ſilentium, & primam anni indicio inſtructam anno 1490 Venetiis typis euulgatam proferunt, ex quo patet, quam inſignis eiusdem raritas ſit. V. GEMEINERS *Nachrichten* &c. p. 277.

VIII. *Homilie Chryſoſtomi ſuper Iohannem.* Coloniae anno 1486. in fol.

In prima folii prima pagina verba iſta maiuſculis litteris impreſſa leguntur. Folio ſecundo incipit editoris praefatio, quam alphabeticus excipit index, qui vnacum tabula Euangeliorum tertia columna decimi folii terminatur. Folio ſequenti incipit *Ad clariſſimum virum Coſmum medicen florentinum In Iohis Chriſoſtomi commentarium ſuper Iohannis euangelio Franciſci aretini prefatio.* ARETINVS iſtas homilias e graeco in latinum transtulit ſermonem, easque COSMO *Mediceo* inſcripſit. Praefationem ſequitur S. CHRYSOSTOMI prologus, prologum dein prima columna folii quarti Homilia prima. Opus iſtud 183 foliis, decem prioribus non numeratis, numeris ſignatis conſtat. Impreſſum eſt in duabus columnis chartae firmae, ſed minus politae charactere gothico, ac ſatis luculento. Litterae initiales nullae conſpiciuntur, nulli cuſtodes, aut paginarum numeri. Paginae etiam ſignaturis inſtructae adparent. In fine legitur: *Homilie LXXXVII. Beati Iohannis Chryſoſtomi ſuper euangelio Iohannis Colonie apud ſanctum Laurentium impreſſe & diligenter correcte. Anno domini M. CCCC. LXXXVI. feliciter finiuntur.*

IX. Bonauenturae Ord. Min. diuerſi tractatus. Coloniae per Ioannem Koelhoff de Lubeck anno 1486. in fol.

Opus iſtud charactere eodem, quo immediate praecedens, impreſſum, foliis 332 comprehenditur. Folia typographus tam numeris quam litteris ſignauit. Litterae initiales ſunt partim omiſſae, partim paruae adiectae. Cuſtodes deſiderantur. Pagina quaeuis in duas eſt diſtincta columnas. In prima pagina folii primi tractatuum in hoc opere contentorum index habetur, de quibus quidam genuina, quidam apocrypha S. Doctoris opera ſunt. V. OVDINI *Comment. de Script. Eccleſ.* T. III. col. 391 & ſeqq. Primum locum obtinet *Breuiloquium*, quod *centiloquium* folio LI. excipit. Vltimo loco legitur *Laudiſmus de ſancta Cruce*, ad cuius finem ſequentia habentur: *Libri & tractatus ſancti Bonauenture ducis & generalis Magiſtri fratrum minorum Cardinalis epiſcopi tt. albanenſis & ſacre theologie doctoris ſeraphici per me Iohannem Coelhoff de lubeck Colonie ciuem vigilanti cura impreſſi finiunt feliciter. Anno gratie M. CCCC. LXXXVI. in vigilia natiuitatis domini.*



X. Magnini Mediolanenſis Medici Regimen ſanitatis. Louanii per Ioannem de Weſtfalia anno 1486. in 4.

In fronte primae paginae legitur maiuſculis litteris impreſſum: *Regimen ſanitatis Magnini Mediolanenſis medici famoſiſſimi Attrebatenſi epiſcopo directum feliciter incipit.* Sequitur dein auctoris dedicatio, quam auerſa pagina, linea tertia finitam, capitulorum argumenta excipiunt. In auerſa pagina folii ſecundi, linea 15 incipit *Capitulum primum de neceſſitate regiminis ſanitatis.* Hoc opus quatuor conſtat partibus, & 22 plagularum faſciculis, litteris a - y ſignatis, comprehenditur. Typo impreſſum eſt gothico, & pereleganti, chartae quidem firmae, ſed minus politae. Litterae initiales, cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur. In fine legitur: *Regimen ſanitatis Magnini mediolanenſis medici expertiſſimi opus equidem non parum utile omni cum diligentia in hoc volumen redactum feliciter explicit. Impreſſum in domo Iohannis de weſtfalia Alma in vniuerſitate Louanienſi Anno M. CCCC. LXXXVI.* Hac de editione nec MAITTAIRE, nec BAVR, nec alius Bibliographorum notitiam habuit.

XI. Ioannis Beets Ord. Carmelit. Expoſitio praeceptorum Decalogi. Louanii per Aegidium Vander Heerſtraten anno 1486. in fol.

Praemittitur operi huic, 44 plagularum faſciculis contento, breuis auctoris Biographia *Ex libro de viris illuſtribus ſacri ordinis virginee genitricis Marie de monte Carmelo* deſumta, in qua ſequentia habentur: *Iohannes Beets doctor conſpicuus multa præſtans virtute. in acutiſſimis diſputationum certaminibus clarus. ad obiecta cuncta reſponſalis promptiſſimus, concionatorque admodum facundus cuius non intimus animum frons gene oculi color modusque vocis pandere quam verba videbantur & adeo gratioſus vt ex concionantis ore pendentes cunctos aſpeximus: ſalutis eterne poculum quem mulieris propinauit. memoriamque ſui poſteria in benedictione reliquit.* Recenſentur deinde illius ſcripta, inter quae praeter praeſens opus *Lectura ſuper D. PAVLI epiſtola ad Romanos*, *Quaeſtiones variae diſputatae*, *Tractatus de Sacramento Euchariſtiae*, & *ſermones tam de tempore, quam de feſtis Sanctorum* numerantur. In fine denique legitur: *Anno autem chriſtiane ſalutis. M. CCCC. LXXXVI. XVI. Kal. auguſti Deo natureque concedens in cenobio tenenſi vbi diue marie clamide candida primum indutus eſt delatus merore publico debita veneratione ſepulturam accepit.* Tum incipit index alphabeticus materiarum, qui tertia columna folii vndecimi, linea duodecima finitur. Huic, paruo ſpatio relicto, ſubiecta habetur *Iodoci* BEISSELII Auſtriae Ducis Conſiliarii epiſtola ad *Arnoldum* de BOST Carmelitam, quae quarta columna definit. Folio duodecimo *Prologus doctiſſimi ſacre theologie profeſſoris magiſtri Iohannis beets, ordinis glorioſe virginis Marie de monte carmeli, in expoſitionem decem catalogi preceptorum incipit feliciter*, qui quarta eiuſdem folii columna terminatur. Tum folio ſequenti ipſum opus inchoat, quod in duabus columnis chartae praeſtanti admodum, gothico, ac eleganti charactere impreſſum eſt. Caret litteris initialibus, paginarum numeris, & inſcriptionibus, atque cuſtodibus. Paginas litteris ſignauit typographus. In fine ſequens habetur notitia: *Commentum inſignis ſacre theologie profeſſoris magiſtri Iohannis beetz ordinis diue virginis de monte carmeli ſuper decem preceptis decalogi feliciter explicit. Impreſſum in alma necnon florentiſſima vniuerſitate Louanienſi per me Egidium vander heerſtraten ſub anno chriſtiane natiuitatis ſupra Milleſimum quadringenteſimum octuageſimo ſexto Die decima nona menſis Aprilis.*

XII. Feli-

XII. Feliciani Ord. Praedic. Tractatus de diuina Praedestinatione. Memmingae per Albertum Kunne de Duderstat anno 1486. in 4.

In prima pagina primi folii conspicitur figura ligno incisa, Deum & hominem in diuinae prouidentiae sinu quiescentem repraesentans. In medio superioris marginis legitur: *Diuina prouidentia*: in vtroque hominis humero *Liberum arbitrium*: a dextris: *Tendens ad bonum, predestinatur ad premium*: a finistris: *Tendens ad malum predestinatur ad supplicium.* In vtroque margine laterali diuersae sententiae de praedestinatione tum ex sacra scriptura, tum ex S. *Bernardo*, tum ex ratione petitae habentur. Auersam paginam occupat registrum huius operis, quod 17 capitulis constat. Folio secundo *Incipit tractatus fratris Feliciani ordinis predicatorum doctoris eximii de diuina predestinatione intitulatus*, qui IACOBO Episcopo Beatino inscriptus est. In auersa folii duodecimi pagina *Explicit tractatulus fratris Feliciani ordinis predicatorum de diuina predestinatione intitulatus feliciter Impressus Memmingen per Albertum Kunne de Duderstat anno salutis* 1486. Impressus est iste chartae firmae admodum, gothico minusculo charactere. Litteras initiales paruas adiecit typographus, litterisque signauit paginas. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Alterius editionis P. I. p. 50. mentio facta fuit.

XIII. Benceslai Brack Grammatica. Memmingae per Albertum Kunne de Duderstat anno 1486. in 4.

Prima folii primi pagina vacua est; in auersa legitur auctoris epistola ad suos Discipulos. Folio secundo ipsa grammatices ars incipit. In prima pagina folii duodecimi altera habetur auctoris epistola iisdem inscripta, quam folio 13 diuersae exercitationes, & & descriptiones excipiunt. In auersa folii 28 pagina *Epistola ad superiora* habetur, ad cuius finem legitur: *Finis huius materie felix Impressus Memmingen per Albertum Kunne de duderstat. Anno salutis.* 1486. Externa huius opusculi forma plane eadem est, quae in immediate praecedenti fuit descripta.

Primam hanc esse huius opusculi editionem, ex secunda auctoris epistola anno eodem ad discipulos scripta patet.

De auctore huius opusculi, eiusdemque editione, altum est apud Bibliographos silentium. Quantum ex eiusdem epistolis discimus, fuit ille Constantiae vrbis ad lacum pontanicum sitae Examinator, ac artis Professor qui ad seculi XV. finem clarebat.

XIV. Pauli Florentini Ord. S. Spiritus Breuiarium totius iuris Canonici. Memmingae per Albertum Kunne anno 1486. in fol.

Opus istud charactere eodem, quo immediate praecedens, impressum, 129 foliis, prioribus quatuor non numeratis, quae indicem alphabeticum continent, constat. Litteras initiales paruas adpressit typographus, folia quoque numeris ac litteris signauit, notas marginales addidit, distinctionumque ac quaestionum numerum in superiori margine indicauit. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas.

In auersa folii primi pagina — Prima vacua est — legitur PAVLI *Florentini* epistola dedicatoria ad INNOCENTIVM Romanum Ordinis S. Spiritus Generalem Magistrum. Folio secundo *Egregii Theologie professoris Magistri Pauli Florentini diui ordinis sancti Spiritus de Roma totius canonici iuris Breuiarium primo Decretorum secundo Decretalium perutile ad colendis-*

ſimum patrem & dominum Innocentium alme religionis generalem preceptorem ac Romane dignitatis decus feliciter incipit. Secunda columna folii 116 finitur *Decretorum Breuiarium omnibus perutile.* Auerſa eiusdem folii vacua eſt. Folio ſequenti *Tabula Breuiarii Decretalium* incipit, quae prima folii 118 pagina terminatur. Auerſa eiusdem iterum vacua eſt. Folio 116 *Breuarium decretalium peruttile incipit.* Ad calcem ſequentia habentur: *Decretorum ac Decretalium Sexti & Clementinarum perutile Breuiarium cum tabula per alphabetum. Qua aperta ſtatim aderunt ad tuum omne propoſitum quelibet totius canonici iuris excerpte electiores auctoritates per magiſtrum Paulum Florentini diui ordinis ſancti ſpiritus. Ad Reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum Innocentium ſue religionis ac Romane dignitatis decus. Impreſſum Memmingen per Albertum Kunne de duderſtat. Anno ſalutis.* 1486. MAITTAIRE hanc editiouem penitus ignorauit.

XV. Bernardi de Breidenbach Eccleſiae Mogunt. Decani iter ſanctum. Moguntinae per Erhardum Reuwich anno 1486. in fol.

Opus praeſens charactere gothico impreſſum 147 foliis conſtat, nullas exhibens ſignaturas, aut cuſtodes, aut paginarum numeros. Primae initialis litterae loco Moguntini Electoris inſignia cum Hennebergicae familiae coniuncta conſpiciuntur. Reliquas vero initiales litteras miniator rubro colore adpinxit. Charta eſt alba, ac laeuigata, in qua amplas typographus reliquit margines. Haud parum iſtud exornant figurae eleganter ligno inciſae, frequenter recurrentes.

Auerſam folii primi paginam integram occupat figura ligno inciſa, in cuius medio faemina ſtat. A dextris eiusdem inſignia BREIDENBACHI: a ſiniſtris *Ioannis* Comitis de SOLM, in medio inferioris marginis *Philippi* de BICKEN adparent. Folio ſecundo absque titulo incipit auctoris dedicatoria epiſtola ad BERTHOLDVM Archiepiſcopum Moguntinum, quae prima folii tertii pagina terminatur. In auerſa eiusdem, & prima pagina folii ſequentis habentur huius operis contenta. In auerſa *Prefatio in opus transmarine peregrinationis ad venerandum & glorioſum ſepulcrum dominicum Iheruſalem eius tum laudes tum fructus paucis attollens. intentionemque exprimens auctoris & operis deciſionem Incipit feliciter.* Haec miſſalibus litteris ſunt expreſſa. Folio octauo ipſum opus in duas partes diſſectum incipit. Prima pars peregrinationem ad Domini ſepulchrum, ſecunda ad ſepulchrum S. CATHARINAE enarrat. Prima folii 100 pagina *Prima huius operis pars finit,* In auerſa ſecundae partis praefatio incipit, quam auerſa folii 103 pagina peregrinationis enarratio excipit. Ad calcem operis legitur: *Sanctarum peregrinationum in montem Syon ad venerandum chriſti ſepulcrum in Ieruſalem atque in montem Synai ad diuam virginem & martirem Katherinam opuſculum hoc contſinuum per Erhardum reüwich de Traiecto inferiori impreſſum In ciuitate Moguntina Anno ſalutis. M. CCCC. LXXXVI. die XI. Februarii finit feliter.* - ſic - His ſubiecta habentur inſignia iuxta ROTSCHOLZ typographi, iuxta cl. PANZER familiae Hennenbergicae nigro colore expreſſa.

XVI. Idem opus in lingua teutonica impreſſum Moguntiae per Erhardum Reuwich anno 1486. in fol.

Hoc opus eodem charactere, eidemque chartae eſt impreſſum. Caret quoque initialibus litteris, cuſtodibus, ſignaturis, & paginarum numeris iisdemque eſt illuſtratum figuris ligno inciſis. In auerſa folii primi pagina eadem figura in opere praecedenti deſcripta,

quae



quae in editione a cl. PANZER adumbrata desideratur, conspicitur. Folio secundo incipit auctoris epistola dedicatoria ad BERTHOLDUM Archiepiscopum Moguntinum, quae prima folii quarti pagina, linea quarta desinit. Spatio paruo interiecto, huius operis contenta sequuntur, quae prima folii sexti pagina, linea decima finiuntur. Reliquum folii vacuum est. Folio sexto incipit operis praefatio, folio dein decimo prima ipsius pars. In fine operis legitur: *Dises werck ynnhaltende die heyligen reyssen gen Iherusalem zu dem heiligen grab vnd furbasß zu der hochgelobten iungfrauen vnd merteryn sant katheryn durch Erhart rewich von Vttricht yn der statt Meynz gedrucket ym iar vnsers heylß. tusent. vierhundert. vnd LXXXVI. yn dem. XXI. tag deß Brachmonedts. Endet sich seliglichen.* His subiecta sunt insignia in praecedenti editione descripta.

Ioannes BREYDENBACH e Breidenbachiorum stirpe, quae hodiedum Burggrafiorum Fridbergensium dignitate eminet, ortus, Decanus & Camerarius Ecclesiae Moguntinae cum *Iohanne* de SOLMS Domino de Münzenburg, *Philippo* de BICKEN, & *Erhardo* REWICH de Traiecto inferiori Pictore, eorumque famulis spiritu poenitentiae ductus, animaeque suae salutem procurandi zelo inflammatus anno 1483 iter ad sepulchrum Domini Saluatoris, ac S. CATHARINAE instituit. Venetiis plures adhuc nobiles, quos omnes auctor enumerat, Comites se adiunxerunt. Demum anno 1484 octaua Ianuarii naue vecti Venetias reduces peruenerunt. Conscripsit, aut conscribi iussit BREIDENBACHIUS suum itinerarium, vrbes, animalia exotica, sepulchrum dominicum, vnacum templo extructo, orientalium populorum habitum, eorumque characteres ad scribendum vsitatos delineari, ac ligno incidi, opusque imprimi curauit, cuius prima editio anno 1486 tam in latina, quam in vulgari lingua in lucem prodiit. Praeter itineris sui historiam scripsit quoque de Constantinopolitanae vrbis excidio & expugnatione, addiditque indicem insularum a Venetiis vsque Rhodium, quaedam communia vocabula de idiomate saracenico in latinum translata, historiam de Nigroponti captione ab anonymo conscriptam, narrationem de Rhodiae vrbis obsidione, de captiuitate vrbis Idruntinae, quae a *Guillielmo* CANOERSIN descripta dicitur, Regimen peregrinantium trans mare, quod HELI medicus scripsit, denique Cautelam contra pediculos ac pulices & muscas in mari. Figurae per integrum opus occurrentes in ipso itinere ab *Erhardo* REWICH fuisse delineatae ab auctore dicuntur. An hic *Erhardus* REWICH praesens quoque opusculum typis euulgarit, cl. PANZER cum MASCHIO maxime ex eo dubius haeret, eoquod haud verisimile videatur, REWICHIUM itineris comitem post reditum tam bene instructam habuisse officinam, quae ad tantum opus imprimendum requirebatur. Insuper nullum monumentum typographicum ab illo vel ante annum 1486, vel illo elapso elucubratum innotescit. An hae rationes sat valoris polleant, cuilibet lectorum meorum ex vtriusque editionis finali subscriptione iudicandum relinquo. V. PANZERI *Annal. Litterat. Teut.* p. 192, FREYTAG *Adpar.* I. p. 48 & seqq.

XVII. Sextus Decretalium cum adparatu Ioan. Andreae Norimbergae per Antonium Koburger anno 1486. in fol.

In fronte operis rubro colore legitur impressum: *Incipit liber sextus decretalium domini Bonifacii pape VIII.* Opus istud sexdecim plagularum fasciculis, litteris a - q. signatis contentum in duabus columnis chartae praestantissimae charactere gothico sat luculento impressum est. Litteras initiales partim penitus omisit typographus, partim paruas adiecit. Caret istud custodibus, & paginarum numeris. Rubricae rubro colore sunt expressae. In fine rubro quoque colore impressum habetur: *Presens huius sexti decretalium. Bonifa-*

cii



cii pape octaui preclarum opus : vnacum apparatu domini Iohannis andree impensis anthonii Koberger industrie Nuremberge est consummatum. Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto : XII. vero Kal. Iulii.

XVIII. Clementis V. Constitutiones cum adparatu Ioannis Andreae. Adcedunt decretales extrauagantes, Norimbergae per Antonium Koburger anno 1486. in fol.

Externa huius editionis forma plane cum praecedenti editione quoad omnia conuenit. In fronte operis legitur rubro colore impressum : *Incipiunt constitutiones clementis pape quinti vna cum apparatu domini Iohannis andree.* Plagularum fasciculi duodecim litteris A - H signati numerantur. Prima folii 56 pagina rubro colore impressum habetur : *Clementinarum opus perutile enucleatius castigatum elimatumque impensa atque industria singulari Antonii Koberger nuremberge impressum feliciter explicit Olimpiadibus dominicis. M. CCCCLXXXVI, XV. Marcii.* In auersa pagina incipiunt *Extrauagantes* absque titulo, quae quarta columna folii 58, fine finali subscriptione terminantur.

XIX. Anitii Torquati Seuerini Boethii de Consolatione Philosophica Libri V. cum S. Thomae Aquinatis Commentariis. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1486. in fol.

Praemittitur operi index alphabeticus materiarum quatuor foliis contentus. Folium quintum occupat S. THOMAE praefatio. Folio sexto *Anitii Manlii Torquati Seuerini Boetii Ordinarii Patricii viri exconsulis de consolatione philosophie liber primus incipit.* Typus, quo impressum est praesens opus, plane idem est, quo immediate duo praecedentia impressa habentur. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Paginae litteris a - i sunt signatae. Litterae initiales maxima ex parte nullae, quandoque, sed raro admodum, paruae adparent. Charta est firma quidem, sed minus polita. In margine superiori librorum numerus est indicatus. In fine sequentia leguntur : *Anitii Torquati Seuerini Boetii viri nominis celebritate quam memorandi textus de philosophie consolatione : cum editione commentaria beati Thome de aquino ordis predicatorum : Anthonii Kohergers ciuis inclyte Nurembergensium vrbis industria fabrefactus : finit feliciter. Anno a natiuitate christi. Millesimo. CCCCLXXXVI. in vigilia sancti Iohannis baptiste.* Huius editionis meminit FREYTAG *Adpar.* I. p. 244, eamque raram adpellat.

Anicius Manlius Torquatus Seuerinus BOETHIVS gente Romanus ex nobilissima totius Romae familia ortus, omnium artium, omnium disciplinarum non modo elementa, sed & reconditiora mysteria penitus imbibit, adeo vt omnium sui aeui litteratorum facile princeps audiret. Honoribus consularibus saepius exornatus, tandem anno 523, cum THEODORICI Regis Gothorum, cui charissimus erat, in peiora indies ruentis tyrannidem acriter corriperet, Regis inimicitias expertus, exilio multatus, ac Ticinum delatus anno 524, immisso carnifice, in carcere decollatus est. CAVE T. I. *Hist. Litter. Script. Eccles.* p. 495.

S. THOMAM *Aquinatem* commentarios S. Doctori plane indignos, non composuisse, eruditi vix non omnes adsentiuntur. V. QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 344. FREYTAG loc. cit.

XX. De-

XX. Decifiones extractae a quodam libro Thomae Falftoli. II. Conclufiones de confilus Dominorum S. Palatii caufarum auditorum per Bernardum de Bifgneto recollectae. Papiae per Chryftophorum de Canibus & Steffanium de Georgiis anno 1486. in fol. mag.

Opus praefens foliis 52 contentum in duabus columnis chartae praeftanti admodum gothico, ac eleganti charactere impreffum eft. Paginae litteris funt fignatae, cuftodes vero & paginarum numeri defiderantur. Initiales litterae parune a typographo funt adpreffae. Prima folii primi pagina vacua eft, auerfam occupat *Ioannis Aloyfii Tufcani* de MEDIOLANO, qui opus praefens confcripfit, epiftola ad *Ioannem francifcum* de PAVINIS de Padua. Tria folia fequentia implent *Summaria dubiorum deciforum collectorum per D. Thomam Falftoli*. In fronte folii quinti rubro colore impreffum legitur : *Ifte decifiones que fequuntur fuerunt extracte a quodam libro : quem dominus Thomas falftoli compilauit fuper ftilo caufarum in palatio apoftolico uertentium : dum ibidem erat auditor : quam compilationem recolegit ex dictis auditorum illis temporibus ibidem palatium regentium.* Secunda columna folii 13 finiuntur iftae decifiones, ad quarum finem legitur : *Decifiones fiue conclufiones R. P. & dominorum facri palatii auditorum recollecte per R. P. & dominum thomam falftoli eiusdem facri palatii tunc auditorem impreffe Papie per Chriftoforum de canibus & Stephanum de Georgiis impreforie confocios In. M. CCCCLXXXVI. quarto decimo Kalendas Augufti Illuftriffimo & inuictiffimo Diuo Iohanne Galeaz maria ffortia uicecomite Infubrium Duce fexto feliciffimo imperante.* His fubiectum habetur : *Sequuntur decifiones ueteres.*

Tertia eiusdem folii columna *Sequuntur quedam conclufiones de confiliis uenerabilium uirorum Dominorum facri palatii apoftolici caufarum auditorum : de tempore quo reuerendiffimus pater dominus Bernardus de bifgneto fancte Romane ecclefie Cardinalis : uir utique magne fcientie & clari intellectus : erat eiusdem palatii caufarum auctor : per eundem dominum Bernardum de bifgneto recollecte.* Secunda columna folii 52 *Expliciunt Conclufiones : fine decifiones tam noue quam ueteres de confiliis Venerabilium uirorum dominorum facri palatii apoftolici : caufarum auditorum. De tempore quo reuerendiffimus pater dominus Bernardus de bifgneto : fancte romane ecclefie cardinalis : uir utique magne fcientie & clari intellectus : erat eiusdem palatii caufarum auditor : Per eundem dominum Bernardum de bifgneto recollecte : Et per Iohannem de molendino de benignitate fedis apoftolice predicte : rectorem parrochialis ecclefie in lemmefel rigenfis diocefis fcripte. Anno domini M. CCCC. LXXVII. pontificatus domini Gregorii pape. XI. anno eius feptimo. Impreffe Papie per Chriftophorum de canibus & Steffanium de georgiis artis impreforie confotios folertiffimos cura & impenfa nobilis uiri Gafparini de fiambertis ciuis papienfis decimo feptimo calendas Iulias. 1. 4. 8. 6. Dominante Illuftr. & excelentiffimo diuo Iohanne galeaz maria Sfortia uice comite Infubrium. Duce fexto feliciffimo. Ad optimi maximi eternique dei nec non eius matris uirginis intemerate laudem & gloriam.*

Laus Deo

Tertiam columnam occupat chartarum Regiftrum.

XXI. *Praecepta latinitatis.* Reutlingae per Ioannem Otmar anno 1486. in 4.

Verba ifta in prima folii primi pagina maiufculis litteris impreffa habentur. In auerfa fequentia tantum leguntur : *Precepta latinitatis ex diuerfis oratorum atque poetarum codicibus tracta per magiftrum Michaelem lindelbacher ex ochfenfurt in vnum iuxta donati ordinem collecta*



collecta Incipiunt foeliciter. Folio secundo incipit prologus ad Andream quemdam directus, quem prima folii tertii pagina *Primum preceptum de partibus orationis* excipit. Hoc opusculum duodecim plagularum fasciculis litteris a - m signatis comprehenditur. Typus, quo impressum, est gothicus. Caret custodibus, paginarum numeris. Litteras initiales partim omisit typographus, partim paruas adiecit. Ad calcem operis legitur : *Finiunt tricenta triginta octo latinitatis precepta Edita per magistrum Michaelem lindelbacher ex ochsenfurt conregentem pro tunc in almo vniuersitatis studio Tubingensi Impressa denique expensis magistri Iohannis otmar in Ruttlingen. Anno domini. M. quadringentesimo octuagesimo sexto. Ei ergo qui beneficit omnia sint laudes in seculorum secula.*

XXII. Iacobi Philippi Bergomensis Ord. Eremit. S. August. Supplementum Chronicarum. Venetiis per Bernardinum de Benaliis anno 1486. in fol.

Praemittitur operi alphabeticus materiarum index vndecim foliis contentus. Folium duodecimum occupat prologus ad Magistratum Bergomensem. Denique ipsum opus 295 foliis, cifris arabicis in superiori, & in inferiori litteris signatis, compre hensum, gothicoque ac pereleganti charactere impressum his verbis incipit : *Fratris Iacobi philippi Bergomensis ordinis fratrum Eremitarum diui Augustini: in omnimoda historia nouissime congesta : Supplementum Cronicarum appellata. Liber primus feliciter incipit.* Ad calcem operis legitur : *Ac sic demum deo auxiliante & fauente supplementi chronicarum iam tertio terminum ponam: quam me semel & bis : ac ter promisi cum omni diligentia & veritate facturum : quo in loco & nunc & semper nisus fui sine errore conscribere successionis regum & principum omnium & actus eorum, ac virorum in disciplinis excellentium; & religionum origenes: necnon & pontificum omnium per cursus: sicut ex lib. histo. descriptio continetur. Hoc quippe in exordio huius operis me facere compromisi. Perfectum autem est & denuo castigatum atque auctum per me opus fuit Idibus octobris : anno a natali christiano. M. CCCC LXXXVI. in Ciuitate nostra Bergomi: mihi vero a natiuitate quinquagesimo secundo.*

Impressum Venetiis per Bernardinum de benaliis bergomensem eodem anno videlicet. 1486 *die* 15 *decembris.* Figurae per integrum opus occurrentes, & initialium litterarum quaedam pars sunt ligno incisae; reliquas vero initiales miniator rubro colore adpinxit. In laterali margine sunt rerum memorabilia, & anni tam ab orbe condito, quam a natiuitate Christi adnotati. Custodes desiderantur.

Haec editio tertia, & omnium rarissima a Bibliographis laudatur. Prima Venetiis anno 1483, secunda Brixiae an. 1485. in lucem prodiere. Editionis anno 1475 elucubratae & a Bollandistis productae existentiam omnes Bibliographicae artis gnari denegant. V. *Zapfianae Bibliothecae Memorabilia* p. 101 & seqq. *Gemeiner Notitiam Bibl. Ratisbon.* p. 153.

Iacobus Philippus, cognomento FORESTVS, natione Italus, Patria Bergomensis, ex nobili *Forestorum* familia oriundus, Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI Alumnus, studio historico vsque ad decrepitam aetatem totus deditus, anno aetatis suae 85, Christi vero anno 1518 in sancta pace oculos clausit. Omnes viri eruditi illum vt virum multae lectionis, & iudicii non vulgaris, ac Historiographum validum laudant. OSSINGER *Bibl. August.* pag. 359.

XXIII. Libri IV. de imitatione Christi. Adcedit Ioan. Gerson tractatus de de meditatione cordis. Venetiis per Franc. de Madiis anno 1486 in 8.

In

In fronte primi folii legitur: *Incipit liber primus Ioannis Gerſon cancellarii pariſienſis. de imitatione Chriſti & de contemptu omnium vanitatum mundi.* Secunda columna folii 61 *Explicit liber quartus & vltimus de ſacramento altaris.* Tertia columna *Incipit tractatus de meditatione cordis Iohis Gerſon.* Folii 65 ſecunda columna *Iohannis Gerſon cancellarii pariſienſis: de contemptu mundi libri quatuor vno cum tractatu de meditatione cordis ſelici numine finiunt. Impreſſum Venetiis impenſis Franciſci de madiis M. CCCC. LXXXVI.* Typus quo hoc opuſculum impreſſum, eſt gothicus minuſculus. Deſunt initiales litterae, & cuſtodes; paginae vero tam litteris, quam cifris arabicis ſunt ſignatae. Alterius editionis ſub nomine GERSONIS elucubratae ſuperiori anno N. XXVII. mentionem fecimus.

XXIV. Decretum Gratiani cum adparatu Bartholomaei Brixienſis. Venetiis per Thomam de Blauis de Alexandria anno 1486. in 4. mai.

Opus praeſens 40 plagularum faſciculis litteris ſignatis contentum, in duabus columnis chartae albae ac politae gothico charactere eſt impreſſum. Caret cuſtodibus & paginarum numeris. Litteras initiales partim omiſit, partim paruas, partim quoque maiores rubro adpreſſit colore typographus. Rubricae ſunt rubro colore expreſſae. Initio operis legitur: *In nomine ſancte & in diuidue trinitatis Incipit concordia diſcordantium canonum.* In fine ſequentia rubro colore impreſſa habentur. *Diuinus decretorum codex impreſſus venetiis impenſa ac diligentia Thome de blauis de alexandria feliciter explicit. anno ſalutis chriſtiane milleſimo CCCC. LXXXVI. die XXVIII. iullii. Innocentio quarto pontifice maximo Marcho barbarico Inclyto venetorum duce.* His ſubiecta ſunt typographi inſignia rubro colore expreſſa. Tum ſequitur adhuc *Regiſtrum chartarum huius decreti.*

GRATIANVS natione Tuſcus, patria Cluſinas, Ordinis S. BENEDICTI Monachus, doctiſſimus iuris Eccleſiaſtici interpres, ſcripſit circa annum 1151. *decretorum canonicorum collectanea* ſeu *concordantiam diſcordantium canonum* ex SS. Patrum dictis, ſynodorum canonibus, ſpuriis Romanorum Pontificum decretalibus collectam. Quamplurima quoque ex IVONE & BVRCHARDO hauſit. Opus iſtud EVGENIVS III. P. M. adprobauit & academiis publice legi iuſſit. CAVE T. II. *Hiſtor. Litterar. Script. Eccleſ.* p. 216. OVDIN. T. II. *Commentar. Script. Eccleſ.* col. 1202.

XXV. Gregorii IX. Decretalium libri IX. cum Gloſſa. Venetiis per Thomam de Blauis anno 1486. in 4. mai.

Externa huius editionis forma quoad omnia cum praecedenti conuenit. In auerſa folii primi pagina breuis legitur praefatio. Folio ſecundo rubro colore impreſſum habetur: *In nomine ſancte trinitatis amen. Compilatio decretalium gregorii IX.* Conſtat hoc opus 52 plagularum faſciculis litteris inſignitis. Ad calcem operis legitur rubro colore impreſſum: *Noua decretalium compilatio Gregorii IX. impreſſa Venetiis impenſa atque diligentia Thome de blauis de alexandria feliciter explicit. Anno ſalutis chriſtiane Milleſimo CCCC. LXXXVI. die XXII. decembris. Innocentio octauo pontifice maximo. Auguſtino barbarico inclyto venetorum duce. Finis.* Primam vltimi folii paginam *Regiſtrum chartarum huius decretalis* occupat, cui ſubiecta ſunt typographi inſignia.



XXVI. Bartholomaei de Chaimis Ord. Min. Confeſſionale. Venetiis per Raynaldum de Nouimagio anno 1486. in 4.

Primi folii tres columnas tabula huius opuſculi implet. Folio ſecundo *Incipit interrogatorium ſiue confeſſionale per venerabilem fratrem Bartholomeum de chaimis de mediolano ordinis minorum compoſitum in loco ſancte marie de angelis apud mediolanum : & diſtinguitur in quatuor partes principales.* Impreſſum eſt illud in duabus columnis gothico charactere, nullas exhibens initiales litteras, aut cuſtodes, nulloſque paginarum numeros. Paginae litteris a - g ſunt ſignatae. In fine legitur : *Impreſſum Venetiis per Reynaldum de nouimagio teoteutonicum : Anno ſalutis.* 1486. *adi.* 28. *Septembris.* De aliis quatuor huius operis editionibus iam mentionem fecimus.

XXVII. Dominici de Sangeminiano lectura ſuper ſecunda VI. libri. Venetiis per Andream de Calabriis anno 1486. in fol. mag.

In auerſa folii primi pagina legitur *Petri* ALBIGNANI Trecii epiſtola dedicatoria ad *Iacobum* ZENVM Praeſulem Patauinum. Folio ſecundo ipſum opus in duabus columnis chartae praeſtanti admodum, pereleganti gothico charactere impreſſum incipit. Conſtat illud 21 plagularum faſciculis litteris a - x ſignatis. Cuſtodes & paginarum numeri deſiderantur. Litterae initiales maiores paruis indicantur. In fine legitur : *Explicit lectura aurea clariſſimi & excellentiſſimi doctoris dominici de ſancto geminiano. ſuper ſecunda. VI. Lib. maxima cum diligentia reuiſa & fideli ſtudio emendata ſicut ipſum opus pro ſe ſatis atteſtabitur per venerabilem preſbyterum. vtriuſque iuris doctorem. Troilum zane venetum Venetiis impreſſa per Andream de Calabriis papien. Anno domini. M. CCCC. LXXXVI. VII. Kl. martii.* In auerſa vltimi folii pagina librorum tituli, & chartarum regiſtrum habentur.

XXVIII. S. Thomae Aquinatis Scriptum ſuper Lib. I. Sententiarum. Venetiis per Antonium de Strata Cremonenſem anno 1486. in fol.

Priora duo folia occupant capitula primi libri ſententiarum. Folio tertio *Incipit ſcriptum ſancti Thome de Aquino ordinis predicatorum ſuper primo libro ſententiarum : cum textu ſingulis diſtinctionibus antepoſito.* Duplici illud charactere impreſſum eſt, textus nimirum magiſtri Sententiarum gothico maiuſculo, S. THOMAE vero expoſitio minuſculo. Litterae initiales paruae in expoſitione occurrunt, in textu omiſſae ſunt. Cuſtodes & paginarum numeri deſiderantur. Paginas, quae in duas ſunt diſtinctae columnas, litteris a - t ſignauit typographus. Charta eſt alba admodum, ac laeuigata. In ſuperiori margine diſtinctionum numerus legitur adnotatus. In fine vltimae diſtinctionis ſequentia habentur : *Explicit ſcriptum ſancti Thome de aquino ordinis predicatorum ſuper primo libro ſententiarum ſingulis diſtinctionibus antepoſitis. Impreſſum Venetiis per magiſtrum Antonium de ſtrata Cremonenſem. Anno domini* 1486. *Die* 21. *Iunii.* Adiectum eſt *Regiſtrum cartarum huius operis*, & *tabula primi ſcripti ſenteutiarum ſancti Thome.*

XXIX. S. Thomae Aquinatis tertia pars Summae. Accedit Supplementum ad tertiam partem. Venetiis per Bernardinum de Tridino ex Monteferrato anno 1486. in fol.

Pars



Pars tertia S. THOMAE 17 comprehenditur plagularum fasciculis, litteris a - r signatis, quorum omnes quaterni praeter q & r, qui terni sunt; additiones vero duodecim, litteris aa - mm signatis, qui omnes quaterni sunt, continentur. Desunt custodes, paginarum numeri, & initiales litterae maiores, quae quandoque minoribus sunt notatae. Typus est gothicus minusculus. Pagina quaevis in duas est distincta columnas. Quaestiones in superiori margine conspiciuntur indicatae.

In fronte primae columnae legitur: *Incipit tertia pars summe sancti Thome de Aquino. Questio prima de conuenientia incarnotionis.* Ad finem CXC. quaestionis haec habentur: *Explicit illud quod habetur de tertia parte summe sancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum que preuentus morte eam perficere non potuit.* Sequitur dein tabula tribus foliis contenta, cui registrum chartarum est subiectum.

Initio supplementi legitur: *De partibus penitentie in speciali: & primo de contritione.* Constant illae XCIX. quaestionibus, ad quarum finem sequentia habentur: *Expliciunt additiones tertie partis Summe sancti Thome de Aquino de ordine fratrum predicatorum. Impresse venetiis ductu ac impendio prouidi viri Bernardini de tridino ex monteferrato anno salutis dominice M. CCCC. LXXXVI. die vero decimo. mensis aprilis.* His adiectum est chartarum registrum. Vltima duo folia tabula occupat.

S. THOMAM morte praeuentum tertiam haud compleuisse partem, exploratum habetur. Supplere igitur quidam auctor Anonymus, quae illi deerant, studuit. Ast nomen Supplementi, vt QVETIF multis demonstrat, omnino non meretur, cum illud nihil aliud est, quam pars scripti S. Doctoris in quartum sententiarum ab amanuensi transscripta, & ad calcem partis tertiae summae reiecta. Quis autem ille fuerit, controuersia est inter doctores, quidam illud *Alberto* de BRIXIA, quidam *Petro* de ALVERNIA, quidam denique, quibus adsentitur QVETIF, *Henrico* de GORRICHEN, sub cuius nomine saepius quaestiones ex quarto scripto S. THOMAE pro completione materiae in tertia parte declarandae elucubratae sunt, adscribunt. V. QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 291. & 92.

XXX. P. Ouidii Nasonis opera omnia. Venetiis per Bernardinum de Nouaria anno 1486. Partes II. in fol.

Pars prima Boni Accursii Pisani epistolam ad *Cicchum* SIMONETAM, editioni Mediolanensi anni 1475 praemissam, vitam OVIDII ex ipsius scriptis ab ACCVRSIO desumtam, & libros Metramorphoseos complectitur. Constat 18 plagularum fasciculis litteris A - S. signatis, quorum omnes quaterni sunt, praeter vltimum, qui quinternus est. Prima pagina folii primi vacua est; in auersa legitur *Boni* ACCVRSII epistola. Folia quatuor sequentia OVIDII vitam comprehendunt. Istam excipit index fabularum cuiuslibet libri, tribus foliis contentus. Folio nono Metamorphosis incipit. Cuiuis libro fabularum in illo contentarum tabula, multisque earum Summarium praemittitur. Ad calcem vltimi libri legitur: *Impressum Venetiis per Bernardinum de Nouaria. M. CCCC. LXXXVI. Die XIII. Ianuarii.* His adiectum est chartarum registrum.

Pars secunda 29 plagularum fasciculis contenta *Epistolas Heroidum*, *tria Sabini responsa*, libros *Amorum de arte amandi*, *de remedio amoris*, Librum in *Ibin*, *Fastos*, libros *Tristium* & de *Ponto*, denique opera OVIDIO falso attributa, nimirum de *Pulice*, de *Philomela*, de *Medicamine faciei*, de *Nuce*, & de *Consolatione* LIVIAE. In fine legitur: *Impressum Venetiis per Bernardinum de Nouaria die XXVII nouembris M. CCCC. LXXXVI. feliciter.* Primam folii vltimi paginam chartarum registrum occupat.



Impressa sunt OVIDII opera romano, ac pereleganti charactere. Initiales litterae, & paginarum numeri desiderantur. Distinctionis signa occurrrunt punctum, & colon. Singuli tituli litteris capitalibus sunt expressi. Charta est alba admodum, & polita, in qua typographus amplas reliquit margines.

Haec editio splendidissima, ac rarissima iuxta MAITTAIRE norum obtinet locum. Prima anno 1471 simul Romae, & Bononiae in lucem prodiit. V. DENIS *Bibl. Garell. Memorabil.* p. 123.

XXXI. Ioannis de Imola opus in Clementinas. Venetiis per Bernardinum de Nouaria anno 1486. in fol. mag.

Opus istud viginti plagularum fasciculis litteris a - u signatis contentum, in duabus columnis praestantissimae chartae gothico, ac pereleganti charactere impressum est. Caret initialibus litteris, custodibus & paginarum numeris. In superiori magine rubricae impressae habentur. Incipit absque titulo, aut scriptione. Prima materia pertractanda est de *Rescriptis.* In fronte secundae columnae folii vltimi legitur : *Clarissimi ac vtriusque iuris interpretis famosissimi Ioannis de Imola opus preclarum in clementinas. Impressum Venetiis per Bernardinum de nouaria. Anno domini. M. CCCC. LXXXVI. die XV. aprilis.* His subiectum habetur registrum chartarum.

Ioannes de IMOLA, patria Bononiensis, parentibus, qui ab Imola Bononiam olim transmigrarunt, natus, BALDI senis auditor, iuris vtriusque doctor, in vrbe patria haud incelebris, anno 1436 claruit. Scripsit commentaria non solum in CLEMENTINAS, sed & in reliquos iuris canonici, atque in quosdam iuris ciuilis libros. *Heur.* WARTHON in *Adpend.* ad CAVE *Histor. Litter.* p. 126.

XXXII. Ioannis Michaelis Sauoranolae Patauini opus medicum. Venetiis per Andream de Bonetis anno 1486. in fol. mag.

Opus istud, charactere gothico, ac eleganti in duabus columnis praestanti admodum chartae impressum, 34 plagularum fasciculis litteris signatis constat. Litterae initiales maiores paruis sunt indicatae. Custodes, & paginarum numeri omnino desiderantur. Initio operis legitur auctoris prologus *Ad Sigismundum Polcastrum Virum quippe ingeniosissimum operi practico deditum amicum optimum* directus, qui secunda columna primi folii linea 28 terminatur. Tum immediate *Incipit tabula huius libri*, quae tertii folii secunda columna finitur. Auersa eiusdem vacua est. Folio quarto *Tractatus primus de modo processus artificialis medici in medendo. In studio ferrariensi sub excellentissimo duce Borsio. Clarissimi ac huius temporis medicorum principis domini Michaelis sauonarole patauini practica de egritudinibus a capite vsque ad pedes feliciter incipit* Sex tractatus integrum opus constituunt. Primi materia supra habetur; secundus agit *de sex rebus non naturabilibus* : tertius *de modo componendi cibaria in vnaquaque egritudine valentia* : quartus de *simplicibus & compositis iam suis virtutibus secundis tertiis & quartis vsualibus* : quintus de *simplicibus & compositis quibus in suis antidotariis medici in medendo vtuntur* : sextus denique *de omnibus egritudinibus & partibus membrorum nostri corporis.* Ad huius finem sequentia habentur : *Explicit cum gratia omnipotentis dei Marie gloriose beati Hieronimi. beatorum Petri & Pauli apostolorum in quorum felicitate Ego Michael de Sauonarola compleui capitulum vigesimum secundum totius operis finis. pro quo & ceteris deo summo patri filio & spiritui sancto gratias ago infinitas. & dominus sua immensa miseri-*

misericordia me in omni opere bene confirmet . . Amen. Michael Sauonarola. Patauinus ordine equestri horosolimitanorum phisicus & medicus clarissimus hoc diuinum medicine opus edidit. His subiectum est registrum, ad cuius finem legitur: *Venetiis per Andream de Bonetis de Papia. X. Maii. M. CCCCLXXXVI. Laus Deo. Finis.*

Ioannes Michael SAVONAROLAE natione Italus, patria Patauinus, ex nobili Familia oriundus, artis medicae maxime gnarus, ob suam in eadem insignem experientiam Ordini Equestri S. IOANNIS *Baptistae* adscribi meritus fuit. Floruit Seculi XV. medio. IOECHER Lex. T. IV. pag. 172.

XXXIII. Claudii Ptholomaei Cosmographia. Adcedit tractatus de locis & mirabilibus mundi. Vlmae per Ioannem Reger anno 1486. in fol. mag.

In auersa pagina folii primi quaedam animaduersiones habentur. Folio secundo *Registrum Alphabeticum super octo Libros Ptolomei Incipit Feliciter.* Terminatur quarta folii 42 columna. Folio 43 inchoat *Nicolai* DONIS epistola dedicatoria ad PAVLVM II. P. M. quae prima columna folii 44, linea 25 finitur. Sequuntur deinde primi libri argumenta capitulorum, quae ceteris quoque libris sunt praefixa. Ad finem secundae columnae eiusdem folii legitur: CLAVDII PTOLOMEI VIRI ALEXADRINI COSMOGRAPHIE LIBER PRIMVS INCIPIT. Folii 116 quarta columna CLAVDII PTOLOMEI VIRI ALEXANDRINI COSMOGRAPHIE OCTAVVS ET VLTIMVS LIBER EXPLICIT. OPVS DOMINI NICOLAI GERMANI SECVNDVM PTOLOMEVM FINIT. HINC SEQVVNTVR TABVLE, quae in nostro exemplari desiderantur. Typus, quo impressa est Cosmographia cum sequenti tractatu, est romano-gothicus, ac maiusculus. Litterae initiales florentes ligno incisae conspiciuntur. Desunt custodes, & paginarum numeri. Paginae sunt litteris a-i signatae. Charta est firma admodum sed minus polita.

Tractatus de locis, & mirabilibus mundi tribus constat plagularum fasciculis, litteris a-c signatis, quorum omnes quaterni sunt. Prima initialis littera operis ligno incisa est, reliquae vero paruis sunt indicatae, & a miniatore rubro colore adscriptae. Prima pagina folii primi vacua est; auersam occupat registrum. Folio secundo ipse tractatus, qui de *tribus orbis partibus*, de *variis naturis hominum*, *portentorum transformatorum*, necnon de diuersis fluminibus aquarum, insulis, & montibus agit, incipit. Terminatur secunda columna folii 24, linea 23, cui capitalibus litteris impressum legitur subiectum: IMPRESSVM VLME OPERA ET EXPENSIS IVSTI DE ALBANO DE VENETIIS PER PROVISOREM SVVM IOHANNEM REGER. ANNO DOMINI. M. CCCC. LXXXVI. XII. KALENDAS AVGVSTI. His subnexa sunt typographi insignia, ardeam exhibentia, a quorum vna parte littera I. & ab altera R, typographi nomen exprimentes habentur.

Nostra Bibliotheca altera Cosmographiae editione gaudet, quae Vlmae anno 1482 in lucem prodiit, & quam suo loco descripsimus.

Auctor tractatus de locis, & mirabilibus mundi laudatur *Nicolaus* DONIS Monachus Benedictinus Reichenbacceusis, de quo supra plura disseruimus. V. FABRIC. *Bibl. med. & infim. Lat.* Lib. XIII. p. 108.

XXXIV. *Textus equiuocorum cum commento.* Anno 1486. in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina maiusculis litteris impressa leguntur. Folio secundo ipsum opus sermone pedestri scriptum cum commentariis absque titulo incipit. Textus maiusculo gothico charactere impressus est, commentarii minusculo. Desunt custodes, &

pagina-



paginarum numeri, quae tamen litteris a - i signatae sunt. Ad calcem operis legitur: *Explicit equiuocationes cum notabili expositione. Anno domini. MCCCCLXXXVI. mensis aprilis altera die sancti Georgii martyris..* Auctor huius operis laudatur *Ioannes* de GARLANDRIA, de quo alibi iam pluribus egimus. V. FABRIC. *Bibl. med. infim. Lat.* Lib. VII. pag. 19.

XXXV. *Prosper de vita contemplatiua de uita actuali deque uitiis annexis virtutibus.* Anno 1486. in 4.

In prima pagina folii primi verba ista maiusculis litteris impressa leguntur. Folio secundo *In dei summi opificis nomine incipit prefatio libri beati Prosperi de vita contemplatiua & norma ecclesiasticorum.* Praefationem excipit *tabula capitulorum libri primi*, tabulam *Prologus libri primi*, & ipsum ad finem columnae secundae tertii folii capitulum primum. Diuisum est hoc opus charactere gothico in duabus columnis impressum, in tres libros, & septem plagularum fasciculis litteris a - g signatis constat. Litteras initiales paruas adiecit typographus. Custodes nulli adparent, nullique paginarum numeri. In fine legitur: *Expliciunt tres libri Prosperi! doctoris preclarissimi! materiam cuique valde vtilem atque necessariam. stilo multum facundo (de vita sc. contemplatiua! de vita actuali deque virtutibus ac vitiis) satis succincte tractantes. Anno nostre salutis M. CCCCLXXXVI.*

Isti libri falso attribuuntur PROSPERO Aquitano, & genuinum opus esse *Iuliani* POMERII, natione Mauri, & Presbyteri Galliae, qui seculo V. vixit, *Iacobus* SIRMONDVS multa perspicacitate demonstrat. V. OVDIN. *Comment. de Script. Eccles.* T. I. col. 1190. FABRIC. *Bibl. med. & infim. Latin.* Lib. IX. p. 197.

XXXVI. *Augustinus Datus.* Anno 1486. in 4.

Verba ista in prima pagina primi folii leguntur. Folio secundo *Eloquentissimi viri, ac precipui oratorie artis doctoris Augustini senensis de variis loquendi regulis siue poetarum preceptis tractatulus foeliciter incipit.* Constat hoc opusculum 37 foliis. Caret litteris initialibus, paginarum numeris, & custodibus. Paginae sunt litteris a - f. signatae. Charta est firma admodum, sed minus polita. Typus, quo impressum, est plane idem, quo *Petrus* DRACH Spirae anno 1483 *Ruperti* HOLKOT *tractatum in librum Sapientiae* excuderat, ex quo, idem ab eodem fuisse typis euulgatum, coniicere est. Ad calcem operis legitur: *Adest tibi studiosissime adolescens eloquentissimi Augustini senensis preceptorum finis optatus: quarum si te & lectione & exercitio insudantem prebueris: ne dubita te paucis post diebus non modo dissertum euasurum: verum & cuiuis etiam epistolarum genere fore accommodatissimum. Vale ex heydelberga. XII. Kalendas. septembris. Anno octogesimo sexto.*

XXXVII. *Rethorica Pontii: Copia latinitatis: Epistole Bruti & Cratis De arte notariatus.* Anno 1486. in 4.

Haec contenta huius opusculi maiusculis litteris impressa in prima pagina folii primi leguntur. Folia numerantur sexaginta numeris in superioris marginis medio notata, plagularum vero fasciculi octo litteris A - H signati. Litterae initiales, & custodes desiderantur. Typus est gothicus maiusculus, & minusculus. PONTII *Rethorica* folio secundo absque titulo, aut inscriptione incipit. Terminatur auersa folii 22 pagina his verbis: *Explicit*



cit modus dictandi Magistri Poncii &c. anno domini. M. CCCC. LXXXVI. Folio sequenti *Libellus de latinitatis copia incipit*, cum glossa. Auersa folii 40 pagina iste definit. Folio 41 *Raimitii in catalogum Mitritatis de epistolis M. bruti. ad Nicolaum quintum pontificem maximum! prefacio feliciter incipit*, quam auersa eiusdem pagina MITRIDATIS ad MITRIDANTEM nepotem in eiusdem Catalogum prooemium excipit. Auersa folii 42 incipiunt BRVTI Epistolae; Epistolae vero CRATIS auersa folii quinquagesimi pagina, quibus Epistola ATHANASII Constantinopolitani, archiensis Abbatis ad CAROLVM *Aragonum* Principem praemissa est. Finiuntur illae prima folii 55 pagina, & tum *Sequitur tractatus de arte Notariatus*, cui prima folii 60 pagina his verbis finis imponitur: *Finit tractatus de arte Notariatus.*

XXXVIII. *Sermones Hugonis De Sanctis.* Anno 1486. in fol.

Verba ista in prima folii primi pagina maiusculis litteris habentur impressa. In auersa leguntur festa Sanctorum, quibus sermones habuit auctor. Sequentia decem folia index alphabeticus occupat. Tum *Incipiunt sermones de sanctis per totum annum: editi a fratre Hugone de prato florido ordinis predicatorum*, triginta plagularum fasciculis contenti. Impressi sunt in duabus columnis gothico minusculo charactere. Initiales litterae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri. In superiori margine quilibet sermo est indicatus. Secunda columna folii vltimi *Sermones perutiles de sanctis per anni circulum fratris Hugonis de prato florido Ordinis sancti Dominici sectatoris faustissime finiunt. Anno domini.* 1486.

XXXIX. *Vsus Feudorum.* Anno 1486. in fol.

Opus istud in duabus columnis gothico charactere chartae firmae admodum impressum septem plagularum fasciculis litteris a - g signatis constat, nullas exhibens litteras initiales, aut custodes, & paginarum numeros. Verba superius relata in prima pagina maiusculis litteris impressa tantum tituli loco habentur. Prima vltimi folli pagina, linea 13 liber secundus definit. Huic subiectae habentur *Rubrice libri feudorum iuxta ordinem alphabeti debite quotate*, ad quarum finem sequens legitur notitia: *Expliciunt notata super vsibus feudorum per eximium vtriusque iuris doctorem Magistrum Ioannem de vanckel quam acuratissime collecta Anno domini M CCCC LXXXVI. in profesto Cathedre Petri.*

Ioannes de VANCKEL, cognomento KOELNER, natione Germanus, Professor Iuris canonici in Academia Coloniensi, anno 1469. Iuris consultus percelebris claruit. OVDIN, Comment. T. III. col, 2703.

XL. Biblia latina. Anno 1486. in fol.

Libri veteris testamenti 42, noui vero duodecim plagularum fasciculis, litteris a - y. A - V. a - m. signatis comprehenduntur. Typus, quo Biblia ista impressa sunt, est gothicus satis luculentus. Litteras initiales paruas addecit typographus. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Distinctionis signa praeter punctum occurrunt quoque colon, & interrogationis signum.

In prima folii primi pagina haec solum maiusculis litteris impressa leguntur: TEXTVS BIBLIE. Folio secundo *Incipit epistola beati Hieronimi ad Paulinum presbyterum de omnibus diuine historie libris.* Folio quinto incipit liber *Genesis.* Folio quinto fasciculi 2 i ad finem columnae primae *Incipit liber Hymnorum soliloquiorum.* Psalmis praefixus est titulus.



Isti numero romano sunt indicati. Folio primo fasciculi 43 *Incipit epistola beati hieronymi ad Damasum papam in quatuor euangelistas.* Singulis Euangeliis praemisum est registrum, seu argumenta capitulorum. Integrum nouum testamentum locis paralellis in laterali margine est illustratum. In fine apocalypseos versus illi memoriales supra p. 102. N. XI. exscripti leguntur : *Biblia quem retinet sequitur nunc metricus ordo &c.* His absolutis, alii versus, qui fontes, vnde deriuata fuere haec Biblia, eorumque conditionem indicant, habentur.

Fontibus ex grecis hebreorum, quoque libris.
Emendata satis & decorata simul.
Biblia sum presens superos ego testor & astra.
Est impressa nec in orbe mihi similis.
Singula queque loca cum concordantibus extant.
Orthographia simul quam bene pressa manet.
M. CCCC. LXXXVI.

Sequitur deinde Euangeliorum, & lectionum, quae in Dominicis, Festis, & feriis per annum in Missa legi solent, index, octo vltimis foliis contentus, ad cuius finem sequentia habentur :

Marcus romanis sed iohannes asianis
Lucas achaiis mattheus scripsit hebreis
Mattheus scripsit euangelium domini 39.
Marcus. 43. *Lucas* 53. *Iohannes.* 83.
Deo gratias.

De Bibliorum editonibus, quae versus *fontibus ex grecis* adiectos habent, quid tenendum sit, iam P. I. p. 204. pluribus ostendi.

Anno MCCCCLXXXVII.

I. *Fasciculus temporum.* Argentinae per Ioannem Prüss anno 1487. in fol.

Verba haec in prima pagina primi folii leguntur ; in auersa incipit alphabeticus materiarum index, qui auersa folii sexti pagina terminatur. Tum ipsum opus quod vsque ad annum 1484 progreditur, initium sumit. Constat illud nonaginta foliis, tam numeris, quam litteris signatis. Custodes penitus desiderantur : litterae initiales paruae adparent. Typus est gothicus satis luculentus. Figurae etiam ligno incisae conspiciuntur. In fine legitur : *Impressum Argentine per Iohannem pryss. Anno domini. M CCCC LXXXVII.*

II. *Sermones Michaelis de ungaria predicabiles per totum annum licet breues.* Argentinae anno 1487. in 4.

In prima pagina folii primi ista verba maiusculis litteris impressa habentur. Folio sequenti alphabeticus incipit index octo foliis contentus. Tunc *Sermones tredecim vniuersales Magistri Michaelis de vngaria incipiunt feliciter.* Quindecim plagularum fasciculis litteris a - p signatis comprehenduntur. Impressi sunt in duabus columnis gothico charactere. Initiales litterae paruae adiectae sunt : custodes, & paginarum numeri desiderantur. Ad calcem operis legitur : *Et sic est finis sit laus & gloria trinis. Impressum Argentine Anno domini. M. CCCC. LXXXVII. Finitum in vigilia Annunciationis gloriose viginis Marie.*

III. Gui-



III. Guidonis de Monte Rotherii Manipulus Curatorum. Argentinae anno 1487. in 4.

Opufculum iftud, quindecim plagularum fafciculis contentum, gothico minufculo charactere impreffum eft. Cuftodes nulli confpiciuntur, nulli paginarum numeri, nullaeque litterae initiales maiores, quae tamen paruis indicatae funt. In prima folii primi pagina fequentia litteris maiufculis leguntur impreffa: *Manipulus curatorum. officia facerdotum fecundum ordinem feptem facramentorum perbreuiter complectens.* Duo fequentia folia tabula complectitur. Quarto tandem folio *Incipit feliciter doctiffimi ac famofiffimi viri domini Guidonis de monte Rotherii liber : qui Manipulus curatorum vulgariter appellatur* &c. Prima pagina vltimi folii ad finem haec habetur notitia : *Hec infuper exarata funt in famofa ciuitate Argentinenfium. Anno domini. M. CCCC. LXXXVII. die menfis Maii.* Auerfam eiusdem *conditiones & requifita in fumente Euchariftie facramentum*, & cafus epifcopales fex verfibus contenti occupant. MAITTAIRE editionis Parifiis typis euulgatae meminit; praefentem vero penitus ignorauit

IV. *Moraliffimus Cato cum elegantiffimo commento.* Argentinae anno 1487. in 4.

Verba ifta in prima folii primi pagina tantum leguntur. Folio fecundo *Incipit liber de doctrina Catonis ampliatus fermones rethoricos & morales per fratrem Robertum de Euremomodio monachum Careuallis* - Sic - Tum ROBERTI praefatio ad *Petrum* de SALVTIIS directa incipit. Quinque plagularum fafciculis integrum opus abfoluitur. Textus CATONIS charactere gothico maiufculo, commentarius vero minufculo impreffus eft. Litterae initiales paruae, & fignaturae adparent; nulli vero cuftodes, aut paginarum numeri. Ad calcem operis fequentia habentur : *Hic finem afpice Catonis viri moraliffimi : & in via morum fane grauiffimi Cum commento fratris Roberti de Euromodio monachi Clareuallis. Tam verborum ornatu liniato : quam fententiarum grauitate preclaro & Iouis cerebro videatur emanatum. Impreffum Argentine vigefimo die Septembris anno domini. M. CCCC. LXXXVII.*

De auctore huius operis iam P. I. p. 178. egimus. *Robertus* de EVDEMODIO, iuxta alios *Euromodio*, vel *Euremodio* Monachus Claraeuallenfis circa annum 1480. commentatus eft in Difticha moralia CATONIS, qui liber *Petro* de SALVTIIS infcriptus, & pluries ad finem Seculi XV. impreffus eft. Editiones iftas FABRICIVS in *Bibl. med. & infim. Latin.* Lib. XVII. p. 98 recenfet; praefentem vero tam ipfe, quam MAITTAIRE penitus ignorauerunt.

V. *Opus originale Ruperti abbatis Tuicienfis de victoria verbi dei in tredecim libros diuifum.* Auguftae per Antonium Sorg anno 1487. in fol.

In prima pagina primi folii verba ifta maiufculis litteris impreffa habentur. Septem fequentia folia materiarum index complectitur. Demum *Incipit Capitulum libri primi. Et primo prologus commemorans qualis fuerit occafio fcribendi hoc opus De victoria verbi dei*, qui tertia eiusdem folii columna terminatur; quarta deinde *Incipit liber domini Ruperti Abbatis Tuicienfis de victoria dei*, foliis 105 — Octo prioribus non numeratis — contentus. in duabus columnis, praeftanti chartae gothico charactere impreffus Foliorum numeri, fignaturae, & litterae initiales paruae adparent; nulli vero cuftodes. Ad calcem operis legitur : *De victoria verbi dei volumen originale Ruperti Abbatis Tuicienfis facre pagine profefforis egregii facramenta pentateucon ceterorumque veteris ac noue legis librorum occulta in tredecim libros diuifum feliciter*

 expli-



explicit. *Impressum per Authonium Sorg ciuem Augustens. Anno domini. M.CCCC. LXXXVII.* Editio haec omnium prima, ac rarissima a Bibliographis laudatur. V. ZAPF. *Annal. Typogr. August.* p. 79 cum ibidem cit.

RUPERTUS natione Germanus, Ordinis S BENEDICTI Monachus, in monasterio S. LAURENTII in suburbio Leodiensi, dein Abbas Tuitiensis Coenobii iuxta Coloniam Agrippinam a FRIDERICO Coloniensi Archiepiscopo renuntiatus, vir in diuinis scripturis Spiritu Sancto per visionem illustrante doctissimus, & secularium litterarum haud ignarus multa praeclara opuscula composuit. Claruit insigni sanctitate, & doctrina coruscans initio Seculi XI. *Trithem. Script. Eccles.* in *Fabr. Bibl.* p. 93.

VI. *Dye Cronica von Keysern vnd bebsten.* Augustae anno 1487. in fol.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur, auersam implet figura ligno incisa Imperatorem, septem S. R. I. Electores, eorumque insignia, & duas alias personas genu flexas, librum in manibus tenentes, & Imperatori offerentes repraesentans. Folio secundo legitur: *Hie nach volget ein Cronica von allen Keysern vnd Künigen dye seider Cristi geburt geregieret vnnd gereichsnet haben. wölche Cronica gar Kurczweilig nüczlich vnnd lieplich zuhören vnnd zulesen ist.* Constat septuaginta foliis chronicon istud, ac charactere gothico-germanico, satisque pingui, quo *Antonius* SORG vsus, impressum est. Initialis littera ligno incisa est. In superiori margine foliorum numerum, in inferiori vero signaturae adpressae adparent. Custodes penitus desiderantur. In prima pagina vltimi folii sequens habetur notitia: *Friderich ein fürst von österreich ward darnach erwölet vnd als er noch auff den heytigen sant Martins tag do man zalt nach cristi geburt M. CCCC. LXXXVII. iar alß das buche gedruckt ward in leben ist, so will ich sein Keyserliche güte regierung den künfftigen cronik schreibern beuelhen nach seinem tod zesameln zu seinen czeiten.* His subiecta est de nostrae Basilicae nouiter erectae ruina, & de partu monstroso breuis narratio, quae finem operi imponit.

Huius editionis meminerunt cl. ZAPFIUS in *Annal. Typogr. August.* p. 78. & cl. PANZER in *Annal. Litter. Teut.* p. 167. qui praesens chronicon cum illo p. 96 descripto conuenire suspicatur. Ast longe diuersum esse ab illo, cuilibet consideranti patebit. Illud enim Imperatorum, & SS. Pontificum historiam separatim enarrat, ac de SIGISMUNDI Reformatione agit; Praesens vero coniunctim vtrorumque facta describit, ac nec verbulum de SIGISMUNDI reformatione profert. Ex his, praesentem huius Chronici editionem omnium primam esse, facile coniicere erit.

VII. Nicolai de Tudeschis Abbatis Siculi Libri secundi pars prima, & secunda Decretalium. Basilieae per Ioannem de Amerbach anno 1487. in fol.

NICOLAI Siculi opera a *Ioanne de* AMERBACH impressa quinque voluminibus constant; ast dum omnia, praeter primam & secundam partem libri secundi anno 1488. in lucem prodiere, illa suo loco describemus.

Plagularum fasciculi in prima parte 33 numerantur, litteris a - y, & numeris I - II signati. Typus est gothicus, ac perelegans. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Desunt custodes, & paginarum numeri. Litteras initiales paruas adiecit typographus. Prima pagina folii primi vacua est; in auersa habentur *Tituli secundi libri.* Folio secundo, in cuius superiori margine sequens rubrica legitur: *L. II. de Iudiciis*, opus absque titulo,

ad



ad quem tamen inscribendum haud paruum vacuum relictum est spatium, initium sumit. Secunda columna folii vltimi *Explicita est lectura domini Nicolai siculi super prima parte secundi libri decretalium. Impressa Basilee per magistrum Ioannem de Amerbach. Anno LXXXVII.*

Secunda pars 22 plagularum fasciculis litteris A - Y signatis constat, & in fine supra memoratam finalem subscriptionem vnacum chartarum registro subnexam exhibet.

VIII. Bernardi Parmensis Casus longi super decretales. Bononiae per Henricum Harlem, & Ioan. Walbeck anno 1487. in fol.

Opus istud 32 plagularum fasciculis litteris signatis contentum in duabus columnis, praestanti admodum chartae, gothico, ac eleganti charactere impressum est. Caret custodibus, paginarum numeris, & litteris initialibus maioribus, quae paruis, sed raro admodum, sunt indicatae. In superiori margine rubricae habentur adpressae.

In fronte columnae primae legitur: *Incipiunt Casus Celeberrimi ac famosissimi Iuris vtriusque doctoris ac monarche domini Bernardi Parmensis canonici ecclesie Bononiensis: ac mirifici glosatoris decretalium in corpus seu volumen earundem decretalium Reuisi per Anthonium corsectum de Sicilia: iuris vtriusque doctorem: iura pontificia in hoc vetustissimo: ac omnium primario gimnasio Bononiensi ordinarie legentem.* Prima vltimi folii pagina chartarum registrum habetur, ad cuius finem sequentia leguntur: *Expliciunt Casus Celeberrimi ac famosissimi Iuris vtriusque doctoris ac monarche domini Bernardi Parmensis canonici ecclesie Bononiensis: ac mirifici glosatoris decretalium in corpus seu volumen earundem decretalium. gratias referendo infinitas: deo glorioso immortali: eiusque genitrici marie virgini & toti curie triumphanti. Impressum Bononie per Henricum Harlem & iohannem walbeeck socios: Anno M. CCCC. LXXXVII. penultima die Nouembris.*

IX. Michaelis Sauanorolae Summa de Pulsibus. Bononiae per Henr. Harlem, & Ioan. Walbeeck anno 1487. in fol.

In fronte operis legitur: *Incipit summa de pulsibus: clarissimi: ac medicine monarce: domini magistri Michaelis sauanorole patauini ad laudem dei omnipotentis eiusque gloriose matris virginis: totiusque curie triumphantis Amen.* Constat illa decem plagularum fasciculis litteris a - k signatis. Typus plane idem est, quo immediate praecedens opus est impressum. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. In fine legitur: *Completum est egregium opus: de Pulsibus Vrinis: & Egestionibus: Excellentissimi medici artium: & medicine doctoris famosissimi Domini Magistri Michaelis sauanorole patauini: gratias referendo infinitas. deo glorioso immortali: eiusque genitrici marie virgini & toti curie triumphanti. Amen. Impressum Bononie per Henricum harlem & Iohannem walbeeck socios. Anno M. CCCC. LXXXVII. octauo die mensis Maii.* His subiectum habetur chartarum Registrum.

X. *Iohannes Chrysostomus super Mattheum.* Coloniae per Ioan. Koelhoff de de Lubeck anno 1487. in fol.



Verba ista in prima pagina folii primi tantum leguntur maiusculis litteris impressa. Folio sequenti incipit alphabeticus materiarum index nouem foliis contentus. Tum *Incipit expositio beati Iohannis Chrysostomi super Mattheum*, quae 130 foliis, decem prioribus non numeratis, comprehenditur. Impressum est opus in duabus columnis gothico charactere. Eiusdem folia tam numeris, quam litteris sunt signata. Caret tantum custodibus, & initialibus litteris maioribus, quae minoribus adsignatae sunt. Secunda columna folii 130 *Explicit opus imperfectum beati Iohannis Chrysostomi episcopi constantinopolitani Ad honorem dei & gloriose virginis* &c. Paulo inferius dein legitur: *Impressum per me Iohannem Koelhoff de lubeck Ciuem colonie. Anno gratie M, CCCC. LXXXVII. finit feliciter.*

XI. Petri de Herentals Ordinis Praemonstrat. Expositio super Psalmos. Coloniae per Ioan. Koelhoff de Lubeck anno 1487. in fol.

Integrum hoc opus, eodem charactere, quo immediate praecedens, impressum, & quidem in duabus columnis, 261 foliis constat. Reliqua externa huius editionis forma cum praecedente penitus conuenit. In prima folii primi pagina legitur: *Collectarius siue expositio libri psalmorum.* Folio secundo *Expositio super librum psalmorum regii prophete per reuerendum & religiosum patrem: fratrem Petrum de Harentals: priorem Floreffiensem Premonstratensis ordinis: ex diuersis sanctorum codicibus industriose collecta: feliciter incipit.* Inscripsit illam *Ioanni* de ARKEL primum Traiectensi, tum Leodiensi Episcopo. Psalmorum expositio, praefatione finita, tertia quinti folii columna incipit. In fine sequentia habentur: *Finit Collectarius impressus per me Iohannem Koelhoff Colonie ciuem Anno gratie Millesimo CCCC LXXXVII.* Haec prima est huius operis editio, quam anno 1488 altera Reutlingae elucubrata sequebatur.

Petrus HERENTALIVS, gente Belga, patria Brabantus, Canonicus Praemonstratensis, ac Prior coenobii Floreffiensis, praesentem expositionem ex variis Patrum, ac doctorum commentariis collegit. Claruit anno 1390. *Henr.* WARTHON in *Adpend.* ad CAVE *Histor. Litterar. Script. Eccles.* p. 82.

XII. *Sermones electissimi Vincentii Ferrariensis regni Arrogonie fratris diui ordinis predicatorum conuentus Valentie sacreque theologie professoris subtilissimi per tempus estiuale.* Coloniae anno 1487. in fol.

Verba ista in prima folii primi pagina maiusculis impressa litteris leguntur. Sermones isti gothico minusculo typo in duabus columnis impressi 35 comprehenduntur plagularum fasciculis, qui litteris AA - ZZ & AAA - KKK & AA - BB. signati sunt. Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Folio secundo *Diuini verbi preconis interpretis & professoris subtilissimi Sancti Vincentii ferrarii de regno Arrogonie conuentus Valentie diui. predicatorum ordinis Sermones vberrimi estiuales de tempore Incipiunt feliciter.* In fine vltimi sermonis sequentia habentur: *Sermones sancti Vincentii illuminatissimi. sacre theologie professoris acutissimi fratris diui ordinis predicatorum temporis estiuales In felici Colonia accuratissime impressi & emendati hic finem habent. Anno M. CCCC. LXXXVII.* Sermonibus additus est alphabeticus materiarum index, octo foliis contentus, ad cuius finem sequentia habentur: *Explicit tabula siue registrum sermonum Vincentii ordinis predicatorum temporis estiualis in medio anni salutis. M. CCCC. LXXXVII.*

XIII. *Ser-*



XIII. *Sermones sancti Vincentii fratris ordinis predicatorum sacre theologie professoris eximii de sanctis per totum annum in hoc libro continentur.* Coloniae anno 1487. in fol.

Externa huius editionis forma praecedenti omnino simillima est. Plagularum fasciculi octodecim numerantur, qui litteris a - f sunt signati. Verba superius relata primo folio tantum leguntur. In secundi folii prima columna *Diuini verbi preconis & predicatori. Ac sacrarum litterarum interpretis & professoris subtilissimi Sancti Vincentii confessoris de valentia ordinis diui predicatorum Sermones vberrimi de sanctis. Per totius anni circulum. Incipiunt feliciter. De S. Andrea.* Ad finem vltimi sermonis de S. *Catharina* eadem verba vsque ad verbum *Incipiunt* leguntur, sequentibus insuper additis: *In felici Colonia. Diligenti vigilantia emendati & impressi felici termino hic finiuntur. Anno M. CCCC. LXXXVII.* His quoque sermonibus subnexus est alphabeticus materiarum index sex foliis comprehensus.

Iuxta QVETIF T. I *Script. Ord. praedic.* p. 767. nostram editionem sermonum tam de tempore, quam de sanctis aliae praecesserunt; illi nimirum Argentinae anno 1485, isti Vlmae anno 1475 in lucem prodierunt.

Vincentius FERRERIVS Valentiae Aragonum honesto loco seculo XIV. natus, Ordinis Praedicatorum Alumnus, vir tam insigni sanctitate, quam doctrina celebris per magnam Europae partem verbum Dei disseminans, innumeros peccatores ad poenitentiam, sanctamque vitam reduxit, ac plura haereticorum, infideliumque millia ad veram fidem conuertit. Obiit miraculis clarus anno 1419. QVETIF loc. cit. p. 763.

XIV. *Copulata tractatuum paruorum logicalium.* Coloniae Lüfkirchen anno 1487. in 4.

Hoc opusculum gothico, ac minusculo charactere impressum septem plagularum fasciculis litteris a - g signatis constat, nullas exhibens initiales litteras, nullos custodes, aut paginarum numeros. In prima folii primi pagina verba supra relata leguntur maiusculis litteris impressa. Folio secundo ipsum opus his verbis incipit: *Circa initium tractatuum paruorum logicalium.* In vltimi folii primi pagina *Copulata tractatuum paruorum logicalium secundum opinionem & viam sancti thome de aquino expliciunt feliciter Anno a natiuitate domini M CCCC LXXXVII quarto Kl. augusti. In Colonia apud Lüfkirchen.* De altera huius operis editione, eiusque auctore supra p. 17 N. XXXIII. mentionem fecimus.

XV. Nicolai de Lyra Postilla in vniuersam S. Scripturam cum additionibus Pauli Burgensis, & Replicis Mathiae Doringii. Voll. IV. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1487. in fol.

Opus istud magnae molis gothico, & quidem duplici charactere impressum, textus scilicet S. Scripturae maiusculo, minusculo vero expositio. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas, Litteras initiales partim penitus omisit typographus, partim minores adiecit. In superiori margine librorum tituli habentur expressi. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Charta est quidem firma, sed minus alba, & polita.

Volumen primum *Pentateuchum*, & libros *Iosue Iudicum*, *Ruth*, *Regum*, & *Paralipomenon* complectens, 49 constat plagularum fasciculis litteris signatis. Incipit a prologo



Nicolai de LYRA, quem alius adhuc fequitur. Folio tertio *Incipit Epiftola fancti Hieronymi ad Paulinum prefbyterum : de omnibus diuine hiftorie libris.* Folio 22 Liber Genefis initium fumit. In fine legitur : *Explicit oratio regis manaffes.*

Volumen fecundum, 38 plagularum fafciculis contentum, libros *Efdrae*, *Neemiae*, *Thobiae*, *Iudith*, *Efther*, *Iob*, *Pfalmorum*, *Salomonis* & *Sirach* complectitur. Ad finem legitur : *Explicit liber Ecclefiafticus.*

Tertium volumen litteris initialibus deauratis, ac figuris ligno incifis, fuperinductis coloribus fuperbiens, Prophetas, & duos Machabaeorum libros continet, 348 foliis, quae fignaturis deftituuntur, conftat. Ad calcem huius fequentia habentur : *Explicit poftilla Nicolai de lyra fuper vetus teftamentum cum expofitionibus britonis in prologos hieronimi : & cum additionibus pauli epifcopi burgenfis. & correctoriis earundem additionum editi a mathia doringck ordinis minorum.*

Volumen quartum 40 plagularum fafciculis litteris a - z & aa - rr. fignatis comprehenfum nouum continet teftamentum. In fine Apocalypfeos fequens legitur notitia : *Peractum eft Nurenberge infigne hoc : ac inufitatum opus biblie vnacum poftillis venerandi viri ordinis minorum fratris Nicolai de lyra : cumque additionibus per venerabilem epifcopum Paulum burgenfem editis. ac replicis magiftri Mathie dorinck eiusdem ordinis minorum fratris & theologi optimi : charactere vero impreffum habes iucundiffimo : impenfifque Anthonii Kobergers prefate ciuitatis incole : Anno incarnate deitatis. M. CCCC. LXXXVII. die vero Nonarum. III. decembrium. De quo honor inuictiffime trinitati necnon intemerate virgini Marie ihefu chrifti gerule. Amen.* His additus eft *Nicolai* de LYRA libellus, in quo *pulcherrimae quaeftiones Iudaicam perfidiam in catholica fide improbantes* continentur.

Eiusdem operis aliam editionem noftra poffidet bibliotheca, de qua fupra anno 1481. p. N. II. mentionem fecimus.

XVI. Sermones de tempore & de fanctis, Hortulus reginae vel Meffret infcripti. Voll. III. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1487. in fol.

Primum Volumen, 25 plagularum fafciculis contentum, partem hiemalem, fecundum 33 earum comprehenfum, partem aeftiualem, tertium denique, quod 22 conftat, fermones de fanctis complectitur. Typus eft gothicus minufculus, ac elegans. Pagina quaeuis in duas eft diftincta columnas, & litteris fignata. Initiales litterae, cuftodes, & paginarum numeri non occurrunt. Cuilibet parti eft alphabeticus materiarum index adiectus.

In fronte primi voluminis legitur : *Incipit pars hyemalis Sermonum Meffreth. alias Ortulus regine. Prologus*, qui tertia folii primi columna, linea 16 terminatur. Initio fecundi voluminis fequentia habentur : *Incipit pars Eftiualis fermonum Meffreth alias Ortulus regine. Sermo primus.* Ifti nullus prologus eft praefixus. Tertium volumen his verbis initium fumit : *Prologus de fanctis in Sermones Meffret. alias Ortulus regine Incipit feliciter.* Sermone octauo de S. NICOLAO tertia columna folii octaui, linea 26. abfoluto, fequitur alicuius anonymi, quem editio Bafileenfis anni 1485 *Ioannem* de LAPIDE Carthufianum adpellat, praemonitio circa fermones de conceptione B. V. MARIAE, eoquod auctor ante Ecclefiae decretum in iftis B. V. MARIAM non fine labe conceptam fuiffe adfirmaffet. In fine fermonum iftorum haec legu̇ntur : *Opus fermonum tripartitum : partis videlicet hyemalis : eftiualis & de fanctis. Hortulus regine vel Meffret infcriptum : variis facre regine documentis comptiffime fulcitum. Cuilibet in chrifti plebe falutifere fructificare volenti perutile. Fxpenfis fpecta-*

spectabilis viri Anthonii Kobergers Nurenbergen. incole atque conciuis cura peruigili emendatum : medullitus etiam perspectum : sollerterque his ereis litteris effigiatum. & fine quam salubri completum. Salutis anno Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo. XVI. Kl. Marcii. Ad finem indicis legitur carmen super *Hortulum reginae*, cuius duo vltima disticha sequentis sunt tenoris :

Plurima quid referam dictu memorabile si quit]
Percepere patres. hortulus iste dabit,
At libri nomen lector si forte requiris.
Regine Mesfret hortulus. ipse Vale.

Editionis huius meminit cl. DENIS in *Bibl. Garell. Memorab.* p. 133, eamque saltem Argentinensem anni 1484 — De editione enim Norimbergensi anni 1481 dubius haeret — praecessisse memorat.

Auctorem huius operis WARTHON in Adpend. ad CAVEUM p. 156. & FABRICIUS in *Bibl. med. & infim latin.* L. XII. p. 66. illum fuisse MEFFRETHUM, natione Germanum, ecclesiae Misnensis Presbyterum, qui anno 1443 florebat, scribunt, quod etiam ex prologo primae partis colligi datur; in illo enim auctor haec de semetipso scripta reliquit, scilicet *se iam dudum opus de sanctis fuisse aggressum Anno domini nimirum* M CCCC XLIIII *eodem anno ob honorem misnensium diocess. cuius sedem pro tunc Reuerendus in christo pater & dominus Iohannes doctor egregius feliciter gubernauit, opus hoc presens de tempore inchoasse.*

XVII. *Summa Rudium.* Reutlingae per Ioan. Otmar anno 1487. in fol.

Verba ista in prima folii primi pagina maiusculis litteris impressa leguntur. Folio secundo *Summa autentica Incipit feliciter.* Haec dein sequitur prologus, in quo auctor Anonymus fontes, vnde suam hauserat summam, indicat. Prologum excipiunt capitulorum argumenta, quae quarta columna folii octaui finiuntur. Folio sequenti *capitulum primum de summa trinitate & de articulis fidei catholice* &c. initium sumit. Ad calcem operis legitur : *Explicit Summa Rudium autentica impressa expensis magistri Iohannis Otmar in Reutlingen Anno M. CCCC. LXXXVII. Adiuuamine misericordis & miserantis domini Escam dantis timentibus se in quem speramus.* Constat illud decem plagularum fasciculis litteris a - k signatis typoque gothico ac pereleganti in duabus columnis chartae praestanti admodum impressum est. Initiales litterae nullae conspiciuntur, nulli custodes aut paginarum numeri.

XVIII. *Exercitata paruorum logicalium secundum viam modernorum.* Reutlingae per Ioan. Otmar anno 1487. in fol.

In prima pagina folii primi verba ista impressa habentur. In auersa legitur *Ioannis* RILLER de Dornstetten epistola ad *Ioannem* OTMAR typographum, in cuius prima parte opus praesens magnis laudum encomiis extollit. In secunda ipsius auctorem his verbis ostendit : *o omnium pulcerrima Progredere ex occultis latebris. te vocat tuus amicus magister Iohannes de Werdea Qui tibi iugi famulatu multaque cerebri vertigine diutine inseruiuit. Teque ea quam ex te habes puritate si aliorum caligine obtenebrata non fueris. coram in medium profudit. Vir vtique religiosissimus magis vtilitati quam curiositati veritati quam vanitati studens. Maluit plane expresse & intelligibiliter breui volumine vt viderat addiscentibus expedire dyalectices dogmata patefacere. quam obscure & anxiomaticis ambagibus vt plures faciunt pocius quod docti videantur quam vt aliis vtiles existant Inepta narratione percurrere.* Tandem typographum



plum, vt opus istud imprimi faciat, hortatur ac obsecrat. Scripta est illa Tubingae anno 1487.

Opus istud eodem charactere, quo immediate praecedens in duabus columnis eleganti chartae impressum, octodecim comprehenditur plagularum fasciculis, qui litteris a - s signati sunt. Caret initialibus litteris, custodibus & paginarum numeris. Folio secundo absque titulo, aut inscriptione incipit. Ad calcem eiusdem legitur: *Ad laudem itaque & gloriam sempiterne indiuiduęque trinitatis. Ad cuius cognitionem hec nostra logicalia via sunt quodammodo & principium Ad instanciam denique spectabilis viri Magistri iohannis Hiller de Dornstettin, sacre theologie baccalarii profundissimi presens opus Ego magister Iohannes Ottmar de Reutlingen meis expensis imprimere ordinaui Adepto fine Vicesima tertia die ianuarii. Incarnationis Anno M. CCCC. LXXXVII.* Hac de editione MAITTAIRE nullam habuit notitiam.

XIX. Antonini Archiep. Florentini Summae Partes I. II. IV. Spirae per Petrum Drach anno 1487. in fol.

In prima pagina folii primi Partis primae legitur: *Prima pars Summe Anthonini.* Constat illa 35 plagularum fasciculis litteris a - z & A - M. signatis. Ad finem legitur: *Hic prime partis Summe Anthonini ordinis predicatorum fratris clarissimi. archipresulis florentini finis extat. vigilanti cura emendate opera ac impensis Petri Drach consularis Spiren. ciuitatis M. CCCC. octuagesimo septimo natiuitatis dominice anno currente. Kalendas vero Octobris. vnde deo omnium summo fauente gratiarum actiones iuxta modulum consuetum referimus infinitas.*

Pars secunda 44 plagularum fasciculos litteris signatos complectitur. In prima folii primi pagina legitur maiusculis litteris impressum: *Secunda pars Summe Anthonini.* Folio secundo *Clarissimi ac doctissimi viri fratris Anthonini de ordine Predicatorum archiepiscopi florentini secunda pars summe feliciter incipit.* Ad finem eius sequentia habentur: *Anno incarnationis dominice. Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo Augusti vero Nonas pridie Pars summe secunda Antonini Archiepiscopi florentini. ordinis predicatorum eruditissimi. Spire per Petrum drach virum consularem ciuitatis predicte quam diligentissime impressa finit feliciter.*

Pars quarta 37 plagularum fasciculos litteris a-y A - P signatos comprehendit. In prima pagina legitur maiusculis litteris impressum: *Quarta pars Summe venerabilis domini Anthonini.* Folio secundo incipit prooemium, quod *tabula generalis* excipit. Folio quarto ipsa pars quarta inchoat. Ad calcem operis legitur: *Opus quam preclarum. quarte partis summe Anthonini. florentinorum archipresulis. - - - - Explicit feliciter Anno natiuitatis dominice M. CCCC. LXXXVII. Kalendas vero Martii. VIII.* Licet nec typographi, nec loci mentio fiat, Spirae tamen a *Petro* DRACH illam quoque fuisse impressam, inde coniicio, eoquod typus plane idem est, quo partes superiores fuerunt excusae.

Litterae initiales potissimum desiderantur, custodes vero & paginarum numeri nullibi inueniuntur. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Characteres sunt gothici satis luculenti. Tertiam huius Summae partem a *Petro* DRACH typis excusam sequenti anno, quo e prelo prodiit, describemus.

XX. Albii Tibulli Carmina cum Commentariis Bernardini Veronensis. Et C. V. Catulli carmina cum commentariis Antonii Parthenii Pacifii Veronensis. Venetiis per Andream de Palthascichis Catarensem anno 1487. in fol.

Opus



Opus istud duodecim constat plagularum fasciculis, qui litteris a - m signati, omnes quaterni sunt praeter e. f. k. qui terni, & m. qui quinternus est. Priores sex TIBVLLI, sex vero posteriores CATVLLI opera complectuntur. Typus, qui romanus ac perelegans est, chartaque alba admodum ac polita haud parum praesentem commendant editionem. Initiales litterae nullae conspiciuntur, nulli custodes aut paginarum numeri. Distinctionis signa praeter punctum, & colon, signum etiam interrogationis obseruatur.

Primam folii primi paginam occupat BERNARDINI *Veronensis* epistola pedestri sermone scripta ad *Baptistam* Vrsinum Aerarii Pontificii custodem, cui praesens inscripsit opus. In auersa incipit Poetae vita, quae secundi folii prima pagina terminatur. In auersa eiusdem inchoat ALBII TIBVLLII EQVITIS ROMANI POETAE CLARISSIMI LIBER PRIMVS. Secundus liber finitur prima pagina sexti folii fasciculi sexti. In huius fine legitur: *Impressum Venetiis per magistrum Andream de palthascichis Catarensem. M. CCCC. LXXXVII. decimo octauo Kalen. Ianuarias.* His subiectum est Registrum chartarum.

CATVLLO praemittuntur *Iacobi Comitis* IVLIARII ad PARTHENIVM epistola, & epigramma: *Antonii Parthenii* LACISII Epigramma in Libellum suum, eiusdem epistola dedicatoria ad *Iulium* POMPONIVM, ac commentationes, tandemque CATVLLI vita. Tum ipsum opus his verbis incipit: VALL. CAT. VERO. POETAE CLA. AD CORNELIVM NEPOTEM. In fine habetur LACISII epistola ad Lectorem, cui registrum chartarum praesentis operis subnexum est. Primam vltimi folii paginam *Registrum Propertii Tibulli & Catulli* implet. HARWOOD in *edit. germ. auctor. Classic.* p. 173. praesentem editionem principem adpellat.

Albius TIBVLLVS Eques Romanus mirae suauitatis tersaeque elegantiae Poeta, triginta minimum annis OVIDIO antecessit, non multo post VIRGILIVM tempore ereptus e viuis circa annum V. C. 735.

C. V. CATVLLVS anno V. C. 668 claro genere in peninsula Sirmione lacus Benaci in agro Veronensi natus, Poeta lepidus & prisca suauitate venustus, at salibus admixtis passim obscoenis. Obiit circa annum V. C. 705. FABRIC. *Bibl. Lat.* T. I. p. 60 & 301.

XXI. Michaelis de Mediolano Ord. Min. Quadragesimale. Venetiis per Nicolaum de Francofordia anno 1487. in 4.

Praemissa est operi *tabula omnium sermonum contentorum in hoc volumine* duobus foliis comprehensa. Tum ipsum opus foliis 221 contentum his verbis incipit: *Quadragesimale seu Summarum duplicatum scilicet per Aduentum & Quadragesimam: de penitentia & eius partibus: Editum a venerabili viro fratre Michaele de Mediolano ordinis minorum obseruantium.* Impressum est istud chartae mundae ac albae in duabus columnis gothico minusculo ac nitido charactere. Paginae litteris, ac numeris arabicis sunt adsignatae. Litteras initiales paruas adiecit typographus. Custodes desiderantur. Ad calcem operis sequentia habentur: *Quadragesimale seu sermonarium de penitentia duplicatum per aduentum videlicet & quadragesimam a venerabili viro fratre Michaele Mediolanensi editum: qui tum sanctimonia vite: tum feruentissima verbi dei predicatione a deo innumeris meruit coruscare miraculis felici numine explicitum est. Impressum optimaque castigatione emendatum: cura & impensis Nicolai Franckfort. 3 idus Decembris Anno salutis. 1487. Venetiis.*

Michael de MEDIOLANO gente Italus, patria Mediolanensis, Ord. Minorum Alumnus anno 1480 florebat. Eumdem fuisse ac *Michaelem* de CARCANO non male coniicit WADDINGVS *de Script. Ord. Min.* p. 261; vterque enim Mediolanum patriam habebat, vterque ordinem



nem Minorum profitebatur, & vtrique eadem fere opera adſcribuntur. WARTHON in Adpend. ad CAVEUM p. 197.

XXII. Miſſale Romanum. Venetiis per Nicolaum de Francofordia anno 1487. in 8.

Prima pagina folii primi vacua eſt, in auerſa habetur *tabula communium & biſextilium: litterarumque dominicalium quotannis currentium.* Folio ſecundo incipit Kalendarium ſex foliis contentum, quod feſtorum mobilium canon, & hunc capitula ſeu accidentia, quae poſſunt accidere in celebratione Miſſae, excipiunt. Tum *Incipiunt tabule per quas vnuſquique ſi vult poteſt faciliter reperire ea que continentur in hoc miſſali ſecundum ordinem eccleſie romane.* His finitis, *Incipit ordo miſſalis ſecundum conſuetudinem romane curie*, foliis, quae tam litteris, quam cifris arabicis ſunt ſignata, 255 contentus. Miſſale hoc in duabus columnis chartae nitidiſſimae gothico minuſculo, ac pereleganti charactere impreſſum eſt. Litteras cuiuslibet Miſſae initiales miniator caeruleo colore adpinxit, reliquas vero typographus rubro colore expreſſit. Canon Miſſae eſt pergameno impreſſus. In fine rubro colore impreſſum legitur: *Impreſſum Venetiis arte & impenſa Nicholai de Franckfordia. Anno domini. M. CCCC. LXXXVII. Deo gratias.* Haec editio fuit MAITTAIRE penitus ignota.

XXIII. Ioannis de Ianua Catholicon. Venetiis per Hermannum Liechtenſtein anno 1487. in fol.

Opus iſtud 45 plagularum faſciculis, litteris ſignatis contentum in duabus columnis chartae praeſtanti gothico charactere nitide impreſſum eſt. Caret cuſtodibus & paginarum numeris, & initialibus litteris maioribus, quae ſaepiſſime paruis ſunt indicatae. In fronte operis legitur: *Incipit ſumma que vocatur catholicon edita a fratre Iohanne de ianua: ordinis fratrum predicatorum.* Haec verba ſequitur auctoris prologus, qui ſecunda folii primi columna, linea 12 finitur. Incipit immediate pars prima de *Orthographia*. Pars ſecunda agit de *Accentu:* tertia de *Etymologia*, & *Diaſyntaſtica*, quarta de *vitiis & figuris*: quinta denique, quae ordine alphabetico eſt conſtructa, de *orthographia*, *proſodia*, *origine*, & *ſignificatione quarundam dictionum*, *quae ſaepe inueniuntur in Bibliis ex dictis Sanctorum & Poetarum.* Ad calcem operis legitur: *Finit opus preclarum Catholicon: editum a fratre Iohanne Ianuenſi ordinis fratrum predicatorum quam diligentiſſime emendatum atque correctum: Et impreſſum Venetiis ingenio ac impenſa Hermanni liechtenſtein Colonienſis: Anno natalis domini. M. CCCC. LXXXVII. ſeptimo Kalendas decembris &c. Laus deo.* His adiectum eſt *Regiſtrum chartarum.*

Huic editioni plures aliae praemiſſae ſunt, quarum omnium prima iam anno 1460 Moguntiae ex FVSTI officina in lucem prodiit.

IOANNES de *Ianua* a natali loco ſic dictus, ex Balborum familia oriundus, gente Ligur, Ordinis Praedicatorum Alumnus, ſeculo XIII. florebat. Lexicon ſuum ex ISIDORI *Hiſpal. Etymologia*, ex PAPIAE ſeculi XI. ſcriptoris *elementario*, & VGOTIONIS ſeculi XII. auctoris *Vocabulario* collegit. Quidam eruditorum illum nimium laudant, deprimunt quidam nimis. V. *Praefat.* ad *Roberti* STEPHANI *Theſauri linguae latinae editionem Londinenſem* p. 2. QVETIF T. I. *Script. Ord. Predic.* p. 462.

XXIV. M.



XXIV. M. Antonii Coccii Sabellici Rerum Venetarum Decades III. Venetiis per Andream de Toresanis de Asula anno 1487. in fol. mag.

Haec editio est princeps, rarissima, eaque splendidissima, siue character, qui romanus ac perelegans est, siue chartae nitor, marginumque amplitudo spectetur; vnde iure Bibliothecarum cimeliis adnumeratur. Haud parum praesens exemplar litterae initiales, quas hinc inde paruas adiecit typographus, caeruleo ac rubro colore depictae exornant. Paginae quidem litteris, nullis vero numeris signatae sunt. Custodes plerumque occurrunt. In laterali margine per integrum opus notae adparent. Distinctionis signa praeter punctum obseruantur & colon, & interrogationis signum.

Prima pagina folii primi est vacua. In auersa incipit, *Marci Antonii Sabellici in tris - sic - & triginta suos rerum Venetarum libros Epitoma*, quam folio septimo EPISTOLA AD PRINCIPEM ET PATRES scilicet vrbis Venetae excipit. Folio guo incipit eiusdem praefatio. Folio denique nono M. ANTONII SABELLICI RERVM VENETARVM AB VRBE CONDITA AD MARCVM BARBADICVM SERENISS. VENET ARVM PRINCIPEM ET SENATVM LIBER PRIMVS PRIMAE DECADIS FOELICITER INCIPIT. Ad calcem operis legitur: *Hoc opus Impressum Venetiis arte & industria optimi uiri Andreæ de Toresanis de Asula Anno M. CCCC LXXXVII. Die XXI. Madii. Augustino Barbadico Inclyto principe* His adnexum est Registrum chartarum gothico charactere impressum, & duobus foliis contentum.

M. Antonius Coccius SABELLICVS natus in Vico Varronis, ad Anienem, a *Pomponio* LAETO, qui discipulos nouo nomine mactabat, SABELLICI nomine a patria vocatus est. In Vrbe Tiburtina scholam pene imberbis rexit, hinc autem Romae sub *Pomponio* LAETO profecit. A Venetis euocatus est, vt litteras humaniores doceret, & historiam Reipublicae scriberet. Praeterea Bibliothecae BESSARIONIS Cardinalis praefuit. Anno 1506. supremum diem egit. Scripsit praeter praesens opus, plura alia, quibus nomen suum ad posteros transmiserat. *Fabric. Bibl. med. & infim. Latin.* L. XVIII. p. 140.

XXV. Angeli de Clauasio Ord. Min. Summa angelica de casibus conscientiae. Venetiis per Georgium de Riuabenis anno 1487. in 4. mag.

Praemissa est operi HIERONYMI Tronielli Lectoris epistola ad *Angelum* de CLAVASIO, in qua orat, vt illud prelo tradat. Illi mox auctoris Responsio ad illam ubiungitur. Folio secundo incipit prologus, quem tabula in ipso contentorum sequitur. Haec omnia quinque foliis constant. Tum *Incipit summa angelica* ordine alphabetico disposita, in duabus columnis gothico minusculo charactere impressa, foliisque 354 contenta. Caret litteris initialibus & custodibus. Foliorum numeri, & quidem arabici, ac signaturae adparent, quae tamen in quinque prioribus & in illis, quae rubricas in fine adiectas complectuntur, desiderantur. In fine sequens legitur carmen tum in auctoris tum in operis elogium conceptum.

Humano Angelicas quicunque audire loquelas
Ore cupis: presens perlege lector opus.
Hic sacros canones: hic & ciuilia iura.
Hic sancte inuenies religionis opes.
Maxima multorum quod vix dabat ante librorum.
Sarcina: id Angelica dat tibi summa breuis.

 Angelus



Angelus est auctor : sacri decus ordinis ingens.
Seraphici : & tante religionis honos.
Auctorem atque opus impressum felicia dona.
Clauissina tulit terra beata viro.
Nec carletta minus gens felix vnde creatus.
Angelus Angelicis dignus adesse choris.

His sequentia habentur mox subiecta : *Explicit summa Angelica de casibus conscientie per fratrem Angelum de clauasio compilata : maxima cum diligentia reuisa : & fideli studio emendata sicut ipsum opus per se satis attestabitur Venetiis impressa per Georgium de Riuabenis Mantuanum . alias Parentem. Anno domini. M. CCCC. LXXXVII. XI. Kl. nouembris.* Additae sunt *Rubrice Iuris ciuilis & canonici* decem foliis contenta.

Angelus CARLETVS, patria Ligur, Clauasii, vnde cognomen de *Clauasio* obtinuit, oriundus. Ordinis Minorum Generalis Vicarius, egregiis ab aetatis suae doctoribus ornatur elogiis. Claruit ad finem seculi XV.

XXVI. Walfart oder Bilgrung der heiligen Iungfrau vnd Mutter Gottes Maria. Vlmae per Ioan. Reger anno 1487. c. figg. in 4.

Primum folium occupat in auersa pagina imago ligno incisa, quae ex parte superiori saluatorem, & apostolos aliosque sanctos, ex inferiori vero B. V. MARIAM, sub cuius pallio eiusdem S. Virginis clientes existunt, repraesentat. In fronte folii secundi legitur : *Die vorred in die walfart oder bilgrung der heligen iunckfrauwen vnd muter gottes marie. auß Latin teutsch gemacht.* In auersa folii sexti pagina prima operis pars incipit. Illud praecipuas IESV & MARIAE historias continet. Constat 49 foliis, estque charactere gothico - germanico impressum. Litterae initiales & figurae materiis adcommodatae, quarum vndequinquaginta numerantur, sunt ligno incisae. Custodes & paginarum numeri desiderantur, signaturae vero conspiciuntur. Ad finem legitur : *Gedruckt vnd vollendt die walfart oder bilgerung vnser lieben frawen . durch hansen reger zu vlm. Nach cristi vnsers herrn geburt. M CCCC vnnd in dem. LXXXVII. iar. auff dem XVI. tag des hornungß.*

Cl. PANZER praesentis editionis in *Annal Litterat. Teut.* p. 166. meminit, alteramque Augustae anno 1489 elucubratam recenset.

XXVII. *Liber trium partium magistri Alexandri cum commento perutile.* Vlmae anno 1487. in fol.

Hoc opus octodecim plagularum fasciculis contentum, gothico ac duplici charactere impressum est; textus nimirum maiusculo, minusculo commentarii. Caret initialibus litteris, custodibus & paginarum numeris. Paginae sunt litteris a - f. signatae. In laterali margine rubricae leguntur exscriptae. Verba superius relata in prima folii primi pagina maiusculis litteris impressa habentur. Folio secundo, praemissa praefatione, quae libri diuisionem complectitur, his verbis ipsum opus incipit :

Scribere clericulis paro doctrinale nouellis.

In auersa folii vltimi pagina *Explicitus est Alexander grammaticus cum breui & vtili expositione Impressus vlme Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo.* Alterius editionis anno 1485 N. XXIV. meminimus, vbi etiam de auctore breui stilo quaedam disseruimus

XXVIII



XXVIII. *Prosper de vita contemplatiua atque actuali siue de norma ecclesiasticorum.* Anno 1487. in 4.

Verba ista in prima pagina primi folii leguntur. In fronte secundi folii *In Dei summi opificis nomine incipit prefatio libri beati Prosperi de vita contemplatiua & norma ecclesiasticorum.* Prologum tabula excipit. Secunda columna secundi folii ad finem inchoat ipsum opus, quod septem plagularum fasciculis constat. Est gothico charactere in duabus columnis impressum, nullos exhibens paginarum numeros & custodes. Litteras initiales paruas adpressit typographus, paginas litteris a - g signauit. In fine sequentia habentur: *Expliciunt tres libri Prosperi. doctoris preclarissimi. materiam cuique valde vtilem ac necessariam. Stilo multum facundo (de vita scilicet contemplatiua. de vita actuali deque virtutibus ac vitiis) satis succincte tractantes. Anno nostre salutis. M. CCCCLXXXVII.* Aliam huius operis editionem anno 1480 N. XXXV. descripsimus, paucaque de vero eiusdem auctore diximus.

XXIX. Petri Hispani Summula. Anno 1487. in 4.

Opusculum istud nouem constat plagularum fasciculis litteris a - i signatis. Typus, quo impressum, est gothicus. Littera prima initialis est ligno incisa, reliquae vero miniculatori adpingendae sunt relictae. Desunt custodes & paginarum numeri. Adparent quoque figurae ligno incisae. In fronte eiusdem legitur: *Incipiunt tractatus Petri hyspani bene emendati: & ad numerum vsque duodenarium completi.* In fine sequentia habentur: *Finiunt summule petri hispani Anno domini M CCCC LXXXVII.*

XXX. *Copulata tractatuum Petri hispani & paruorum logicalium iuxta doctrinam Colonie in bursa Montis regentium.* Anno 1487. in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina maiusculis litteris impressa leguntur. Folio secundo ipsum opus, 32 plagularum fasciculis contentum incipit. Caret initialibus litteris, paginarum numeris, & custodibus. Paginae litteris sunt signatae. Typus est gothicus minusculus. Charta est firma quidem sed minus polita.

XXXI. *Tractatus de ymitatione cristi Cum tractatulo de meditatione cordis.* Anno 1487. in 8.

In prima pagina folii primi verba ista leguntur. Folio secundo incipiunt *Tabule capitulorum in libros sequentes*, sex foliis contentae. Tum initium sumit *Tractatus aureus & perutilis de perfecta ymitatione christi & vero mundi contemptu.* Constat foliis 182, quae numeris sunt notata. Typus, quo impressum, est gothicus. Litterae initiales, custodes & signaturae desiderantur. Auersa folii 171 pagina *Explicit liber Quartus de sacramento altaris.* Folio sequenti *Incipit tractatus de meditatione cordis Iohannis Gerson.* Prima folii 182 *Tractatus aureus & perutilis de perfecta ymitatione & vero mundi contemptu Cum tractatulo de meditatione cordis finiunt feliciter anno. M. CCCC. LXXXVII.*

XXXII. Pauli Lescher Rethorica. Anno 1487. in 4.

Opuscu-



Opufculum iftud foliis 22 contentum charactere gothico impreffum eft. Caret initialibus litteris, cuftodibus, fignaturis, & paginarum numeris. Incipit absque titulo a praefatione his verbis: *Accedite ad eam & illuminamini & facies vestre non confundentur.* Praefatio auerfa folii primi pagina, linea 32 terminatur, & immediate ipfum opus fine titulo inchoat. Prima folii 22 pagina *Hec rethorica feliciter finitur diligentiffime compofita & correcta eft a magiftro paulo lefcher & ideo rethorica lefcheri nuncupetur In almo gimnafio ingolftat Anno LXXXVII.*

Anno MCCCCLXXXVIII.

I. *Flores Mufice omnis cantus Gregoriani cum commentariis.* Argentinae per Ioan. Prüfs anno 1488. in 4.

Verba ifta in prima folii primi pagina maiufculis litteris impreffa habentur. In auerfa capitulorum incipiunt argumenta, quae auerfa folii fecundi pagina terminant r. Folio tertio, feu primo fafciculi primi *Incipit prologus in flores Mufice artis*, quem in auerfa auctoris prooemium excipit. Initium eiusdem ita fonat: *Mufica per flores fubfcriptos preftat odores Dulces ac mores aptos confert & honores.* Folii quinti prima pagina ipfum denique opus duodecim plagularum fafciculis litters A - M fignatis contentum initium fumit. Typus, quo impreffum, eft gothicus, & quidem duplex, maiufculus Miffalis dictus, quo auctoris textus, & minufculus, quo expofitio impreffa eft. Initiales litterae partim funt omiffae, partim a Typographo adpofitae. Cuftodes nulli adparent, nullique paginarum numeri. Figurae ligno incifae, ac exempla Mufices opus exornant. In fine operis legitur maiufculis litteris excufum: *Impreffum Argentine per Iohannem pruff Anno MCCCCLXXXVIII.* Hac de editione MAITTAIRE, & BAVR nullam habuere notitiam.

II. *Sermones Martini ordinis predicatorum penitentiarii domini pape de tempore & de fanctis fuper epiftolas & euangelia cum promptuario exemplorum.* Argentinae anno 1488. in 4.

In prima pagina folii primi illa verba leguntur. Tria folia fequentia alphabeticus materiarum index occupat. Tum *Incipiunt fermones de tempore & fanctis fuper epiftolas & euangelia. editi a fratre martino ordinis predicatorum penitentiarii domini pape cum promptuario exemplorum*, 34 plagularum fafciculis contenti. Initiales litterae, cuftodes, & paginarum numeri defiderantur. Characteres funt gothici minufculi. Singulae paginae, quae litteris a - z & A - L fignatae, in duas funt diftinctae columnas. Sexti folii fafciculi 31, quarta columna *Expliciunt fermones de fanctis. fratris Martini Ordinis predicatorum penitentiarii domini pape.* Folio fequenti *Incipit promptuarium exemplorum*, ad cuius finem fequentia habentur: *Expliciunt fermones de tempore & de fanctis fuper epiftolas & euangelia fratris Martini ordinis predicatorum Penitentiarii domini Pape cum promptuario exemplorum. Impreffi Argentine Anno domini. M. CCCCLXXXVIII.*

III. *Tractatus Sacerdotalis de facramentis deque diuinis officiis & eorum adminiftrationibus.* Argentinae anno 1488. in 4.

Haec verba tituli loco in prima folii primi pagina leguntur. Folio fequenti prologus his verbis inchoat: *Medice cura teipfum.* Secunda columna folii tertii, linea vndeuicefima ipfum opus incipit, & quidem primo *De facramentis in genere.* Tractatu de Sacramentis abfoluto,



abſoluto, incipit expoſitio Miſſae, quam tractatus de *dicendis horis canonicis*; iſtum ille de *Cenſuris eccleſiaſticis* ſequitur. Ad huius finem legitur: *Finit tractatus perutilis de adminiſtratione ſacramentorum. de expoſitione officii miſſe. de dicendis horis canonicis deque cenſuris eccleſiaſticis canonice obſeruandis. Impreſſus Argentine Anno domini M. CCCC. LXXXVIII. prima die menſis Octobris.* Addita ſunt argumenta capitulorum, quae tres columnas occupant. Plagularum faſciculi ſexdecim numerantur, litteris a - q. ſignati. Singulae paginae in duas ſunt diſtinctae columnas. Initiales litteras paruas typographus adiecit, nullos vero cuſtodes, aut paginarum numeros. Aliae duae huius operis editiones infra deſcriptae habentur.

Auctor huius operis laudatur *Nicolaus* PLOVIUS, gente Polonus, Capellanus ac tandem Epiſcopus Poſnanienſis. Claruit anno 1434. GERIUS in *Apend.* ad CAVEUM p. 136.

IV. *Arithmetica Boetii.* Auguſtae per Erhardum Radolt anno 1488. in 4.

Hoc opus ſex plagularum faſciculis, qui omnes quaterni, & litteris a - f ſignati ſunt, contentum, pergameno praeſtantiſſimo charactere gothico minuſculo nitidiſſime in duabus columnis eſt impreſſum. Litteras initiales florentes, ac figurae arithmeticae magis aeri, quam ligno videntur inciſae. Cuſtodes nulli conſpiciuntur, nullique paginarum numeri. Praeter punctum obſeruatur quoque colon. Verba ſuperius relata tantum in prima folii primi pagina leguntur. Folio ſecundo *Incipiunt duo libri de Arithmetica anitii manilii ſeuerini Boetii viri clariſſimi & illuſtriſſimi exconſulis : ordinarii : patricii : ad patricium Simmachum.* Tum immediate ſequitur epiſtola dedicatoria ad eumdem ſcripta, quam quarta columna ſecundi folii capitulorum argumenta primi libri excipiunt. Secunda columna folii tertii incipit *Proemium in quo diuiſio mathematice.* Prima columna folii 22, praemiſſis capitulorum argumentis, *Incipit liber ſecundus.* Ad huius finem legitur: *Finit arithmetica Boetii bene reuiſa ac fideli ſtudio emendata Impreſſa per Erhardum ratdolt viri ſolertiſſimi eximia induſtria & mira imprimendi arte : qua nuper venetiis nunc auguſte excellet nominatiſſimus. Anno domini. M. CCCC. LXXXVIII. Menſis maii die vigeſima.* His ſubnexum eſt chartarum regiſtrum. Cl. ZAPFIUS huius editionis in *Annal. typogr. Auguſt.* p. 82. meminit, addiditque, hoc opus non primum eſſe a RATDOLT Auguſtae impreſſum, vt cl. DENIS cum aliis opinatur, quod opera anno 1487 ibidem typis excuſa ſatis demonſtrant.

V. Ioannes de Thwroz Hungarorum Chronicon c. figg. Auguſtae per Erhardum Ratdolt anno 1488. in 4.

Prima folii primi pagina vacua eſt. Auerſam in quodam circulo decem inſignia occupant. In prima folii ſecundi pagina Hiſtoria S. LADISLAI ligno inciſa conſpicitur. In auerſa legitur *Theobaldi* FEGHER, cuius impenſis hoc chronicon prelo commiſſum eſt, epiſtola ad MATHIAM Hungarorum Regem, quae in *Annalibus typogr. Auguſt.* cl. ZAPFII p. 84 exſcripta habetur. Tum *Ad egregium dominum Thomam de drag perſonalis preſentie ſereniſſimi principis domini Mathie : hungarie : bohemie &c. regis auſtrique ducis cancellarium. Prefatio magiſtri Iohannis de Thwrocz in primum librum Chronice hungarorum feliciter incipit,* quam auerſa eiusdem folii pagina ipſum chronicon excipit. Conſtat illud 22 plagularum faſciculis, qui litteris a - y ſunt ſignati. Figurae ligno inciſae 66 adparent. Initiales quoque litterae ſunt ligno inciſae. Cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur. Typus eſt gothicus ſatis luculentus. Auerſa folii 158 pagina *Finit chronica hungarorum. Sequitur*



ingressus thartarorum, scilicet in Hungariam tempore BELAE IV. Regis. Hanc historiam praecedit Epistola ROGERII in *miserabile carmen super destructione regni* Hungariae per Thartaros ad IOANNEM Pestiensem Episcopum. Ad calcem operis legitur: *Serenissimorum hungarie regum chronica bene reuisa ac fideli studio emendata finit feliciter Impressa erhardi ratdolt viri solertissimi eximia industria & mira imprimendi arte : qua nuper venetiis nunc Auguste excellet nominatissimus. Impensis siquidem Theobaldi feger conciuis Budensis anno salutifere incarnationis millesimo quadringentesimo octogesimo octauo nonas Iunii.* His subiecta sunt FEGERI insignia, & insignibus chartarum registrum.

Hac de editione mentionem facit cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. August.* p. 84 MAITTAIRE T. IV. p. 501. qui & aliam eodem anno Brunae typis euulgatam recenset.

VI. *Astrolabium planum in tabulis Ascendens continens qualibet hora atque minuto. Equationes domorum celi. Moram nati in ventre matris cum quodam tractatu natiuitatum vtili ac ornato. Nec non horas inequales pro quolibet climate mundi.* Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1488. in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina maiusculis litteris leguntur impressa. In auersa conspiciuntur ciuitates in octo climatibus sitae, ac duodecim signorum coeli figurae. In prima folii secundi pagina habetur Typographi epistola ad ALBERTVM Bauariae Ducem, cui praesens opus inscripsit. In ista magnis laudum encomiis artem extollit typographicam. Dein pergit: dum Ducem in Astrologiae scientia maxime delectari expertus fuit, se opus nouum *Ioannis* ANGELI de Aichach, quod *Astrolabium* vocatur, *quo plura, quae astrolabio ac aliis instrumentis astronomicis nonnisi cum magno labore indagari possunt, in plano ac prompto inueniundum, dicandum existimasse.* In auersa eiusdem opus absque titulo initium sumit. Plagularum fasciculi 27 numerantur, litteris a - z & A - D. signati. Characteres sunt gothici minusculi, ac perelegantes. Desunt custodes & paginarum numeri. Litterae initiales, tabulae ac figurae astronomicae ligno eleganter incisae haud parum ornamenti huic operi tribuunt. Charta est alba admodum, ac laeuigata. In fine sequens notitia litteris Missalibus exscripta legitur: *Opus Astrolabii plani in tabulis : a Iohanne Angeli artium liberalium magistro a nouo elaboratum : Explicit feliciter. Erhardi ratdolt Augustensis viri solertis : eximia industria : & mira imprimendi arte : qua nuper veneciis : nunc Auguste vindelicorum excellet nominatissimus, Vigesimo septimo Kalendas Nouembris. M. CCCC. LXXXVIII. Laus deo.*

VII Libri IV. de Imitatione Christi. Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1488. in 4.

Duo priora folia capitulorum argumenta complectuntur. Folio sequenti *Incipit liber primus Iohannis Gerson cancellarii parisiensis. De imitatione christi & de contemptu omnium vanitatum mundi.* Constant hi libri 48 foliis. Typus, quo impressi, est gothicus maiusculus. Litterae initiales adparent ligno incisae. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Singulae paginae, quae litteris a - f. signatae sunt, in duas sunt distinctae columnas. Tertia columna folii 45 *Explicit liber quartus & vltimus de sacramento altaris. Iohannis Gerson cancellarii parisiensis de contemptu mundi deuotum & vtile compositum. Impressum Auguste arte & impensis Erhardi ratdolt viri solertis, Anno domini M. CCCC. LXXXVIII.* Folio

46 *se.*

46 *sequitur tractatus de meditatione cordis a. M. iohanne de gerson*, qui secunda folii 48 columna terminatur.

VIII. *Flores Albumasaris.* c. figg. Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1488. in 4.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo *Incipit tractatus Albumasaris florum astrologie.* Tribus tantum plagularum fasciculis, qui litteris a - c signati sunt, hic constat tractatus. Impressus est charactere gothico minusculo. Initiales litterae, & figurae astrologicae ligno incisae adparent. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. In fine sequentia habentur : *Opus florum Albumasaris explicit feliciter. Erhardi ratdolt Augustensis viri solertis eximia industria : & mira imprimendi arte : qua nuper venetiis : nunc augustę vindelicorum excellit nominatissimus. XIIII. Kal. Decembris. M. CCCC. LXXXVIII.* Editio praesens a CLEMENT T. I. 136. & BAVR rarissima adpellatur.

ALBVMASAR, seu ABOASAR, arabs gente, scientiis medicis, ac astrologicis celeberrimus, in Africa educatus, anno Christi 844 floruit. Praeter praesens opus scripsit quoque tractatum de *magnis coniunctionibus*, & *introductorium in astronomiam.* IOECHER Lex. T. I. col. 223.

IX. *Cicero de proprietatibus terminorum.* Augustae per Antonium Sorg anno 1488. in 4.

Hoc opusculum litteris gothicis impressum quinque fasciculis plagularum constat, nullas exhibens initiales litteras, nullos custodes, aut paginarum numeros. In margine laterali indicatur, de quo in ipso textu agatur. Verba superius relata in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo incipit *Cicero de proprietatibus terminorum. Et primo differentia.* In auersa vero folii decimi inchoat *Cicero de proprietatibus terminorum iuxta ordinem alphabeti.* Ad calcem huius opusculi sequentia habentur : *Liber de proprietatibus terminorum Ciceronis finit feliciter. Impressum Augustę per Anthonium Sorg. Anno salutis Millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo.* Meminit huius editionis FABRICIVS Bibl. lat. L. I. p. 149. qui etiam hoc opus falso CICERONI attribui adserit.

X. *Tullius von allen ampten vnd ständen der welt als er geschriben hat zu sein sun gen Athen.* Augustae per Ioan. Schobser anno 1488. in fol.

Verba ista in prima folii primi pagina leguntur. In auersa eiusdem index materiarum incipit, & auersa folii secundi terminatur. In fronte tertii folii legitur : *Die vorrede in buch Tulii. Hienach volget ein löblicher tractat des grossen meister Tulii von den würdigkeiten der Ambten zu seinem sun Marco geschriben.* Folia in hoc opusculo — Duobus prioribus non numeratis — 61 numerantur. Typus, quo impressum, est gothico - germanicus, quem Tabula I. N. II. exhibet. Prima initialis littera ligno incisa est; reliquae vero paruis sunt indicatae. Paginas typographus tam litteris, quam numeris signauit. In fine sequentia habentur : *Ein ennde hatt das buch des grossen maisters Tulii von würdigkeiten der Ambten als er geschriben hat zu seinem sun Marco. Auch darein gezogen der Römer geschichte voltat vnd übeltat. so sy die gebraucht haben in den Ambten Gedruckt vnd volendet zu Augspurg von Hannsen Schobser Am montag nach sant Pauls bekerung Anno domini &c. M. CCCC.*

LXXXVIII.



LXXXVIII. iare. Editionis huius meminere cl. ZAPFIVS in *Annal. Litterat. Teut.* p. 175. qui eamdem Bibliographos potissimum hucusque latuisse adserit.

XI. *Textus Sententiarum cum conclusionibus ac titulis questionum S. Thome Articulisque Parisien: & in quibus magister communiter non tenetur.* Basileae per Nicolaum Kessler anno 1488. in fol.

In prima pagina folii primi ista verba litteris maximae formae impressa leguntur. Auersam eiusdem, & secundum folium quaestionum tituli occupant. Folio tertio incipit prologus, quem auersa eiusdem *rubricae primi libri* sequuntur. Folio quinto *Incipit primus liber de mysterio trinitatis.* Opus istud in duabus columnis gothico charactere impressum 38 plagularum fasciculis litteris a - t & A - V. signatis comprehenditur. Litteras initiales paruas adiecit typographus. Custodes nulli conspiciuntur, nullique paginarum numeri. Cuilibet librorum quaestionum tabula, & rubricae sunt praemissae. Ad finem libri quarti typographi adparent insignia, quibus sequentia habentur subnexa: *Liber Sententiarum magistri Petri Lombardi: cum conclusionibus magistri Gorichem: sacrarum litterarum interpretis eximii. Ac subtilissimis sancti Thome problematibus. ad studentium exercitationem. faciliorem que in eiusipsius scriptis materiarum inuentionem. cuiuis librorum seriatim annotatis. Additis insuper quibusdam articulis in certis facultatibus erroneis & in fide catholica suspectis. Parisius doctrinaliter & auctoritatiue a catholicis tractatoribus condemnatis. explicit. Impensis atque singulari opera Nicolai Keslers ciuis Basileen. ad honorem sancte & in diuidue trinitatis ac fidei catholice augmentum & tuitionem quam diligentissime impressus. Anno incarnationis domini post millesimum quaterque centesimum octogesimo octauo. Decimo vero Kalen. mensis Octobris.* Leguntur adhuc subiecti I. *tituli quaestionum S.* THOMAE *in IV. L. Sentent.* II. *varii articuli erronei omnium fere facultatum auctoritate tam in Anglia quam in Francia condemnati cum reuocationibus eorumdem.* III. Alphabeticus materiarum index. Haec omnia 34 foliis comprehenduntur.

XII. Nicolai de Tudeschis abbatis Siculi Lectura super V. Libros Decretalium. Basileae per Ioannem de Amerbach anno 1488. Voll. IV. in fol.

Opus istud quinque constat voluminibus. Cum autem primam secundi libri partem iam anno superiori N. VII. quo in lucem prodiit, descripsimus, nunc tantum quatuor adumbranda restant. Typus, charta, & reliqua huius editionis forma plane quoad omnia cum superius memorata conueniunt. Liber primus 45 comprehenditur plagularum fasciculis, litteris a - t. aa - kk. & A - Q signatis. Prima folii primi pagina vacua est. In auersa leguntur *Tituli primi libri.* Folio secundo operis prooemium, folio vero septimo ipsum opus incipit. In fine sequentia habentur: *Explicita est lectura domini Nicolai Abbatis siculi super secunda parte primi libri decretalium Impressa Basilee per magistrum Ioannem de Amerbach. Anno domini M. CLCCLXXXVIII.* His subnexum est chartarum registrum.

Secundi libri pars prima, & secunda anno 1487 impressae sunt. Tertia vero pars, 25 plagularum fasciculis, litteris Aa - Vv signatis contenta praesenti anno impressa est, vti ex sequenti finali subscriptione discimus: *Explicita est lectura domini Nicolai Abbatis siculi super tertia parte secundi libri decretalium Impressa Basilee per magistrum Ioannem de Amerbach. Anno domini &c. M. CCCCLXXXVIII.* His quoque registrum chartarum subnexum habetur.

Liber



Liber tertius, cui tituli in separata pagina praemissi habentur, 33 plagularum fasciculis, qui litteris A-Z & AA-KK insigniti sunt, comprehenditur. Finalis subscriptio supra memoratis penitus respondet. Primam vltimi folii paginam registrum chartarum occupat.

Liber quartus sex plagularum fasciculos, & quintus viginti complectitur. Vtrique tituli sunt praefixi. In fine finalis subscriptio supra recensita, & registrum chartarum habentur.

Plures Bibliographi huius editionis meminerunt; ast nullus eorum hucusque, primam, & secundam partem secundi libri anno 1487 typis fuisse euulgatas, animaduertit. Plures quoque editiones seculo XV. in lucem prodierunt, quas cl. GEMEINER *in den Nachrichten &c.* p. 38 recenset.

Nicolaus TVDESCHVS, *Panormitanus* vulgo dictus, gente Siculus, patria Catanensis, Ordinis S. BENEDICTI Monachus, & Coenobii S. AGATHAE Abbas, tandem Archiepiscopus Panormitanus, Iurisconsultus sui aeui longe celeberrimus, claruit anno 1428. Scripsit praeter praesentes libros & plura alia opera, quae *Henricus* WARTHON in *Apend.* ad CAVEVM p. 129 memorat.

XIII. *Vocabularius vtriusque Iuris*, Basileae per Nicolaum Kessler anno 1488. in fol.

Opus istud 21 constat plagularum fasciculis, quos typographus litteris a-x signauit. Impressum est in duabus columnis, gothico charactere. Initiales litterae maiores paruis sunt indicatae. Desunt custodes, & paginarum numeri. Verba supra relata in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo, breui praemisso prologo, ipse vocabularius incipit, ad cuius finem sequentia habentur: *Finit vocabularius ex summis complurimorum vtriusque iuris peritorum studiosissime collectus. Ipsisque iurium alumnis perutilissimus. Impressus Basilee per Nicolaum Kesler Anno salutis. Millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo. Decimo vero sexto Kalendas mensis Septembris.* Alia huius operis saepius seculo XV. recusi editio P. I. p. 57. recensita habetur.

XIV. *Speculum humane vite. Speculum conuersionis peccatorum. Speculum Sacerdotum cum hystoria vdonis. Speculum ecclesie. siue Expositio misse. Speculum anime peccatricis. Tractatus de horis dicendis. Tractatus de casibus penitentialibus. Tractatus artis bene moriendi.* Bisuntii anno anno 1488. in 4.

Ista omnia in prima folii primi pagina leguntur impressa. In fronte secundi folii sequens habetur notitia sermone pedestri scripta: *Edidit hoc lingue clarissima norma latine Excelsi ingenii vir Rodericus opus. Qui norma angelica est custos bene fidus in arce. Sub pauli veneti nomine pontificis. Claret italici Zamoriensis episcopus ausus Eloquii. it superos gloria parta viri.* Carmen istud sequitur tabula capitulorum, istam alphabeticus index. Folio vndecimo incipit auctoris praefatio ad PAVLVM II. P. M. cui praesens opus inscripsit. Illam excipit prooemium, in quo ipsius vita, ac studia recoluntur. Auersa folii 15, linea 4 *Incipit capitulum primum primi libri.* In fine secundi libri legitur: *Finit feliciter liber excellentissimus. speculum humane vite nuncupatus impressus Bisuncii Anno domini Millesimo. CCCC. LXXXVIII.* Constat istud 22 plagularum fasciculis, qui litteris a-y sunt signati. Sequuntur dein reliqui tractatus, tredecim plagularum fasciculis contenti. Primum locum obtinet



pagina finitur. Constat hoc opusculum gothico charactere impressum 60 foliis, de quibus priora 52 numeris romanis notata sunt, reliqua vero iisdem carent. Paginas quoque litteris signauit typographus, litterasque maiores paruis indicauit. Desunt custodes. In laterali margine adsignata sunt, quae in contextu exponuntur. Terminatur opus prima folii 60 pagina his solummodo verbis: *Deo gratias.* Idem opus anno 1489 iterum ab eodem typographo Memmingae fuit recusum.

Auctor huius opusculi, quantum ex praefatione discimus, est *Vdalricus* EBERHARDVS natione Germanus, Canonicorum Regularium S. AVGVSTINI in celeberrima Canonia Claustro-Neoburgensi prope Viennam Socius, ac artium liberalium Magister.

XVII. Baptistae de Salis Ord. Min. Summa Casuum. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1488. in fol.

In auersa folii primi pagina auctoris praefatio legitur. Dein ipsa Summa, foliis 267 contenta, ac in duabus columnis gothico typo exscripta, his verbis inchoat: *Incipit Summa casuum vtilissima per venerandum patrem fratrem Baptistam de salis ordinis minorum de obseruantia. Prouincie Ianue: nouiter compilata. que Baptistiniana nuncupatur.* Folia operis, non autem indicis, numeris, ac litteris sunt signata. Initiales litterae potissimum desiderantur, hinc inde vero paruae etiam sunt adiectae. Desunt omnino custodes. Terminatur opus secunda columna folii 67, vbi in fine conclusionis legitur: *Expletum est in Nuremberg imperiali ciuitate partis germanie: per Antonium Koberger inibi conciuem. Anno currente. M. CCCC. LXXXVIII. Sit laus deo.* In auersa eiusdem habetur SIXTI IV. Bulla, & epigramma ad Lectorem. Tum sequitur alphabeticus index octo foliis comprehensus.

Auctor huius operis *Baptista* de SALIS vel ROSELLIS, natione Italus, patria Genuensis, ordinis Fr. Minorum Monachus claruit ad finem seculi XV. Scripsit summam praesentem, quae ab auctore nomen sortita, *Summa Rosella*, communius *Baptistiniana* adpellatur.

XVIII. Angeli de Clauasio Ord. Min. Summa casuum. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1488. in fol.

Summa ista 310 foliis contenta in duabus columnis, gothico, ac eleganti charactere nitide impressa est. Initiales litteras, paruis a typographo notatas, miniator aut rubro, aut coeruleo colore adpinxit; primam vero deauratam, ac diuersis coloribus ornatam adposuit. Foliorum numeri, & signaturae adparent, nulli vero custodes. In fronte primae columnae legitur: *Summa Angelica de casibus conscientie per venerabilem fratrem Angelum de clauasio compilata: incipit feliciter.* Secunda columna folii 302 *Explicit summa Angelica de casibus conscientie per fratrem Angelum de clauasio compilata: maxima cum diligentia reuisa: & fideli studio emendata sicut ipsum opus per se satis attestabitur Nurenberge impressa per Anthonium Koberger inibi conciuem Anno domini. M. CCCCLXXXVIII. V. Kal. Septembris.* Columna tertia incipiunt *Rubrice iuris ciuilis & canonici*, quae quarta columna folii 310 terminantur.

Aliam huius operis editionem priori anno N. XXV. recensuimus, pluribusque de ipso auctore egimus.

XIX. *Lectu-*



prestantissimi Anthonini florentinensis Eximii accuratissime per prouidum virum Petrum trach consularem spirensis ciuitatis. His ereis figuris Impressa studiosissimeque admodum emendata. Anno salutis. M. CCCC. LXXXVIII. Sexto idus februarii. Reliquae partes ab eodem typographo impressa anno superiori N. XIX. recensitae habentur.

XXII. S. Aurelii Propertii Elegiarum libri IV. cum Commentariis Antonii Volsci. Venetiis per Andream de Patascichis Catarensem anno 1488. in fol.

Opus istud decem plagularum fasciculis, quorum omnes quaterni, & litteris a - k signati sunt, contentum, praestanti chartae, romano, ac pereleganti charactere impressum est. Initiales litterae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri. Distinctionis signa punctum, & colum occurrunt.

Primum folium occupant *Antonii* VOLSCI praefatio ad IVLIANVM: PROPERTII vita, & *argumentum in primam elegiam.* Folio secundo incipit *Ad amplis. P. Iulianum Honratis. ostiensem antistitem Sancti petri ad vincula Card. Antonii volsci Propertianarum interpretationum liber primus*, qui auersa folii 14 pagina terminatur. In folii 15 prima pagina legitur praefatio secundo libro praefixa, & in auersa secundus liber initium sumit. Folio 41, praemissa praefatione, tertius inchoat liber. In prima folii 61 pagina praefatio in librum quartum, qui in auersa eiusdem incipit, habetur. In fine legitur *peracti operis dedicatio*, THAMYRAE *carmen ad lectorem*, *chartarum Registrum*, & sequens finalis subscriptio: *Impressum hoc opus Venetiis per magistrum Andream de Patascichis Catarensem. M. CCCC. LXXX VIII. Kl. Februa.*

Sextus Aurelius PROPERTIVS ex Meuania oppido Vmbriae oriundus, quatuor elegiarum libros, lasciuos passim, Tibullianis non concedentes lepore & elegantia, eruditione vero illos etiam anteuertentes conscripsit. Floruit tempore P. OVIDII. FABRICII *Bibl. Lat.* L. I. p. 304.

XXIII. NICOLAI PEROTI PONTIFICIS SYPONTINI AD PYRRHVM PEROTTVM NEPOTEM EX FRATRE SVAVISSIMVM RVDIMENTA GRAMMATICES. Venetiis per Ioannem Rubrum Vercellanum anno 1488. in 4.

Verba ista in operis fronte capitalibus litteris expressa leguntur. Tum immediate ipsum opus ab alphabeto, quod primam implet lineam, incipit. Constat istud tredecim plagularum fasciculis, qui litteris a - n insigniti sunt. Character, quo impressum, est romanus, ac elegans. Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Distinctionis signa, praeter punctum, occurrunt colon, & interrogationis signum. In fine legitur auctoris peroratio breuis ad nepotem suum, cui subiectum habetur: *Nicolai Perotti pontificis Sypontini ad Pyrrhum Perrotum nepotem suum rudimentorum grammatices Finis. Impressum quidem est hoc opus Venetiis mira arte & diligentia Ioannis Rubri uercellani. Anno domini M. CCCC. LXXXVIII. Nono Kal. iunias. Regnante inclyto Venetiarum principe Augustino barbadico.* MAITTAIRE, FABRICIVS, & BAVR, licet plures huius operis editiones recenseant, de praesenti tamen nullam habuerunt notitiam.

Quisnam auctor noster fuerit, ex ipsius Epitaphio apud BZOVIVM ad annum 1480 perbene agnoscitur. Illud sequentis est tenoris: *D. O. M. Nicolao Perotto Saxoferratensi ob reconditam eruditionem linguarum principum peritiam singularemque facundiam, necnon illu-*



ftraria rei litterariae ***monumenta.*** *Bessarioni imprimis Cardinali sapientiss. eximie charo : tum Friderico III. Imperatori Augusto a Consiliis , & ab eodem Poetica laurea Bononiae ornato , inde Eugenio IV. Nicolao V. Callisto III. & Pio II. Max. Pontificibus , praecipue ob egregie in Orientali Ecclesia cum Romano tempore Ferrariensis & Florentini Concilii vnienda nauatam operam longe charissimo , Vmbriae Tusciaeque Praesidi Archiepiscopo Sipontino , de Christiana Rep. vniuersa Italia, patriaque optime merito , cuius ista maioribus , tyrannide extincta libertatem ac felicitatem debet . Torquatus Perottus . Vrbani P. VIII. a cubiculo intimo Gentili suo L. M. P. Anno Domini MDCXXIII.* FABRICIVS *Bibl. med. & infim. latin.* L. III. pag. 122.

XXIV. Prisciani opus grammaticum de octo partibus cum commentariis Ioannis de Aingrae. Accedit eius liber minor. Venetiis per Georgium Arriuabenum anno 1488. in fol.

Integrum hoc opus 40 constat plagularum fasciculis. Impressum est charactere romano , ac nitido , & quidem duplici , maiusculo nimirum , quo PRISCIANI textus , & minusculo , quo commentarii sunt expressi. Caret custodibus & paginarum numeris. Initiales litteras paruas adiecit typographus , fasciculosque litteris signauit. Distinctionis signa obseruantur punctum , colon , & interrogationis signum. Charta est alba admodum , & laeuigata.

Praemittitur operi PRISCIANI Epistola dedicatoria ad IVLIANVM Consulem , ac Patricium Romanum , quam auersa folii secundi pagina operis contenta excipiunt. Folio tertio primus liber de *voce eiusque speciebus* incipit. Auersa folii sexti fasciculi 32 *Ioannis de aingre summos qui inter expositores grammaticæ artem possedit : commentum super magno Prisciani volumine omnibus desideratissimum finit.* LAVS DEO. AMEN. *Ioannes* iste tantum in sexdecim priores libros commentarium composuit ; duo posteriores , qui de *constructione partium orationis* agunt , absque commentario habentur. In fronte eorum sequens legitur inscriptio : *Liber Prisciani Minoris.* Istos sequitur tractatus *de duodecim carminibus* , hunc ille de *accentibus* , & de *Ponderibus ac mensuris* , in cuius fine sequentia habentur : *Volumen Prisciani de octo partibus orationis : de constructione : de XII. carminibus : de accentibus : de numeris & ponderibus & mensuris explicitum est.* Spatio exiguo interiecto , incipit *Priscianus grammaticus de præexercitamentis rethoricæ ex Hermogene translatis.* Et tandem vltimum locum obtinet *Prisciani Interpretatio ex dionysio De orbis situ.* Ad calcem operis legitur : *Habes in hoc volumine lector candidissime Prisciani grammatici opus istud diuinum de octo partibus orationis. Cum dissertissimi uiri ac Philosophi solertissimi Ioannis de Aingre elegantissima in eum expositione. De constructione &c. - - - Quæ omnia summo studio & ingenti cura emendauit : recognouitque Benedictus Brugnolus Veronensis uir latina : & græca lingua eruditissimus. Hac postmodum Georgius Arriuabenus mantuanus accurate diligenterque imprimere adnixus est. Idque Deo maximo bene iuuante effecit. Venetiis Anno. MCCCCLXXXVIII. pridie nonas decembris. Quisquis es igitur lector : si modo latinæ linguæ : imo latinæ & græcæ : ac liberalium disciplinarum studiosus es : Spero te daturum operam : ut hæc apud te habeas : quod ut facias te etiam atque hortamur. Vale.* Primam vltimi folii paginam chartarum registrum occupat.

Haec est quinta iuxta FABRICIVM in *Bibl. lat.* L. IV. p. 460 , huius operis editio ; at prima cum commentariis *Ioannis de* AINGRE.

PRISCIA-

PRISCIANVS patria Romanus, ob iacta vero Caesareae in Palaestina doctrinae fundamenta. *Caesariensis* dictus, grammaticus Christianus, floruit Magni CASSIODORI tempore circa annum 520. FABRIC. *Bibl. lat.* L. IV. 729 & seqq.

XXV. Angeli de Gambellionibus de Aretio tractatus testamentorum, seu vltimarum voluntatum. Venetiis per Andream de Calabriis anno 1488. in fol. mag.

Hoc opus decem plagularum fasciculis, qui litteris a - k insigniti sunt, contentum, in duabus columnis chartae praestanti admodum, gothico, ac satis luculento charactere impressum est. Initialis littera a miniatore diuersis coloribus adpicta est. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. In fronte operis haec leguntur: *Tractaturus cum dei nomine. Amen. Ego Angelus de gambellionibus de Aretio legum doctor Ferrarie in inclito studio actualiter iura ciuilia legens materiam testamentorum & vltimarum voluntatum per modum summe* &c. Quarta columna vltimi folii *Explicit tractatus testamentorum seu vltimarum voluntatum d. Angeli de Gambelionibus de Aretio. Impressus Venetiis per Andream de calabriis papiensem. Anno domini. M. CCCC LXXXVIII. die XXIX Ianuarii.* His subnexum habetur chartarum registrum.

XXVI. Francisci Nigri ars scribendi epistolas. Venetiis per Hermannum de Liechtenstein anno 1488. in 4.

Prima folii primi pagina vacua est. In auersa leguntur epistolarum genera, numero viginti. Folio secundo *Opusculum Scribendi Epistolas Francischi Nigri Incipit feliciter.* Haec auctoris epistola dedicatoria ad *Iacobum* GEROLDVM Styrum Cnitelfeldensem mox excipit. Hac auersa eiusdem pagina absoluta, *Francischi nigri ueneti doctoris : pro nouitiorum adolescentium : ad pedestrem orationem aspirantium utilitate : Clarissimo viro : Iacobo geroldo : Styro : Cnitelfeldensi : patauini gymnasii moderatori excellentissimo : ac utriusque uirtutis cultori : ischnos dicendi modus : pientissime sacratus : inchoat.* Ista sequitur praefatio. Folio tertio primus incipit liber. Integrum hoc opusculum charactere romano laeuigatae chartae impressum, quinque plagularum fasciculis constat. Caret custodibus, & paginarum numeris : initiales litteras florentes ligno incisas adiecit typographus, paginasque litteris a - e signauit. In fine sequentia habentur : *Opusculum hoc de scribendi epistolas ratione quam diligentissime emendatum. Arte quoque & impensis Hermanni Liechtenstein coloniensis. Impressum est anno dominicae incarnationis.* 1488. *Nonis Februariis Venetiis.*

XXVII. *Textus siue liber summularum logice magistri Petri Hispani cum Versoris parisiensis doctoris perspicacissimi interposita expositione.* Venetiis per Hermannum Liechtenstein anno 1488. in fol.

Prima pagina folii primi vacua est. Auersam occupat *In opus petri hispani in versorisque in id commentaria laudationis emendationisque epistola.* Prooemio verba superius relatata sunt praefixa. Integrum hoc opus charactere gothico in duabus columnis impressum 140 foliis comprehenditur. Folia numeris arabicis, & plagularum fasciculi litteris sunt signati; desunt vero initiales litterae, & paginarum numeri. Ad calcem operis legitur : *Textus*



tus summularum logice magistri Petri hispani vnacum expositione earundem versoris clarissimi doctoris parisiensis feliciter expliciunt. Impressus & arte Hermanni Liechtenstein Coloniensis impressione completum est Anno salutis 1488. *VII. nonas Martii Venetiis.* His subiectum est *Registrum chartarum.*

XXVIII. *Lombardica hystoria.* Vlmae per Conradum Dinkmut anno 1488. in fol.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur, auersam occupat prologus. Folio secundo incipit alphabeticus iudex, quem alius prologus, & capitula sequuntur. Folio 17 impresso *Incipit Legenda sanctorum que Lombardica nominatur hystoria. & primo de festiuitatibus que occurrunt infra tempus renouationis quod representat ecclesia ab aduentu vsque ad natiuitatem domini.* Ista legenda sanctorum 53 plagularum fasciculis, litteris signatis, contenta, in duabus columnis gothico-germanico charactere impressa est. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. In superiori margine legendarum numeri, & sanctorum festiuitates leguntur adnotatae. Historia Lombardica 177 historias complectitur; quae deinde sequuntur, ab anonymo quaedam sunt additae. In harum fine legitur: *Expliciunt quorundam sanctorum legende adiuncte post Lombardicam hystoriam. impresse in Vlm per Conradum Dinckmut. Anno M. CCCC LXXXVIII.*

Aliam huius operis editionem Norimbergae anno 1476 typis euulgatam possidemus, quae P. I. p. 180 descripta habetur.

XXIX. *Karoli Familiarissimi. epistolarum perutiles formule.* anno 1488. in 4.

In prima pagina folii primi verba ista maiusculis litteris impressa habentur. In auersa *Incipit tabula epistolarum*, quae prima folii sexti pagina terminatur. Tum *Epistolarum formule in genere scribendi iuxta maiorum nostrum doctrinam & veram epistolandi artem Per dominum Karolum mennicken. studii Bononiensis magistrum: vtique multarum scientiarum virum doctissimum. ex epistolis familiaribus Marci tulii ciceronis. Quem merito eloquentie patrem appellant. & Enee filii poete laureati extracte. vnicuique exemplorum gratia pernecessarie. Et quam maxime vtiles. feliciter incipiunt.* Constant illae 83 foliis, suntque charactere gothico chartae firmae quidem, sed minus politae impressae. Initialis littera ligno est incisa. Desunt custodes, paginarum vero numeri, & signaturae a typographo sunt adiectae. In fine legitur: *Finis formularum epistolarium Karoli: Anno domini* 1488 *exaratarum.*

XXX. *Summarium textuale & Conclusiones super Sextum & Clementinas.* Anno 1488. in fol.

In prima pagina folii primi verba ista litteris maioribus expressa habentur. Auersam occupant *Tituli sexti secundum ordinem alphabeti.* Folio secundo *In dei nomine succincte & vtiles conclusiones circa materiam tam glossarum quam doctorum circa Sextum etiam nouissime scribentium vnacum pleniori textus eiusdem Sexti summario In alma vniuersitate florentissimi studii Colonien. edite in lucem viuaci lucubratione honorabilis viri domini Iohannis coelner de vanckel Artium liberalium magistri. diuinarum humanarumque legum interpretis. Iurisconsultorum equissimi. & Ordinarii in iure canonico predicte vniuersitatis benemeriti: in edibus suis lecte & resumpte feliciter incipiunt.* Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis est impressum,

impressum, nullos exhibens custodes, aut paginarum numeros. Litterae initiales partim sunt omissae, partim paruis tantum indicatae. Plagularum fasciculi 26, litteris signati numerantur. Ad calcem operis sequentia leguntur: *Summaria pariter & conclusiones Sexti accurrate & compendiose ex doctoribus circa eundem scribentibus per honorabilem virum dominum Iohannem Kolner. de vanckel artium liberalium magistrum. iuris vtriusque doctorem. virum peritissimum In iure Canonico ordinarium in florentissimo studio Colonien collecta. Anno gratie MCCCCLXXXVIII.in vigilia Visitationis beate dei genitricis Marie virginis gloriosissime impressa finem acceperunt feliciter.*

XXXI. *Dicta versoris super septem tractatus Magistri Petri hyspani cum textu.* **Anno 1488. in fol.**

Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis impressum, 23 plagularum fasciculis constat. Caret litteris initialibus, & custodibus, & paginarum numeris; signaturae vero adparent. Verba supra relata tantum primam paginam folii primi occupant. Folio secundo *Primus tractatus* absque titulo incipit. In fine legitur: *Dicta versoris supra omnes tractatus magistri Petri hispani cum textu interposito feliciter finiunt impressa. Anno domini. M CCCC LXXXVIII.*

XXXII. **Ioannis Gerson Cancellarii Parisiensis opera. Anno 1488. Voll. III. in fol.**

Primum volumen primam partem complectitur, ac 33 plagularum fasciculis constat. In prima folii primi pagina haec tantum leguntur impressa: *Prima pars operum Iohannis Gerson.* Auersam imago ligno incisa, GERSONEM Viatorem exhibens implet. Folio secundo legitur auctoris epistola ad Germanum suum IOHANNEM Ordinis Coelestinorum Monachum, cui carmen, quod symbolicam imaginis significationem explicat, subiectum habetur. Istud GERSONIS elogium excipit. Folii tertii secunda columna omnium trium partium tituli incipiunt, qui secunda folii quarti columna terminantur. Folio quinto *Incipiunt opera & tractatus magistri Iohannis de Gerson.* In fine sequentia habentur: *Prima pars operum magistri Iohannis de gerson sacrarum litterarum doctoris resolutissimi, christianissimique, complectens tractatus, fidem ac pietatem ecclesiasticam concernentes, finit feliciter. Anno dominice natiuitatis. MCCCCLXXXVIII. Mensis vero septembris ydus quarto.*

Secunda pars 41 plagularum fasciculis constat. In prima pagina folii primi legitur: *Secunda pars operum Iohannis de Gerson doctoris christianissimi.* Auersam imago supra memorata occupat. Ad finem sequentia habentur: *Secunda pars operum domini Iohannis Gerson, doctoris christianissimi continens precipue opuscula ad mores accommodata. Explicit feliciter. Anno nostre salutis. MCCCCLXXXVIII. Nonas vero Iulii mensis quinto.*

Tertia pars 52 plagularum fasciculis comprehenditur. In prima pagina folii primi legitur: *Tertia pars operum Iohannis de Gerson doctoris christianissimi.* In auersa imago memorata conspicitur. Ad calcem operis sequentia habentur: *Finiunt opera cancellarii parisiensis doctoris christianissimi magistri Iohannis de gerson, que vt frugem lectori vberrimam ferant, emendatissima lima castigata fuere. Anno domini M. CCCC. LXXXVIII. Idus vero mensis Septembris octauo.*

Typus, quo opera ista impressa sunt, est gothicus minusculus. Paginae singulae, quae litteris signatae, in duas distinctae sunt columnas. Initiales litteras partim omisit typogra-

 pogra-



pographus, partim paruas adiecit. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Distinctionis signa vix non omnia obseruantur.

Editio praesens omnium prima est, eaque rarissima, cum & MAITTAIRE, & BAVR & DV PIN, qui vltimam Operum GERSONIS editionem anno 1728 procurauit, altum de ea tenent silentium

Anno MCCCCLXXXIX.

I. *Aurelii Augustini opuscula plurima*. Argentinae per Martinum Flach anno 1489. in fol.

Verba ista in prima pagina folii primi maiusculis litteris impressa leguntur. Folio sequenti incipit tractatuum in hoc volumine contentorum tabula, quae prima columna sexti folii terminatur. In secunda columna epigramma ad Lectorem habetur. Auersa pagina vacua est. Tum primus tractatus meditationes falso S. Doctori adscriptas comprehendens inchoat. Istas *Soliloquia animae ad Deum*, Spurium S. AVGVSTINI opus, excipiunt. Vltimum locum obtinet S. Doctoris vita a POSSIDONIO Calamensi Episcopo scripta. Plura in hoc volumine inueniuntur opera, quae iuxta Benedictinos Congregationis S. MAVRI e S. AVGTSINI penu nunquam fluxerunt. Folia 267, exceptis primis sex, numerantur. Ista tam numeris, quam litteris sunt signata. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Typus est gothicus minusculus. Litteras initiales paruas adiecit typographus. Custodes desiderantur. In fine sequentia habentur: *Aurelii Augustini Hipponensis episcopi: ac doctoris ecclesiae sanctissimi pariter & perspicacissimi: plurimorum opusculorum necnon vitae eius a Possidonio conscriptae: impensis & opera Martini flach Argentinae accuratissime impressorum Finis anno a natiuitate saluatoris nostri. M. CCCC. LXXXIX. XIII. Kalendas Apriles.* His sequentis tenoris carmen ad lectorem est subiectum.

Hos iuuat arguta scrutari indagine verum.
Illos Dulichio verba lepore tenent.
Ast aliis gratum est varios versare libellos.
Sunt quoque scripta quibus non nisi sancta placent.
Quisquis es ex istis : paucis nummis eme multos
Aurelii libros : hancque leuato sitim.
Neruosos cernes rationum viribus : atque
Ornatos : varios : de deitate simul.
Hos menda expertes tulit Argentina : premique
Martinus docili simus ab arte dedit.

II. *Sancti Bonauenture tractatus & libri quamplurimi.* Argentinae per Martinum Flach anno 1489. in fol.

Verba ista in prima pagina folii primi exscripta habentur. Folio secundo librorum, ac tractatuum, quorum quidam falso S. BONAVENTVRAE attribuuntur, index legitur. Folio tertio *Incipit breuiloquium S. Bonauenture de ordine minorum*, quod quarta columna folii 38 terminatur. Istud folio sequenti excipit *Soliloquium*, soliloquium folio 55 *Itinerarium mentis in deum* &c. Finem imponit OCTAVIANI oratio in vitam, & miracula S. Doctoris *Iuliano* de RVVERE Cardinali Sabinensi inscripta. Ad calcem sequentia habentur: *Libri & tractatus vnacum oratione in vitam & miracula sancti Bonauenture : generalis quondam ministri fra-*

trum

trum minorum Cardinalis episcopi albanensis & sacre theologie doctoris seraphici : per Martinum flach Argentine ciuem vigilanti cura impressi finiunt feliciter Anno gratie : M. CCCC. LXXXIX. pridie Kal. nouembris. Editio praesens quoad externam formam cum praecedenti omnino conuenit. Constant illa opuscula foliis 285, quae tam litteris, quam numeris romanis signata sunt.

III. *Summa Angelica de casibus conscientie.* Argentinae per Martinum Flach anno 1489. in fol.

Haec editio iuxta venetam anni 1487 recusa est. Verba ista in primi folii prima pagina leguntur impressa. Folio secundo sequitur *Hieronymi* TORNIELLI epistola ad auctorem; istam excipit prologus, tabula contentorum, & iuris tam ciuilis, quam canonici rubricae, quae omnia sexdecim foliis comprehenduntur. Tum *Summa Angelica de casibus conscientie per venerabilem fratrem Angelum de clauasio compilata : incipit feliciter.* Constat 371 foliis, quae tam numeris, quam litteris notata sunt. Litteras initiales maiores potissimum typographus minoribus indicauit. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Custodes nulli obseruantur. Typus est gothicus minusculus, a praecedentis operis typo diuersus. In fine legitur: *Finit summa angelica de casibus conscientie per fratrem Angelum de clauasio compilata maxima cum diligentia reuisa : & fideli studio emendata: sicut ipsum opus per se satis attestabitur : Argentine impressa per Martinum Flach inibi conciuem Anno domini. M. CCCC. LXXXIX. In vigilia omnium sanctorum.*

IV. Guidonis de monte Rocherii Manipulus curatorum. Argentinae per Martinum Flach anno 1489. in 4.

Hoc opusculum quindecim plagularum fasciculis, qui litteris a - p. signati sunt, contentum, gothico charactere, & quidem eodem, quo S. AVGVSTINI, & S. BONAVENTVRAE opuscula supra memorata excusa, est impressum. Desunt custodes, & paginarum numeri. Initiales litteras paruas adiecit typographus. In prima pagina folii primi maiusculis litteris legitur impressum: *Manipulus curatorum officia sacerdotum secundum ordinem septem sacramentorum perbreuiter complectens.* Folio tertio, praemissa tabula, *Incipit feliciter doctissimi ac famosissimi viri domini Guidonis de monte Rotherii liber : qui Manipulus curatorum vulgariter appellatur.* In vltimi folii prima pagina haec habentur : *Hec circa officium curatorum breuiter a me perstricta sunt - - - Hec insuper exarata sunt in famosa ciuitate Argentinensium. per Martinum flach. Anno domini. M. CCCC. LXXXIX. die IX. mensis Februarii.* Auersam paginam occupant *conditiones requisitae in summente Eucharistiae sacramentum*, & *Casus episcopales* pedestri sermone conscripti.

V. *Sermones exquisiti super epistolis per anni circulum.* Argentinae per Ioannem Reynardum alias Gruninger anno 1489. in fol.

Verba ista in prima folii primi pagina leguntur rubro colore impressa. Folio secundo incipit alphabeticus materiarum index, sequentibus septem foliis contentus. Folio nono *Sermones quam elegantissimi, super epistolis dominicalibus, per totius anni circulum. collecti ex sermonibus wilhelmi lugdunensis & ex dictis sancti Thome. Iohannis nider, aliorumque catholicorum atque ex sermonibus sensati, ac denuo cum magno labore reuisi. incipiunt feliciter.*

Sermones



Sermones isti 13 plagularum fasciculis comprehensi in duabus columnis gothico charactere sunt excusi, nullas exhibentes initiales litteras, custodes, aut paginarum numeros. Distinctionis signa praeter punctum obseruantur & colon, & coma. In fine legitur *Finiunt sermones, super epistolis dominicalibus per anni circulum valde habiles Acti argentine, impensis prouidi viri Iohannis Reynardi (alias gruninger) diligenti examinatione preuia. Anno domini. M CCCC LXXXIX. pridie vero Kalendas aprilis.*

VI. *Lombardica historia que a plerisque Aurea legenda sanctorum appellatur.* Argentinae anno 1489. in fol.

Integrum hoc opus 38 constat plagularum fasciculis, estque in duabus columnis gothico charactere impressum. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. Paginae sunt litteris signatae. In prima pagina folii primi verba supra relata maiusculis litteris leguntur impressa. Folio secundo, praefatione praemissa, incipit tabula secundum alphabeti ordinem, quam folio 13 auctoris prologus, & istum capitulorum argumenta excipiunt. Folio 15 *Incipit legenda sanctorum que lombardica nominatur historia.* In fine operis *Iohannis* de VORAGINE sequens habetur notitia: *Explicit legenda lombardica Iacobi de voragine ordinis predicatorum episcopi Ianuensis. Impressa argentine anno domini. M CCCC LXXXIX Finita altera die sancti Mathie apostoli.* Sequuntur dein quaedam legendae ab aliis superadditae, ad quarum finem haec leguntur: *Expliciunt quorundam sanctorum legende adiuncte post Lompardicam historiam Impresse Argentine Anno domini. M CCCC LXXXIX. Finite in vigilia sancti Mathie apostoli.*

VII. *Sermones Dormi secure uel Dormi sine cura de tempore.* Argentinae anno 1489. in fol.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo incipit index alphabeticus, qui secunda columna folii tertii finitur. Folio quarto *Sermones dominicales cum expositionibus euangeliorum per annum satis notabiles & utiles omnibus sacerdotibus pastoribus & capellanis qui Dormi secure. vel dormi sine cura sunt nuncupati eoquod absque magno studio faciliter possunt incorpoarri & populo predicari Incipiunt feliciter.* Constant isti tredecim plagularum fasciculis, qui litteris a - n signati sunt. In fine legitur: *Ad laudem & honorem omnipotentis dei virginisque matris eius gloriose necnon utilitatem totius ecclesie finiunt sermones notabiles quamquam breues Dormi secure intitulati Impressi Argentine. Anno domini M. CCCC. LXXXIX. Finiti in vigilia assumptionis beate marie virginis.*

Sermones de tempore sequuntur sermones de sanctis, qui sequentem titulum in prima pagina primi folii maiusculis litteris impressum habent praefixum: *Sermones de sanctis dormi secure.* Folio secundo incipit materiarum index quinque foliis contentus. Folio septimo inchoant sermones, qui octodecim plagularum fasciculis, litteris A - S. signatis, comprehenduntur. Ad calcem operis sequentia habentur: *Impressi sunt isti sermones de sanctis Argentine Anno domini. M. CCCC. LXXXIX. Finiti secunda feria post Letare.*

Litteras initiales partim omisit typographus, partim paruis easdem indicauit. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Typus gothicus est, & plane idem, quo S. AVGVSTINI opuscula supra memorata excusa sunt. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas.

VIII. *Directo-*

VIII. *Directorium Statuum. Seu verius. Tribulatio seculi.* **Argentinae per Petrum Attendorn anno 1489. in 4.**

In prima pagina folii primi ista verba tituli loco leguntur. In auersa habetur *Iacobi* WIMPFELINGI epistola ad *Petrum* ATTENDORN Argentinensem typographum, in qua illa, quae in hoc opusculo contenta sunt, docentur. Epistolam istam sequitur altera ab ATTENDORN ad WIMPFELINGVM VIII. Kal. Nouembris anno 1489 scripta. In prima pagina tertii folii leguntur huius opusculi contenta: sunt autem sequentia: I. *Ioannis* GEYLER de Keysersberg *oratio in synodo Argentinensi in Episcopi ac Cleri praesentia habita*: II. *Iodoci* GALLICI Rubiacensis *oratio in synodo Spirensi in Episcopi praesentia dicta.* III. *Epistola de miseriis curatorum aut plebanorum.* IV. *Monopolium Philosophorum, vulgo, Schelmezunft.* V. *Monopolium, vulgo, des Lichtschiffs.* VI. *Metrificatura de Errore illustrium doctorum de mundi huius fine diffinientium.* De his typographus in sua epistola sic disserit: *Licet in praesenti opusculo aliqua, quae mentem aedificant, reliqua, quae dissoluunt, ac risum prouocant, sint compinata; diligenter tamen si fuerint inspecta, status vniuscuiusque conditio, vnacum suo fine faciliter erit manifestata.* Oratio *Ioannis* GEYLER auersa folii tertii pagina incipit, & auersa folii vndecimi terminatur. Folio sequenti incipit GALLICI oratio, quae prima pagina folii 17 finitur. In fronte auersae legitur: *Incipit epistola de miseria curatorum.* His subiecta est figura ligno incisa, personas tam ecclesiasticas, quam laicas exhibens. Monopolio Philosophorum duae epistolae sunt praefixae, vna *Petri* SCHMALZ ad *Hartmannum* GVOT, in qua ille *Hartmannum* a Cantoris officio ad praefecturam Monopolii euehit. Altera est *Hartmanni* ad *Petrum*, in qua ille pro honore sibi praestito gratias refert, promittens, munus suum ad vnguem adimplere. Huic quoque, & sequenti praefixae sunt figurae ligno incisae, ac materiae adcommodatae. Auersam penultimi folii, & primam vltimi paginam *Carmen de errore doctorum* occupat.

Haec opuscula gothico charactere impressa sex plagularum fasciculis, qui litteris a-f signati sunt, constant. Initiales litterae ligno sunt incisae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Huius editionis BAVR *T. II. Suppl* meminit, eamque collectionem perraram adpellat.

IX. *Vocabularius rerum.* **Argentinae per Ioannem Prüss anno 1489. in 4.**

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur impressa. Folio secundo, praemisso auctoris, qui *Wenceslaus* BRACK artis professor Constantiae laudatur, prooemio ad suos discipulos, incipit ipsum opus, & quidem primo de *coelo & eius partibus.* Constat octo plagularum fasciculis. Typo impressum est gothico. Signaturae, & foliorum numeri occurrunt, nulli vero custodes. Ad calcem operis legitur: *Impressum Argentine per Iohannem Prüss Anno domini.* 1489. *In vigilia Epiphanie domini.* Vltimum folium vocabularii index materiarium occupat.

X. *Precordiale deuotorum.* **Argentinae anno 1489. in 8. min.**

In prima pagina ista verba impressa habentur. Auersam occupat imago, sacerdotem sacris vestibus indutum, ad altaris pedem genibus nixum repraesentans. Folio secundo incipit praefatio, cuius initium ita sonat: *Nomen hoc precordiale scilicet sacerdotum hic libellus accepit. eoquod sacerdotibus quotidie aut frequenter celebrantibus ad deuotionis gratiam ante altaris accessum plurimum suffragetur.* Subiunguntur centum articuli de passione D. N.



I. Ch. Integrum hoc opufculum viginti plagularum fafciculis comprehenditur. Caret cuftodibus, & paginarum numeris. Paginae litteris funt fignatae. In fine fequentia habentur: *Impreffum Argentine. Anno falutis M. CCCC. LXXXIX.*

XI. ***Introductorium in aftronomiam Albumafaris abalachi octo continens libros partiales.*** **Auguftae per Erhardum Ratdolt anno 1489. in 4.**

Opus iftud nouem plagularum fafciculis contentum, gothico, ac nitido charactere impreffum eft. Initiales litterae, ac figurae aftrologicae ligno funt incifae. Signaturae adparent, nulli vero cuftodes, aut paginarum numeri. In prima pagina folii primi verba fupra relata maiufculis litteris impreffa leguntur. Folio fecundo *Incipit liber introductorius in aftronomiam Albumafar abalachi.* Haec fequitur editoris, quem GEMEINER *Iacobum* ANGELVM Aftrologiae doctorem adpellat, praefatio, quam auerfa pagina, linea vndeuicefima primum operis capitulum excipit. In fine fequentia leguntur. *Opus introductorii in aftronomiam albumazaris abalachi explicit feliciter Erhardi ratdolt mira imprimendi arte: qua nuper venetiis nunc augufte vindelicorum excellit nominatiffimus. 7. Idus Februarii.* 1489. Hac de editione cl. ZAPFIVS in *Annal. Typogr. Auguft.* p. 88. & Cl. GEMEINER *in den Nachrichten* &c. p. 182 mentionem faciunt.

XII. ***Compilatio Leupoldi Ducatus* - fic - *Auftrie filii de aftrorum fcientia Decem continens tractatus.*** **Auguftae per Erhardum Ratdolt anno 1489. in 4.**

Verba ifta in prima pagina folii primi leguntur impreffa. Primam paginam folii fecundi globum, auerfam vero RATDOLTI epiftola dedicatoria ad *Vdalricum* de FRONSBERG Epifcopum Tridentinum occupat. Folio tertio *Incipit compilatio Leupoldi ducatus Auftrie filii de aftrorum fcientia*, quae quatuordecim plagularum fafciculis, qui litteris a - o fignati, comprehenditur. Initiales litterae, & figurae ligno funt incifae. Defunt cuftodes, & paginarum numeri. Typus plane idem, quo opus immediate praecedens impreffum eft. Ad calcem operis legitur: *Compilatio Leupoldi Ducatus Auftrie filii de aftrorum fcientia: explicit feliciter. Erhardi ratdolt Auguften. viri folertis: eximia induftria & mira imprimendi arte: qua nuper venetiis nunc augufte vindelicorum excellit nominatiffimus. Quinto ydus Ianuarii. M. CCCC. LXXXIX. curente. Laus deo.* Cl. ZAPFIVS, & GEMEINER loc cit. hauc editionem recenfent, eamque perraram adpellant.

De auctore haec *Henricus* RANZOVIVS in *Catal, Impp. Reg. & Principp.* qui aftrologicam artem amarunt, fcribit: „ LEOPOLDVS Epifcopus Frifingenfis natus Dux Auftriae „ edidit de hac arte proprium volumen & normam tradidit iudicandi figuras natiuitatum. „ Floruit circa annum 1200. "

XIII. ***Sermones de laudibus fanctorum clariffimi fratris Roberti carazoli de Licio ordinis minorum ac pontificis Aquinaten.*** **Auguftae per Erhardum Ratdolt anno 1489. in 4.**

Verba ifta in prima pagina folii primi impreffa habentur. Folio fecundo incipit *Tabula prefentis operis*, quinque foliis contenta. Deinde ipfum opus, quod 37 plagularum fafciculis conftat, initium fumit. Initiales litterae ligno funt incifae. Signaturae confpiciuntur;



tur: custodes vero nulli comparent, nullique paginarum numeri. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Ad calcem operis legitur: *Clarissimi ac celeberrimi preconis fratris Roberti Carazoli de Licio ordinis minorum: pontificis Aquinaten opus de laudibus sanctorum accuratissime per Erhardum Ratdolt Auguste impressum. Anno a natali christiano. M. CCCC. LXXXIX. Kalendis sextis Nouembris. Laus deo.* Aliam huius operis editionem sequenti anno describemus.

XIV. *Laucrum conscientie.* Augustae per Antonium Sorg anno 1489. in 4.

Integrum hoc opusculum gothico charactere impressum 12 plagularum fasciculis comprehenditur. Folia, exceptis duobus vltimis, quae registrum complectitur, tam numeris, quam litteris sunt signata. Initiales litterae paruae conspiciuntur. Custodes desiderantur. In prima pagina primi folii verba supra relata leguntur. Folio secundo *Incipit lauacrum consciente omnium sacerdotum.* In indicis fine sequentia habentur: *Impressum Auguste hoc opusculum in imperiali ciuitate augustensi per honestum virum Authonium Sorg. Anno ab incarnatione domini ihesu christi. M. CCCC. LXXXIX.* Alterius editionis ab eodem typographo anno 1492 euulgatae suo loco mentionem faciemus.

XV. *Vocabularius predicantium* latino-germanicus. Augustae per Antonium Sorg anno 1489. in 4.

Integrum hoc opus gothico minusculo charactere impressum, 25 plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. In primi folii prima pagina verba superius relata leguntur. Folio secundo, praemisso prologo, ipsum opus incipit. Cum ille admodum breuis est, integrum transscribam. *Incipit variloquus Idem vocabulum diuersimode acceptum varie theutonisando exprimens predicatoribus consolabile enauigium Compilatus per venerabilem magistrum iohannem melber de geroltzhofen ex sermonibus auditis & per eundem conscriptis sub venerando vero magistro Iodoco eychman de Kalw eximio doctore. ac famosissimo verbi dei predicatore in heydelberga.* Ad calcem operis sequentia habentur: *Explicit vocabularius predicatorum. Impressus in imperiali ciuitate Augusta. per Anthonium Sorg. Anno ab incarnatione domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono. In die sancti Berhardini.* Aliam huius operis editionem iam supra anno 1486 N. II. recensuimus.

XVI. *Horologium deuotionis circa vitam Christi. Orationes siue collecte illius preclarissime virginis beate Brigide. quas dicebat ante ymaginem Ihesu crucifixi. Oratio pulcra De sancta Veronica.* Augustae per Antonium Sorg anno 1489. in 8.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo incipit prologus, in quo auctor BERTHOLDVS Dominicanus, seipsum manifestat. Constat hoc opusculum quatuordecim plagularum fasciculis. Initiales litteras paruas adiecit typographus, paginasque litteris signauit; custodes vero, & paginarum numeri desiderantur. Figurae ligno incisae, vitam, ac passionem Saluatoris exhibentes conspiciuntur. In fine legitur: *Auguste in Anthonii Sorg officina impressum Anno domini M CCCC: LXXXIX.* Aliam huius

opusculi



opufculi editionem fine anni, typographi, & loci indicio elucubratam iam fupra p. 26 N. CXXXVI. defcripfimus.

XVII. *Valerius Maximus de gefchichte der römer.* Auguftae per Antonium Sorg anno 1489. in fol.

Integrum hoc opus 142 foliis comprehenditur. Typus, quo impreffum, eft gothico germanicus, quem tabula I. N. II. exhibet. Initiales litterae funt ligno incifae. Signaturae, & foliorum numeri adparent, nulli vero cuftodes. Pagina quaelibet in duas eft diftincta columnas.

In prima pagina folii primi verba fupra relata magnis admodum litteris leguntur impreffa. Folio fecundo incipit operis dedicatio, in qua fe verfionis auctor his verbis manifeftat: *fo hab ich Heinrich vonn Muglein gefeffen bey der Elbe in des land Meyffen die felben fprüche vnd Cronicken betücht in teüttfcher Zungen bey Keifer Karels Zeiten, des wirdigen nach Crifti gepurt taufent iar dreühundertt iar vnd in dem neün vnd fechczigeften iar. Die durch ir groß fchwäre maifterfcheft mer geteütfchte hat, vnd den text gekläret vnd geprait vnd geleütertt durch größer verftändnuß So ich befst macht zu eren vnd wirden dem edlen getreüen weyfen herrn herrn Hertneyden von Petaw in Steyren landtt gefeffen bei der Tra. geporn auß hohen wüte* &c. Dedicatio ifta fecunda columna folii fecundi, linea 18 terminatur. Tum immediate incipit auctoris praefatio, quam quarta columna eiusdem folii primum caput excipit. Ad vltimi libri finem fequens habetur notitia: *Alfo fey es auch befchloffen mit dem getreüen weifen vnnd hochgeporn herrn herrn Hertneiden von Pettaw mit dem es der außleger hat angefangen Heinrich von Muglein. vnd zu eren geteutfcht. Amen.* Ex his vltimis verbis coniicere eft, MVGLEIN opus iftud non folum in germanicam transtuliffe linguam, fed commentarium quoque componere voluiffe. Ad calcem regiftri haec leguntur: *Hie endet fich das regifter vnnd buch Valery Maximi, das do fagt von der Römer gefchicht vnd thaten auch von irem wefen und ordnung der römifchen regierung vaft hüpfch zelefen darbei gut vnderweifung Getruckt in der loblichen Stat Augfpurg von Anthonio Sorg am montag nach Valentini. do man zalt nach Crifti gepurt. m. cccc. vnd im. LXXXVIIII. Iar.*

Primam hanc effe huius operis in lingua vulgari editionem, eamque rariffimam, vix non omnes confentiunt Bibliographi. V. FREYTAG *Annal.* p. 1021. Cl. ZAPFII *Annal. Typogr. Auguft.* p. 92. *Beytraege zur critifchen Hiftorie der deutfchen Sprache.* Vol. V. p. 552. PANZER *Annal. Litterat. Teuton.* p. 181.

XVIII. *Das Buch Gefta Romanorum. der römer. von den gefchichten. oder gefchehen dingen gaiftlichen. vnd weltlichen.* Auguftae per Ioan. Schobfer anno 1489. in fol.

Verba ifta in prima pagina folii primi leguntur impreffa. Folio fecundo incipit materiarum index, qui quarta columna folii quarti terminatur. Tum folio fequenti ipfum opus, foliis 128 contentum, charactere plane eodem, quo immediate praecedens, in duabus columnis impreffum, initium fumit. Initiales litterae ligno incifae, fignaturae, & paginarum numeri confpiciuntur, nulli vero cuftodes. In fine operis legitur: *Hie endet fich das buch genant ift zu latein Gefta romanorum, zu teutfch das buch von den gefchichten oder gefchehen dingen der römer, gedrucket von Hannfen fchobfer in der ftat Augfpurg Anno domini M. CCCC LXXXIX. iare am abend Mathie des heiligen czwelff poten.*

De

De praesenti opere eruditi sequens cum Cl. SCHELHORN ferunt iudicium : „ Nostri seculi stilo inscribendus fuisset liber hic *Cornucopie* vel *promtuarium*, vel *adparatus*, „ vel *thesaurus homileticus*, quamquam pro thesauro nonnisi carbones in illo reperiamus. „ Eo enim fine concinnatus est, vt concionatoribus in promtu esset sermonibus sacris conficiendis materia. Testatur vero & hic luculentissime horridam illius aeui barbariem. „ Plenus enim est insipidis historiolis vel potius fabellis anilibus, ad vsus homileticos „ maximam partem ineptissime adcommodatis. V. SCHELHORN *Amoen. hystor. eccles. & litter.* T. I. p. 796. Cl. ZAPFII *Annal. Typorgr. August.* p. 91. Cl. PANZER *Annal. Litter. teuton.* p. 178. GEMEINER *Nachrichten* p. 184.

XIX. Summa Ioannis. Theodisce. Augustae per Ioannem Schoensperger anno 1489. in fol.

Integrum hoc opus, gothico theodisco chractere, quem tabula I. N. III. exhibet, impressum, vnacum indice ipsi adiecto 175 foliis constat. Foliorum numeri in ipso opere, signaturae, & initiales litterae ligno incisae occurrunt, nulli vero custodes. Pagina quaelibet in duas columnas distincta est. In prima folii primi pagina haec tantum leguntur : *Hie hebt sich an das buch genannt summa Iohannis vnd dye gezogen ist auß dem heyligen decret buch.* Auersam imago ligno incisa, ac sacrosanctam Trinitatem repraesentans, occupat. Folio secundo, praemissa praefatione, ipsum opus ordine alphabetico dispositum, incipit. In fine operis duplex finalis subscriptio tam germanica, quam latina habetur. Prima sequentis est tenoris : *Hie endet sich Summa Iohannis. die gezogen ist auß dem heyligen Decret buch. vnd von latein in teutsch gemacht. durch eyn hochgelerten man Bruder Berchtold prediger ordens. Vnnd die hat getruckt Hans Schönsperger am freytag nach sant Katherina tag. Keyserlichen stat Augspurg. Anno &c. M. CCCC. vnd in dem. LXXXIX. iare.* Secunda ita sonat : *Explicit Summa Iohannis translata de latino in vulgare. multum vtilis pro regentibus curam animarum clericis simplicibus. Nec non laycis : qui se informare possunt ex eadem in diuersis casibus occurrentibus* &c. Tum sequitur index, decem foliis contentus. Iam P. I. p. 149 alteram huius operis editionem descripsimus, vbi etiam de ipso auctore quaedam diximus.

XX. S. Augustini Psalmorum explanatio. Basileae per Ioan. de Amerbach anno 1489. in fol.

Praemittitur operi *annotatio principalium sententiarum* quatuordecim foliis contenta. Tum ipsa incipit explanatio, quae in tres partes est diuisa, quarum quaelibet quinquaginta psalmos complectitur. In prima pagina folii primi sequentia leguntur maximae formae litteris impressa : *Aurelii Augustini Prima Quinquagena.* Eadem quoque verba reliquis duabus partibus praefixa habentur. In auersa folii eiusdem *In explanationem libri psalmorum Diui Aurelii Augustini : prefatio incipit*, quam secunda columna folii secundi expositio ipsa excipit. Prima pars 21 constat plagularum fasciculis, secunda 28, qui litteris sunt signati, tertia etiam 28, qui numeris arabicis sunt notati. Initiales litteras paruas adiecit typographus. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Singulae paginae duas complectuntur columnas. Typus gothicus est, ac satis luculentus. Psalmi in superiori margine sunt indicati. Ad calcem tertiae partis sequens habetur notitia : *Post exactam diligentemque emendationem : Auctore deo : perfectum est insigne atque preclarum hoc opus explanationis psalmo-*



psalmorum: Diui ac magni doctoris Augustini. Opus reuera maiori commendatione se dignum exhibens legentibus, quam quibusuis verbis explicari possit: vt & ex prefatione & prologo ipsius euidenter colligi potest. Quanto vero studio & acuratione castigatum: emendatum: & ordinatum sit: hi iudicent qui illud aliis similibus sibi: siue manu scriptis: siue ere impressis litteris contulerint. Consummatum Basilee per magistrum Ioannem de Amerbach. Anno domini. M. CCCC. LXXXIX.

XXI. S. Augustini de Ciuitate Lib. XXII. cum Comment. Thom. de Valois, & Nic. Trueth. Eiusdem Libri XV. de Trinitate. Basileae per Ioan. Amerbach anno 1489. in fol.

Primum opus 36 constat plagularum fasciculis. In prima pagina folii primi magnis admodum litteris impressum legitur: *Augustinus de Ciuitate dei cum commento.* Auersam occupat figura ligno incisa, in cuius superiori parte S. AVGVSTINVS, & in inferiori ciuitas Dei cum angelis, & ciuitas Satanae cum suis asseclis repraesentantur. Ante illam ABEL cum sequenti inscriptione conspicitur: *vrbs dicata deo; Abel fundatur sanguine iusti.* Ante istam CAIN cum sequenti: *In sathane sedem Cayn istam condidit urbem.* Supra vtramque ciuitatem legitur: *Insultauit babylon. Syon. vrbs vt sancta resultet.* Infra hanc figuram duodecim disticha vtriusque vrbis differentiam declarant. Folio secundo opus his verbis incipit: *Aurelii Augustini hipponensis episcopi in libros de ciuitate dei: Argumentum operis totius ex libro retractationum.* Cuilibet libro capitulorum argumenta sunt praefixa. Commentarius, qui minusculis est expressus litteris, folio tertio his verbis incipit: *Sacre pagine professorum ordinis predicatorum Thome valois & Nicolai trieuth in libros beati augustini de ciuitate dei Commentaria feliciter inchoant.* In fine operis sequentia leguntur:

Hoc opus exactum diuina arte Ioannis
Amerbacensis: lector vbique legas.
Inuenis in textu glosis seu margine mirum:
Quo merito gaudet vrbs Basilea decus.

Anno salutiferi virginalis partus octogesimo nono supra millesimum quaterque centesimum Idibus februariis. Operi adiecta est tabula alphabetica a *Nicolao* TRIVETH composita. Aliis duabus huius operis editionibus, quarum P. I. p. 9 & 156 meminimus, nostra gaudet bibliotheca, vbi quoque de commentariorum auctoribus plura disseruimus.

Tractatus de SS. Trinitate duodecim plagularum fasciculis comprehenditur. In prima pagina folii primi legitur impressum: *Augustinus de Trinitate.* Folio secundo opus his verbis incipit: *Aurelii Augustini hipponensis episcopi in libros de trinitate: Argumentum operis totius ex libro retractationum.* Singulis libris capitulorum argumenta sunt praemissa. Ad finem vltimi libri legitur: *Aurelii Augustini de trinitate liber explicitus est. Anno domini M. CCCC. LXXXIX.* Adiectus est alphabeticus operis index, ad cuius finem decem disticha, quorum vltimum sic sonat:

Numine sancte tuo pater o tueare Ioannem
De amerbach: presens qui tibi pressit opus.

Aliam huius operis editionem P. I. p. 82 memorauimus.

Typus, quo duo haec S. Doctoris opera sunt impressa, gothicus est. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Charta est alba, ac praestans admodum. Initiales litteras paruas adiecit typographus, paginasque literis signauit. Custodes, & paginarum numeri desiderantur.

XXII. *Con-*



XXII. *Concordantie Biblie & Canonum totiusque Iurisciuilis.* Basileae anno 1489. in fol.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo *Concordantie auctoritatum sacre scripture iuxta ordinem librorum biblie. in quibus locis iuriscanonici reperiantur per egregium virum dominum Iohannem decretorum doctorem dignissimum Niuicellen. abbatem studiose collecte feliciter incipiunt.* Opusculum istud in duabus columnis gothico charactere impressum, duodecim plagularum fasciculis, qui litteris a - m signati sunt, constat, nullas exhibens initiales litteras, nullos custodes, aut paginarum numeros. Ad calcem operis legitur: *Biblie autoritatum & sententiarum que in decretorum & decretalium totiusque iuriscanonici libris reperiuntur concordantie. per egregium magistrum Iohannem Niuicellen. abbatem decretorum doctorem famatissimum studiose collecte. Et Basilee exactissime emendate & impresse. Anno domini. M. CCCC. LXXXIX. vltima vero mensis Ianuarii. feliciter expliciunt.*

IOANNES Monachus Benedictinus, ac Abbas Niuicellensis, Theologus insignis, pontificii iuris consultissimus, & in sacris litteris longa exercitatione consummatus, scripsit praeter alia, Bibliorum, & canonum concordantiam, in quo opere secundum ordinem diuinorum librorum collegit ex vtroque Testamento omnes locos, cum quibus canones & decreta Pontificum consonant, eisque locos canonum correspondentes adposuit. Floruit anno 1460. SIXTI *Senen. Bibl. S. L. IV. p.* 271.

XXIII *Francisci Maronis ordinis minorum scriptum primi Sententiarum qui alias conflatus intitulatur.* Basileae per Nicolaum Kesler anno 1489. in fol.

Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis impressum 32 constat plagularum fasciculis. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litteras paruas adpressit typographus, litterisque paginas signauit. Verba supra relata in primi folii prima pagina maiusculis litteris impressa leguntur. In vltimae distinctionis fine sequentia habentur: *Fratris Francisci Maronis ordinis minorum: sacrarum litterarum interpretis: theologiceque veritatis professoris eximii super primum sententiarum scriptum finit. Impressum Basilee per Nicolaum Kesler Anno salutis. M. CCCC. LXXXIX. XVIII. Kl. Nouembris. Deo gratias.* His subiecta sunt typographi insignia. Folio sequenti incipit *Tabula Quaestionum* 28 foliis contenta.

Franciscus MARONIS seu *Mayronius*, natione Gallus, Dignae in Prouincia natus, Doctor Illuminatus, & Acutus dictus, *Iohannis* DVNS Scoti discipulus, Ordinis Minorum sodalis, claruit anno 1315. quo circiter tempore Actum Sorbonicum primus omnium academiae inuexit; quo singulis diebus veneris, aestiuo tempore, ab ortu solis vsque ad occasum sine vlla requie, sine vllo pastu, aut potu, sine vllo Praesidis auxilio ab vnico quodam respondente contra multos opponentes disputatur. Plura alia scripta praeter praesens opus posteritati reliquit. *Henr.* WARTHON *in Apend.* ad CAVEVM p. 17.

XXIV. Baptistae Mantuani Carmelitae Secunda Parthenice de S. Catharina. Bononiae per Benedictum Hectoris & Platonem anno 1489. in 4.

Praemittuntur operi auctoris epistola dedicatoria ad *Bernardum* BEMBVM Patricium Venetum, carminisque argumentum, quae primum implent folium. Secundo dein *Fratris Bap. Mant. Carmelitae theologi ad magnificum. D. Bernardum bembum patricium Venetum*



tum & iure consultum peritissimum secunda Parthenice incipit. Prima pagina folii 44 MANTVANI opusculum terminatur. Huic subiectum est *Francisci Cereti Parmensis Iuris Pontificii Scholaris Studiosissimi in Inuidum Lectorem Carmen*, cui in auersa eiusdem pagina adnexum habetur: *Secundae parthenices opus diuinum Bononiae impressum solerti animaduersione Francisci Cereti parmensis, communibus autem impensis Benedicti Hectoris Bibliopolae Platonisque eiusdem impressoris accuratissimi : ciuium bononiensium. Anno natiuitatis dominicae. M. CCCC. LXXXIX. Quinto idus Februarias.* Typus, quo hoc opus impressum, est romanus ac perelegans. Charta est firma admodum, ac laeuigata. Litterae initiales maiores paruis sunt indicatae, ac signaturae adpressae. Custodes, & paginarum numeri desiderantur.

XXV. Rabi Moysis, & Ioannis Damasceni, & Rasis aphorismi. Bononiae per Benedictum Hectoris & Platonem de Benedictis anno 1489. in 4.

Rabi Moysis Aphorismi septemdecim constant plagularum fasciculis, qui omnes litteris signati, quaterni sunt, praeter vltimum, qui ternus est. In fronte illorum legitur: *Incipiunt aphorismi excellentissimi Raby Moyses secundum doctrinam Galieni medicorum principis.* Haec sequuntur prologus, & tabula particularum, quarum prima folio tertio incipit. In fine 25 particulae sequentia habentur: *Bononie impressum impensa Benedicti Hectoris librarii: Opera uero Platonis diligentissimi impressoris Bononiensium. Anno gratie. M. CCCC. LXXX VIIII. quarto calendas Iunii.* His subiectum est chartarum registrum.

Aphorismi *Ioannis* DAMASCENI, & RASIS tribus tantum continentur plagularum fasciculis, qui litteris A-C. insigniti, omnes quaterni sunt. Initio eorum legitur: *Aphorismi Iohannis damasceni.* Hi prima folii quinti pagina, linea 18 terminantur. Tum in eadem pagina incipit *Liber rasis de secretis in medicina qui liber ampho. appellatur.* Ad calcem totius operis legitur: *Expliciunt amphorismi Rabi moyses & amphorismi Iohannis Damasceni & amphorismi Rasis cum pronosticis ypocratis que fuerunt inuenta in suo sepulchro in capsa eburnea diligentissime Bononie impressi : impensa Benedicti hectoris librarii : cura uero Platonis de Benedictis stampatoris acuratissimi. Finis. Lausdeo.*

Typus, quo hoc opusculum praestanti admodum chartae impressum, est romanus minusculus, ac nitidus. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litteras paruas typographus adiecit.

XXVI. Petri de Rosenheim Ord. S. Benedicti roseum memoriale diuinorum eloquiorum, totam Sacram scripturam complectens. Bononiae per Benedictum Hectoris anno 1489. in 4.

Prima pagina folii primi vacua est; in auersa legitur: *Opus aureum: Appellatum merito roseum memoriale diuinorum eloquiorum totam ueterem: nouamque sacram scripturam breuiter & substantialiter continens: Carminibus miro ingenio: & incredibili ordine compositum per reuerendum patrem petrum de rosenhaym: olim monachum monasterii medlicensis: ordinis Sancti Benedicti: patauiensis diocesis: nouiter ad lucem editum cum prius latitaret: emendatumque fideliter precibus & instantia reuerendorum patrum predicatorum de bononia per Clarissimum. V. I. doctorem: equitem insignem dominum. Ludouicum: Iohannis de bologninis actu legentem ordinarie iura ciuilia in uetustissimo Bon. studio & opera expensisque Discreti uiri Benedicti librorum mercatoris fidelis: anno Domini. M CCCC LXXXVIIII. die. XXVIIII. Octobris.* Folio secundo incipit auctoris epistola ad BRANDAM Cardinalem Placentinum, quae auersa folii

lii tertii pagina terminatur. Folio quarto *Incipit prologus metricus sequentis operis intentionem & causam exprimens*, qui prima pagina folii quinti desinit. Dein sequuntur duo canones, qui vsum huius operis declarant. Folio vndecimo incipit ipsum opus his verbis.

Astripotens celum terram. speram. mare: germen.

Auersa folii 48 pagina *Explicit antiquae memoranda historia legis:*

Incipit hic statim lex noua feliciter.

Auersa folii 58. nouum testamentum finitur. Folii vltimi prima pagina incipit *Destinatio operis* ad BRANDAM Cardinalem, cui quinque disticha *Ludouici* BOLOGNINI sunt subiecta.

XXVII. *Questiones venerabilis magistri Iohannis versoris super octo libros Phisicorum Arestotelis cum textu eiusdem.* Coloniae per Henricum Quentel anno 1489. in fol.

Integrum hoc opus octodecim plagularum fasciculis constat. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. Signaturas adposuit typographus. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Typus est gothicus maiusculus, quo ARISTOTELIS textus, & minsculus, quo VERSORIS expositio est impressa. Verba supra relata in folii primi prima pagina leguntur. In folii secundi fronte sequens distichon habetur:

Phisicus errores primus docet anteriores.
Scribit principia. que docet esse tria.

Tum prooemium incipit, quod prima folii tertii columna liber primus ARISTOTELIS excipit. In fine sequens legitur notitia: *Questiones prelucide octo librorum phisicorum Aristotelis edite a venerabili domino Iohanne versoris accuratissime correcte in alma vniuersitate Coloniensi in bursa magistri Cornelii de Dordraco ad communem scolarium vtilitatem sic finiuntur sub hac caracterum formula diligentissime impresse per me Henricum quentel incolam ciuitatis inclite Coloniensis. Anno incarnationis Ihesu christi Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono. Ad laudem & honorem dei totiusque celestis aule.*

XXVIII. Alexandri Grammatici Doctrinalis tres partes cum commentariis. Coloniae per Henricum Quentel anno 1489. in 4.

In prima folii primi pagina legitur maiusculis litteris impressum: *Prima pars doctrinalis Alexandri cum sententiis notabilibus & vocabulorum lucida expositione nonnullisque annexis argumentis.* Folio secundo incipit *Prologus in alexandrum*, quem folio quarto ipsum opus excipit. Prima pars octodecim constat plagularum fasciculis. Ad eius finem sequentia habentur: *Impressum in felici Colonia circa summum. Anno salutis. M. CCCC. LXXXIX. XIX. Kalendas Februarii.*

In prima pagina secundae partis legitur: *Glosa notabilis secunde partis alexandri cum interlinearibus expositionibus textus* &c. Plagularum fasciculi in hac parte octodecim numerantur. Ad calcem eiusdem legitur: *Explicit feliciter secunda pars Alexandri. cum glosis metrorum interlinearibus. planissimisque eorundem subiunctis sententiis . . . . Impressum in sancta ciuitate Coloniensi. per Henricum Quentell, circa summum. Anno incarnationis dominice M. CCCC. LXXXIX. octauo Kalendas Martii.*

In tertiae partis prima pagina legitur: *Tercia & quarta partes doctrinalis Alexandri cum notabili commento.* Septem tantummodo plagularum fasciculi hic numerantur. In fine



ſequentia habentur : *Alexandri grammatici opus cum breui ac vtili expoſitione Impreſſum Colonie Anno gratie M. CCCC. LXXXIX. VI. die marcii finit feliciter.*

Typus, quo impreſſum eſt hoc opus, gothicus eſt maiuſculus, quo textus, & minuſculus, quo expoſitio exſcripta habetur. Caret initialibus litteris, cuſtodibus, & paginarum numeris. Paginae litteris ſunt ſignatae. Editionem praeſentem nec MAITTAIRE, nec BAVR nec alius Bibliographorum, quos ad manus habebam, nouerunt.

XXIX. *Cornutus magiſtri Ioannis de Garlandria.* Hagenau per Henricum Gran anno 1489. in 4.

Verba iſta in ſeparata pagina leguntur. Tum ipſum opus foliis 87 contentum, ac gothico charactere impreſſum his verbis incipit: *Auerſoris ſcribit ſecundo celi & mundi.* Initiales litteras paruas adiecit typographus, paginasque tam numeris, quam litteris ſignauit. Cuſtodes deſiderantur. Ad calcem operis legitur: *Expoſitio diſtici ſeu cornuthi noui necnon antiqui Magiſtri Ioannis de Garlandria cum ſententiis. textuum ac lucida terminorum declaratione ex quam pluribus auctoribus breuiter & plane collectis Impreſſa imperiali in oppido Hagenaw. per Henricum Gran ciuem eiuſdem opidi. Sub Anno ſalutis Milleſimo. Quadringenteſimo Octuageſimo nono.* Additus eſt alphabeticus index ſex foliis contentus.

XXX. *Verſor ſuper Donato.* Heidelbergae anno 1489. in 4.

Integrum hoc opuſculum charactere gothico impreſſum, vndecim plagularum faſciculis, qui litteris a - l. ſignati ſunt, conſtat. Initiales litterae, cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur. Verba iſta ſupra relata in prima pagina folii primi leguntur. Folio ſecundo incipit *Iohannis verſoris octo partium orationis explanatio accommodatiſſima.* Ad calcem operis ſequentia habentur :· *Octo partium orationis reſolutio luculentiſſima : per iohannem verſoris edita : heidelbergeque ab anno domini 1489. impreſſa foeliciter finit.*

XXXI. *Pomerium Sermonum de beata Virgine. Vel Stellarium Corone beate virginis. Per religioſum & deuotum Patrem ſacrarum litterarum Profeſſorem: earundemque concionatorem ardentiſſimum fratrem Pelbartum de Themeſwar : Ordinis Minorum de obſeruantia : diligentiſſime complexum.* Lugduni per Ioan. Cleyn anno 1489. in 4.

Verba iſta in prima pagina folii primi leguntur, quibus & ſermonum adſignatio eſt ſubiecta. Folio ſecundo incipit operis tabula alphabetica, quae ſecunda folii decimi columna terminatur. Folio vndecimo, praemiſſo prologo, primus liber initium ſumit. Opus hoc gothico minuſculo, ac nitido charactere impreſſum 24 comprehenditur plagularum faſciculis, qui litteris ſignati omnes quaterni ſunt. Initiales litterae ligno ſunt inciſae. Cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur. Ad finem ſequentia habentur :

Opere nunc iſto perfecto gloria chriſto.
Laudibus hic iuſto, coronas matri dei fiſto.
Honor Franciſco : laus ſanctis cunctis hoc ipſo.
Ocdeno trino ciclo. c. qrd. tunc preſule Sixto.

Opus perutile in laudem glorioſiſſime virginis Marie pro ſingulis eius predicationibus elegantiſſime cooptatum Stellarium corone eiuſdem virginis intitulatum, Impreſſum Lugduni per honeſtum

ſtum virum Ioannem eleyn impreſſorie artis magiſtrum optatum finem ſortiuntur. His ſubiectum eſt chartarum regiſtrum.

XXXII. Pelbarti Oſwaldi de Themeſwar Pomerium ſermonum de ſanctis. Lugduni per Ioannem Cleyn anno 1489. in 4.

In duas partes hi ſermones ſunt diuiſi, in Aeſtiualem, quae 31, & Hyemalem, quae 26 plagularum faſciculis exceptis indicibus, qui vtrique parti ſunt praefixi, conſtat. Typus plane idem eſt, quo opus immediate praecedens eſt impreſſum, & externa forma cum eodem in omnibus conuenit. In prima pagina primae partis legitur: *Pomerium Sermonum De Sanctis Pars Eſtiualis.* In prima ſecundae partis vero: *Pomerium Sermonum De Sanctis Pars Hyemalis.* Ad finem eiusdem ſequentia habentur:

Finis eſt partis: laus chriſto gloria ſanctis.
Amen ſit cordis: deo ſit operis ſimul oris.
Bis ſepcent actis: octenus ter tribus annis.

His ſubiectum eſt chartarum regiſtrum.

Pelbartus OSWALDVS, natione Hungarus, patria Themeſwarienſis, ordinis Minorum ſodalis, & concionator eximius, claruit ad finem ſeculi XV. Scripſit praeter praeſentia opera, *Aureum S. Theologiae Roſarium*, *Semones de tempore*, *triplex quadrageſimale*, ac *Commentaria in Pſalmos. Henr.* WARTHON apud CAVEVM p. 241.

XXXIII. S. Hilarii Epiſcopi Patau. Libri XII. de Trinitate, ac alii libri contra Arianos. Item S. Auguſtini Libri XV. de SS. Trinitate. Mediolani per Leonardum Pachel anno 1489. in fol.

Praemittitur operi huic *Georgii* CRIBELLI Presbyteri epiſtola dedicatoria ad GVIDONEM *Antonium* Archiepiſcopum Mediolanenſem, quae auerſa pagina folii primi inchoat, ac columna quarta ſecundi folii, linea octaua definit. Huic mox quatuor diſticha HILARII ad lectorem, & duo in laudem S. AVGVSTINI ſubnexa ſunt. Folio tertio *Incipit liber primus Sancti Hilarii de trinitate contra arianos.* Quarta columna folii 70 *Explicit liber duodecimus beati Hilarii epiſcopi de trinitate.* Folio ſequenti *Incipit liber Sancti Hilarii epiſcopi contra. Conſtantium hereticum*, quem duo libri ad CONSTANTIVM Imperatorem, vnum contra AVXENTIVM Mediolanenſem, Blaſphemia AVXENTII, & HILARII liber de ſynodis ſequuntur. Secunda columna folii 86 *Explicit liber ſancti Hilarii epiſcopi de ſynodiſ fidei catholice contra arianos & preuoricatoreſ arianis acquieſcenteſ Mediolani impreſſus per magiſtrum Leonardum Pachel anno a natiuitate domini noſtri ieſu chriſti milleſimo quadringenteſimo octogeſimo nono: ſeptimo idus iulii.* Auerſam eiusdem folii regiſtrum chartarum librorum tam S. HILARII, quam S. AVGVSTINI occupat.

Prima pagina librorum S. AVGVSTINI vacua eſt; in auerſa legitur: *Auguſtinus ex libro retractationum.* Folio ſecundo *Incipit liber primus Aurelii Auguſtini de trinitate* Cuilibet libro praefixa ſunt capitulorum argumenta. Libri iſti decem plagularum faſciculis conſtant. In fine legitur: *Mediolani impreſſus per magiſtrum Leonardum Pachel. Anno a natiuitate domini noſtri ieſu chriſti milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono. ſeptimo Kalendas Iunii.*

Typus, quo impreſſa ſunt haec opera, gothicus minuſculus eſt.. Pagina quaeuis in duas eſt diſtincta columnas. Charta eſt alba admodum, ac praeſtans. Initiales litte-



rae paruis funt indicatae. Cuftodes nulli comparent, nullique paginarum numeri.

MAITTAIRE hanc ignorauit editionem. SAXIUS eiusdem p. 585 *Catal. Libr. Mediol. Edit.* meminit, qui etiam CRIBELLI epiftolam libris S. HILARII praefixam p. 494 integram edidit.

XXXIV. *Modus latinitatis.* Memmingae per Albertum Kunne de Duderftat anno 1489. in 4.

Iam priori anno Numero XVI. alteram huius operis editionem defcripfimus. Cum itaque & praefens editio quoad foliorum numerum, quoad typum, & quoad reliquam externam formam cum priori in omnibus conuenit, plura de eadem dicere fuperfedemus. In fine prologi annus 1489 adfignatus habetur.

XXXV. *Alphabetum diuini amoris de eleuatione mentis in deum.* Memmingae per Albertum Kunne anno 1489. in 4.

Tres tantum plagularum fafciculi, litteris fignati, numerantur. Initiales litterae paruae occurrunt; nulli vero cuftodes aut paginarum numeri. Typus gothicus eft. Titulus fupra relatus prima pagina folii primi legitur, & in auerfa operis prologus, in quo fequens habetur notitia: *Tractatus ille pretitulatur Alphabetum amorif diuini. quem bonorum affertione virorum. edidit auctor tractatus diuiniffimi de ymitatione crifti. Vocatus dominus Thomas prepofitus & prelatus canonicorum regularium in Koczen* &c. Folio fecundo *Incipit Alphabetum diuini amoris de Eleuatione mentis in deum.* Ad calcem legitur: *Explicit Alphabetum diuini amoris. de Eleuatione mentis in deum. Venerabilis patris & domini domini Thome prepofiti Canonicorum regularium in Kotzen ordinis fancti Auguftini. Impreffus ac finitus Memmingen per Albertum Kunne de Duderftat Anno domini.* 1489. Alterius editionis P. I. p. 85. meminimus, vbi auctor *Ioannes* GERSON laudatur. Quis vero genuinus huius operis auctor fit, exploratum haud habetur.

XXXVI. *Tractatus prepofitionum in fpeculum gramatice introductionis.* Memmingae per Albertum Kunne anno 1489. in 4.

Hoc opufculum quatuor tantum foliis contentum, ac gothico charactere impreffum, titulum fupra relatum fibi praefixum habet. Auerfa folii primi pagina iftud initium fumit. Auerfa folii quarti *Explicit prepofitionarius fiue tractatus prepofitionum in fpeculum grammatice introductorius. Impreffus Meming per Albertum Kunne. Anno domini.* 1489. Defunt cuftodes, fignaturae, & paginarum numeri. Initiales litterae paruae occurrunt.

XXXVII. *Legenda & miracula fancti Goaris.* Moguntiae per Ioannem Gifen de Nafteden anno 1489. in 4.

Verba ifta in prima folii primi pagina maiufculis litteris impreffa leguntur. Folium fecundum WANDALBERTI Diaconi in vitam, & actus, atque miracula B. GOARIS prologus ad MARQVARDVM Prumienfem Abbatem occupat. Folio tertio *Incipit libellus de vita & actibus fancti Goaris cuius feftiuitas celebratur:* II. *Non. Iulias.* Prima folii 12 pagina liber



ber de miraculis eiusdem Sancti incipit, qui prima folii 25 pagina terminatur. Tum legitur sequens notitia subiecta: *Impensis Iohannis Gisen de Nasteden artium liberalium magistri Legenda diui Goaris confessoris eximii est impressa Moguncie Anno domini. M. CCCC. LXXXIX.* In auersa eiusdem folii incipiunt ea, quae ad Breuiarium in eiusdem sancti festiuitate recitandum pertinent, quibus Missa dicenda subiecta habetur. Integrum hoc opusculum, charactere gothico, valde simili illi, quo *Petrus* SCHOIFFER anno 1469 S. THOMAE commentarium impressit, excusum, 128 foliis, quae quidem litteris, haud vero numeris signata sunt, comprehenditur. Initiales litteras partim omisit typographus, partim paruas adiecit. Tituli maiusculis litteris sunt expressi.

Editio praesens merito insignis raritatis nota honoratur, cum de ea praestantiores quoque Bibliographi, inter quos & WUERDTWEIN numeratur, altum teneant silentium.

Vitam S. GOARIS Presbyteri scripsit WANDELBERTUS Diaconus, Monachus Prumiensis, natione Germanus, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus litteris magnifice doctus. Plura alia volumina tam metro, quam prosa exarasse dicitur. Claruit sub LOTHARIO Imperatore, anno Domini DCCCL. TRITHEM. *de Script. Eccles. Fabric. Bibl.* p. 75.

XXXVIII. Bartholomaei Bellencini Tractatus de charitatiuo subsidio & Decima beneficiorum. Mutinae per Antonium Mischominum & Dominicum Richizola anno 1489. in fol.

Praemittitur operi huic tabula octo foliis contenta. Prima folii noni pagina vacua est, in auersa legitur typographi MISCHOMINI epistola, ex qua *Bartholomaeum* BELLENCINUM praesens opus morte interceptum edere haud potuisse, & tunc a Germano suo *Aurelio* BELLENCINO prelo fuisse traditum discimus. Folio decimo incipit *Tractatus de Charitatiuo subsidio: & Decima beneficiorum.* Opus istud 54 foliis contentum in duabus columnis praestanti admodum chartae gothico charactere est impressum. Initialis littera parua est indicata, plagularumque fasciculi litteris sunt signati; custodes vero & paginarum numeri desiderantur. Ad calcem operis legitur: *Impressum est hoc opus de Subsidio charitatiuo & Decima papali beneficiorum Mutine per magistrum Antonium Mischominum & dominicum Rihizola socios Anno domini. M. CCCC. LXXXIX. die. IX. mensis Maii.* His subnexum est registrum chartarum.

XXXIX. Petri Perthorii Ord. S. Benedicti Repertorium morale super tota Biblia. Normbergae per Antonium Koburger anno 1489. Voll. III. in fol.

In separata pagina leguntur *Ioannis* BECKENHUB, qui correctoris munere in officina Koburgeriana fungebatur, epistola, & *Dictionarii ad lectorem epygramma.* In fronte folii primi sequentia habentur: *In nomine trinitatis indiuidue. Repertorium morale perutile predicatoribus. Editum per fratrem Petrum berchorii pictauien. ordinis sancti Benedicti. meritoque Dictionarius appellatum. quoniam quodlibet vocabulum (saltem predicabile) secundum alphabeti ordinem dilatat. distinguit. auctoritates diuidit. applicatque exempla naturalia. figuras & enigmatas.* Volumen primum, seu pars prima litteras a - d complectens 298 foliis constat. Pars secunda litteras F - O comprehendens folia 385, & tertia litteras p - z continens 295 folia numerant. Impressum est hoc opus in duabus columnis charactere gothico minusculo. Initiales litterae partim sunt omissae, partim paruae adiectae. Paginae sunt litteris signatae.

 Custo-



Custodes nulli obseruantur. Iam anno 1489 illud ex *Antonii* KOBVRGER officina Norimbergae in lucem prodiisse, patet ex vltimis verbis epistolae *Ioannis* BECKENHVBII operi praemissae, quae ita sonant : *Vale. Ex officina impressorie Anthonii Koberger ciuis Nurenbergensis. Anno christi. 1. 4. 8. 9. mensis Februarii. die quarto.*

Petrus BERTHORIVS, iuxta alios BERCHORIVS, gente Gallus, patria Pictauiensis, ordinis S. Benedicti Monachus, Prior Monasterii S. Eligii Parisiensis, claruit anno 1360. Scripsit praeter praesens opus, quod *Dictionarium morale Biblicum* alphabetice dispositum intitulatur, *Reductorium quoque morale vtriusque Testamenti & Inductorium morale*, quae omnia inter se distinguenda sunt. Henr. WARTHON apud CAVEVM p. 65. FABRIC. *Bibl. med. & infim Lat.* L. XV. p. 726. SIXTI *Senen.* Bibl. S. L. IV. p. 314.

XL. *Versehung leib sel er vnnd gutt.* Norimbergae anno 1489. in 4.

Verba ista ligno incisa in prima pagina folii primi leguntur. Auersam occupat figura ligno quoque incisa, hominem aegrotum vnacum aliis quinque personis repraesentans. In fronte secundi folii litteris ligno etiam incisis impressum habetur : *In disem puch ist geschriben ein notturftige nutzliche trostliche vnd dermals vor vnerhorte vnterweisung zuuersehung eines menschen leib sell er vnd gut.* Haec sequitur prologus, in quo operis intentio explicatur, quae nulla alia est, quam ut homo aegrotans omnem curam, ac sollicitudinem circa corpus, animam, & bona sibi comparata impendat. Folio operis tertio oratio ad aegrotantem morbi initio habenda incipit. Opus quatuor complectitur partes, prima pars agit, quomodo quoad cibum & potum aegroto prouideatur : secunda, quomodo ille, vt vltimam suam voluntatem adperiat, admoneatur : tertia instruit medicum, quomodo illi tam consilio, quam auxilio succurrat : quarta denique instructionem animae salutem procurandi complectitur. Haec omnia 171 foliis constant. Denique sequuntur instructio huius operis, ac registrum, nouem foliis contenta. In fine legitur : *Gedruckt in der erentreichen stat nüremberg in dem. LXXXIX. iare.* Integrum hoc opus gothico - germanico charactere impressum, 23 plagularum fasciculis constat. Initiales litterae nitide ligno incisae sunt. Paginae operis, non vero registri, numeris sunt notatae; fasciculi plagularum omnes litteris signati conspiciuntur. Custodes nulli adparent. Cl. PANZER in *Annal. Litter. Teut.* p. 179. hanc editionem recenset.

XLI. Discipuli Quadragesimale. II. Ioannis Gerson Monotesseron III. Sermo de Passione Domini. Reutlingae per Ioannem Otmar anno 1489. in fol.

Annon plura adhuc opera hoc volumen complectatur, ex defectu decem primorum plagularum fasciculorum haud adfirmare possum. In secunda columna folii primi fasciculi vndecimi legitur : *Finit quadragesimale discipuli*, quod forsan priores decem fasciculos occupat. Quadragesimale istud sequitur *Ioannis* GERSON *Monotesseron*, foliis 8 contentum. Istud excipit *Sermo notabilis de passione dominica declarans diffusse doloris vehementiam. prius quidem cum plerisque defectibus negligentissime impressus Nunc vero cum defectuum suppletione ex originali diligenter emendatus.* In fine eiusdem legitur : *Explicit sermo historialis de passione domini notabilis. olim (falso sub titulo) falsissime ex mendoso exemplari impressus Nunc vero ex primeuo originali accuratissime emendatus. & impressus per magistrum iohannem Otmar in Reuttlingen Anno 1489. die 19. mensis februarii.* Huic sermoni aliae duae introductiones

nes ſub alio themate adnexae habentur. Integrum opus gothico charactere in duabus columnis impreſſum viginti plagularum faſciculis, qui litteris a - v ſignati, conſtat. Initiales litterae, cuſtodes, paginarum numeri deſiderantur.

XLI. Formularium Procuratorum Romanae curiae. Romae per Eucharium Silber anno 1489. in 4.

Praemittitur tabula eorum, quae in hoc opere tractantur, ſex foliis contenta. Dein ipſum opus, 211 foliis comprehenſum, ac gothico minuſculo charactere impreſſum, his verbis incipit: *De deuolutione cauſarum ad Romanum Curiam ſecundum iura communia & veram practicam tractatus.* Caret iſtud initialibus litteris, cuſtodibus, & ſignaturis; folia vero, exceptis ſex prioribus, numeris romanis ſunt notata. Ad calcem operis legitur: *Formularium procuratorum impenſa & opera Eucharii Silber alias Franck Rome impreſſum ſub anno domini. M CCCC LXXXIX. decimo ſeptimo Kalend. Iunii finit feliciter.* Auerſam folii vltimi paginam Regiſtrum occupat. *Ioannes Bapt.* AVDIFREDVS editionem iſtam penitus ignorauit.

XLII. Auli Gellii Noctium Atticarum Commentarii. Venetiis per Bernardinum de Choris de Cremona, & Simonem de Luero anno 1489. in fol.

Integrum hoc opus romano ac pereleganti charactere praeſtanti chartae impreſſum ſeptemdecim plagularum faſciculis conſtat. Signaturae per integrum opus, numeri vero foliorum tantum in commentariis non vero in indice conſpiciuntur. Initiales litteras paruas adpoſuit typographus, ac cuſtodes hinc inde obſeruantur. Graecus textus luculenter expreſſus eſt. In prima folii primi pagina haec ſolum leguntur: AVLVS GELIVS. Folio ſecundo incipit tabula nouem foliis contenta. Tum ipſum opus foliis 121 comprehenſum inchoat. Illius initio haec habentur capitalibus litteris impreſſa: AVLI GELII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII LIBER PRIMVS. In fine vltimi libri: nimirum vndeuiceſimi legitur auctoris praefatio, quae in omnibus antiquis editionibus, teſte FABRICIO, ad finem reiecta eſt. Illa ſequentis eſt tenoris: *Volumina commentariorum ad hunc diem. XIX. iam facta ſunt. Quantum autem uitæ mihi deinceps deum uoluntate erit: quantumcumque a cura publica: & a re familiari: procurandoque cultu liberorum meorum dabitur ocium: ea omnia ſucciſiua: & ſubſecundaria tempora ad colligendas huiuſcemodi memoriarum diſceptaciunculas conferam. Progredietur igitur numerus librorum diis bene iuuantibus cum ipſius vitæ quantuli quique fuerint progreſſibus. Neque longiora mihi dari ſpatia uiuendi volo: quam dum ero ad hanc quoque facultatem ſcribendi commentandique idoneus. Capita rerum quæ cuique commentario inſunt expoſuimus hic vniuerſa: ut iam ſtatim declaretur: quid quo in libro quæri inuenirique poſſit.* His immediate ſubiectum habetur: *Venetiis per Bernardinum de choris de Cremona: & Simonem de Luero. M CCCC LXXXIX. Die. XIII. Auguſti.*

FABRICIVS in *Bibl. Lat.* L. III. ſeptem memorat editiones, quae noſtram praeceſſere: ſcilicet duas romanas, quae annis 1469 & 1474. quatuor venetas, quae annis 1472 & altera eodem anno, 1477 & 1486, & vnam Brixienſem, quae anno 1485 in lucem prodiit. Praeſentem vero nec iſte neque HARWOOD exploratam habuere.

Aulus GELLIVS Romanus, Romae in rethorica diſciplina *Cornelii* FRONTONIS, deinde Athenis Philoſophorum PHAVORINI, TAVRI, T. EVSTACHII, PEREGRINI & aliorum auditor,



tor, *vir*, vt ait S. AVGVSTINVS, *elegantissimi eloquii & multæ ac facundæ scientiæ* : floruit sub ANTONINO *Pio*, mortuus primis annis M. ANTONINI Philosophi. Scripsit ad liberos suos XX. libros Noctium Atticarum, quos ita inscripsit, quod longinquis per hyemem noctibus in agro terrae Atticae commentationes illas componere exorsus esset. De istis tantum vndeuiginti restant; liber enim octauus penitus desideratur. FABRICIVS *Bibl. Lat. Lib.* III. pag. 1 — 3.

XLIV. Richardi de Media Villa ord. Min. Scriptum super quarto Sententiarum. Venetiis per Dionysium Bononiensem anno 1489. in fol.

Opus praecedit tabula alphabetica 21 foliis contenta. Ad eius finem habetur chartarum registrum. In fronte operis, quod 26 plagularum fasciculis constat, legitur: *Incipit scriptum super quarto sententiarum editum a fratre Richardo de media villa ordinis minorum doctore preclarissimo.* Desunt initiales maiores litterae, custodes, & paginarum numeri; signaturae vero conspiciuntur. Typus est gothicus minusculus, ac perelegans. Charta alba est, ac laeuigata. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Ad calcem operis sequens habetur notitia: *Explicit scriptum super* 4°. *sententiarum editum à fratre Richardo de media villa. ordinis fratrum minorum doctore excellentissimo : per Reueren. sacre theologie bachalarium fratrem franciscum gregorii eiusdem ordinis maxima cum diligentia emendatum. Cui finem imposuit Dyonisius bononiensis in florentissima ciuitate veneorum. Anno domini Millesimo. CCCC. octogesimo nono. die decima nouembris.*

Richardus de MEDIA VILLA seu MIDDLETON, natione Anglus, Ordinis Minoritarum Alumnus, & Theologus, *Doctor solidus & copiosus, fundatissimus* quoque & *autoratus* dictus, claruit anno 1490. CAVEVS T. II. *Hist. Litter. Script. Eccles.* p. 335.

XLV. Ioannis Andreae Nouella super III. IV. & V. Decretalium. Venetiis per Ioan. de Forliuio, & Gregorium fratres anno 1489 in fol.

Tertius liber viginti plagularum fasciculis, litteris a - u signatis, constat. In eiusdem fronte legitur: *De vita & honestate clericorum.* Haec spatium, quod tertiam paginae partem explet, vacuum sequitur, & tandem *Incipit liber tertius. De vita & honestate clericorum.* In fine eiusdem legitur: *Explicit Nouella Ioannis Andree super tertio decretalium. Impressa Venetiis per Ioannem de Forliuio & Gregorium fratres. Anno domini. M. CCCC. LXXXIX. die XIIII. Octobris.* His subiectum est chartarum registrum. Liber quartus de *Sponsalibus* sex plagularum fasciculis, & quintus de *accusationibus, inquisitionibus & denuntiationibus* tredecim constat. Vterque hic liber eamdem finalem subscriptionem, ac chartarum registrum habet in fine adiectum. Impressum est integrum hoc opus in duabus columnis, chartae albae, ac firmae admodum gothico ac pereleganti charactere. Paginas litteris signauit typographus, ac initiales litteras paruis indicauit, custodes vero & paginarum numeros non adpressit.

XLVI. S. Thomae Aquinatis prima Pars Summae. Venetiis per Antonium de Stata de Cremona anno 1489. in fol.

Praemittitur operi alphabeticus materiarum index 17 foliis contentus. In folii sequentis fronte legitur rubro colore impressum: *Incipit prima pars summe theologie edita a sancto*

Thoma

Thoma de aquino angelico doctore ordinis predicatorum. Ad finem operis sequentia habentur: *Excellentissimi sacre theologie doctoris sancti Thome de aquino ordinis predicatorum prima pars hic finem habet feliciter: summa cum diligentia Venetiis impressa per Antonium de strata de Cremona anno ab incarnatione. M. CCCC. LXXXIX. die. 24. Decembris.* Sequuntur dein quaestionum argumenta, quatuor foliis contenta, in quorum fine adiectum est registrum chartarum. Integrum hoc opus, in duabus columnis charactere gothico impressum, 26 plagularum fasciculis, qui litteris signati, constat. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae paruae adiectae habentur.

XLVII. Nicolai Perotti Cornucopiae, seu commentariorum linguae latinae opus. Venetiis per Paganinum de Paganinis anno 1489. in fol.

Praemittuntur huic operi *Ioan. Franc.* Philomusi tetrastichon in istius laudem, alphabeticus verborum index, & *Ludouici* ODAXII ad GVIDONEM Vrbinum epistola. Deinde operis prooemium, quod MARTIALIS vitae breuis commemoratio sequitur, incipit. In fronte tertii folii rubro colore ac capitalibus litteris impressum legitur: NICOLAI PEROTTI CORNVCOPIAE: SIVE COMMENTARIORVM LINGVAE LATINAE AD ILLVSTRISSI. PRINCI. FEDERICVM VRBINI DVCEM: ET ECCLESIASTICI EXERCITVS IMPERATOREM INVICTISSIMVM. LIBER PRIMVS. Auersa folii 354 pagina terminatur *Nicolai Peroti Eruditissimi uiri Cornucopiæ seu commentariorum linguæ latinæ. Impressum Venetiis per Magistrum Paganinum de paganinis brixiensem anno domini M. CCCC. LXXXVIIII. pridie idus maii.* Primam vltimi folii paginam chartarum registrum occupat. Character, quo impressum est hoc opus, romanus ac nitidus est. Initialis prooemii littera est ligno incisa, reliquas vero miniculator adposuit. Folia, praeter octodecim priora, numeris sunt adsignata, signaturae adparent, nulli autem custodes. Alia huius operis editione, anno 1490 Venetiis typis euulgata, nostra gaudet Bibliotheca.

XLVIII. Biblia latina. Anno 1489. in fol.

Integra haec Biblia 68 plagularum fasciculis, qui litteris a - z & aa - zz, ac A - Y signati sunt, comprehenduntur. Initiales maiores litterae paruis sunt indicatae. Custodes nulli conspiciuntur, nullique paginarum numeri. Singulae paginae in duas sunt distinctae columnas. Typus gothicus est, & plane idem, quo eadem Biblia anno 1486 sine typographi, & loci indicio excusa sunt. Charta est alba, ac laeuigata. Psalmis sunt tituli praefixi, iique numeris romanis sunt indicati. Quatuor Euangeliis praemissus est index capitulorum. Integrum nouum testamentum locis paralellis est illustratum.

In prima pagina folii primi legitur: *Biblia.* In auersa versus illi memoriales supra relati habentur exscripti:

Biblia quem retinet sequitur sic medricus ordo &c.

Folio secundo *Incipit epistola beati Hieronymi ad Paulinum presbyterum de omnibus diuinisic - historie libris.* Tertia columna folii quinti *Incipit liber Genesis qui dicitur hebraice bresith.* In fine apocalypseos leguntur versus illi:

Fontibus ex grecis hebreorum quoque libris &c.

His subiecta est anni nota *M. CCCC. LXXXIX.* Additus est index Euangeliorum, & lectionum, quae in Dominicis, Festis & Feriis per annum leguntur, octo foliis contentus. Ad eius finem sequentia habentur:

Marcus rhomanis sed iohannes asianis, &c.



XLIX. *Textus Sequentiarum cum commento.* Anno 1489. in 4.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur impressa. Folio secundo *Sequentia de Natiuitate Domini* cum commentario his verbis incipit: *Grates nunc omnes reddamus domino deo: qui sua natiuitate nos liberauit de dyabolica potestate.* Hoc opusculum gothico charactere impressum 25. constat plagularum fasciculis. Signaturae & paginarum numeri adparent, custodes, & initiales litterae desiderantur Ad calcem operis legitur: *Finis huius operis. Anno domini. M. CCCC. LXXXIX.*

L. *Esopus moralisatus cum bono commento.* Anno 1489. in 4.

Hoc opusculum quinque plagularum fasciculis, qui litteris A - E signati sunt, comprehenditur. Caret litteris initialibus, custodibus, & paginarum numeris. Typus gothicus est, & quidem duplex, maiusculus, quo textus, & minusculus, quo commentarius impressus est. In prima folii primi pagina verba supra relata maiusculis litteris impressa leguntur. Auersa eiusdem ipsum opus incipit. In eiusdem fine sequentia habentur: *Finit Esopus fabulator preclarissimus. cum moralizationibus ad nostri instructionem pulcerrime appositis. Impressus Anno salutis. M. CCCC. LXXXIX. decimo Kalendas Augusti.*

FREYTAG huius editionis, quam oppido raram adpellat, *Adpar.* I. meminit. MAITTAIRE illam penitus ignorauit.

Quis huius operis, & commentarii auctor fuerit, inter eruditos haud constat. In codice regis Galliae teste *Philipp.* LABBEO auctor vocatur *Hisopus* — Aesopus — *Iul. Caesar* SCALIGER *Poetices* L. VI. illum ACCIVM nominat. *Caesar* BARTHIVS in *Aduersariis* III. C. XXII. testatur, se codicem habuisse, in quo auctor quidem magister ROMALIVS dictus fuerit, BERNARDVM tamen verum esse auctorem existimat, cuius fabulam de *Castore* produxit *Siluester* GIRALDVS, quae insignem versuum prodit similitudinem cum illis, qui in hac fabularum collectione reperiuntur. FREYTAG loc. cit.

LI. *Copulata noue logice secundum viam Thomistarum cum textu Arestotelis.* Anno 1489. in fol.

Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis impressum 247 foliis constat. Caret initialibus litteris, & custodibus. Foliorum numeri, & signaturae a typographo sunt adpressae. Verba supra relata in prima pagina folii primi leguntur. In fine secundi libri Elenchorum sequentia habentur: *Copulata in libros totius noue logice Aristotelis diligenter visa studiosissime atque corrogata secundum processum magistrorum florentissime vniuersitatis Coloniensis regentium in bursa Lamberti de monte artium ac sacre theologie professoris eximii. iuxta doctrinam insignis & diuini doctoris Thome aquinatis ordinis fratrum predicatorum finiunt feliciter. Anno incarnationis dominice. M. CCCC. LXXXIX.* Addita est tabula materiarum duobus foliis contenta. Alteram huius operis editionem iam supra p. 17 N. XXXIII. recensuimus; vbi quoque pauca de ipso auctore dicta sunt.

LII. Ioannis Gersonis operum Partes III. Anno 1489. in 4.

Parti primae praemissum est Inuentarium eorum, quae in operibus GERSONIS continentur. In auersa folii primi pagina imago ligno incisa, GERSONEM viatorem exhibens

bens, conſpicitur. Eadem ſingulis tribus partibus eſt praefixa. Inuentarium ſex plagularum faſciculis conſtat. In prima folii primi pagina primae partis, 27 faſciculis contentae, legitur: *Prima pars operum Iohannis Gerſon.* Auerſam occupat imago memorata. Folio ſecundo habetur epiſtola auctoris ad fratrem ſuum, & carmen in editione anno 1488 elucubrata, & ſupra deſcripta, recenſitum. Ad finem primae partis legitur: *Prima pars operum magiſtri Iohannis de gerſon, ſacrarum litterarum doctoris reſolutiſſimi, chriſtianiſſimique complectens tractatus fidem ac pietatem eccleſiaſticam concernentes, finit feliciter. Anno dominice natiuitatis.* 1489. *menſis vero Decembris. X. Kls.*

Secunda pars 36. plagularum faſciculis conſtat. In prima pagina folii primi ſequens habetur inſcriptio: *Secunda pars operum Iohannis de Gerſon.* In auerſa adſpicitur imago GERSONIS. Folium ſecundum implent tabula generalis, & auctoris epitaphium in circumferentia ſepulchri in eccleſia S. PAVLI Lugduni ſcriptum, quod ita ſonat:

Magnum parua tenet virtutibus vna Iohannem
Precelſum mentis, Gerſon cognomine dictum
Pariſius ſacre profeſſor theologie
Claruit, eccleſie qui cancelarius. anno
Milleno domini centum quater atque vigeno
Nono, luce petit ſuperos Iulii duodena

Folio tertio incipit ſecunda pars, opera moralia complectens. In eius fine ſequentia leguntur: *Secunda pars operum domini Iohannis Gerſon Cancellarii pariſien. doctoris chriſtianiſſimi reſolutiſſimique continens opuſcula ad mores accomodata. Explicit feliciter. Anno ſalutis. M. CCCC. LXXXIX. Quinto nonas Auguſti.*

Tertia pars 50 plagularum faſciculis comprehenditur. Ad calcem eiusdem legitur: *Finiunt opera cancellarii pariſienſis doctoris chriſtianiſſimi magiſtri Iohannis de Gerſon. que vt frugem lectori vberrimam ferant, emmendatiſſima lima caſtigata fuere. Anno domini MCCCC LXXXIX. XII. Kal. menſis Nouembris.* Ex tota operis huius inſtructione, & tribus finalibus ſubſcriptionibus patet, hanc editionem iuxta illam, quae priori anno etiam ſine loci, & typographi indicio in lucem prodiit, fuiſſe recuſam.

Typus eſt gothicus: pagina quaeuis in duas diſtincta eſt columnas: initiales litteras paruas adiecit typographus, litteriſque paginas ſignauit. Cuſtodes, & foliorum numeri deſiderantur.

Anno MCCCCXC.

I. *Canones Aurelii Auguſtini iuxta triplicem quam edidit regulam omni ſtatui modum viuendi preſtantes.* Argentinae per Martinum Schott Anno 1490. in fol.

Verba iſta in primi folii prima pagina maiuſculis litteris leguntur impreſſa. Auerſam implet S. AVGVSTINI imago ligno inciſa. Folium ſecundum occupat *Tilmanni* LIMPERGER Auguſtiniani praefatio in praeſens opus ad *Nicolaum* FRIESS Epiſcopum Tripolitanum. Folio tertio, praemiſſo prologo, incipit S. Doctoris vita ab *Ambroſio* CHORIOLANO Ord. Eremit. S. AVGVSTINI Generali conſcripta, quae tertia columna folii ſeptimi terminatur. Iſtam ſequuntur verſus in laudem S. Doctoris, ac regulae commendatio. In auerſa folii octaui conſpicitur imago ligno inciſa, S. AVGVSTINVM, & duos diſcipulos exhibens. Folio tandem nono *Commentarii ſuper regula diui Auguſtini Iponenſis epiſcopi ſancte eccleſie doctoris precellentiſſimi editi ab Ambroſio Coriolano ſacre theologie profeſſore & priore Generali totius ordinis fratrum*



trum heremitarum eiusdem sancti per modum Dialogi feliciter incipiunt. Interlocutores eiusdem sunt AVGVSTINVS, & AMBROSIVS. Primam paginam folii 113 figura ligno incisa S. Doctorem monachali habitu indutum, & quosdam Eremitas repraesentans occupat. In auersa commentarii in secundam regulam incipiunt. Eadem figura in prima folii 119 pagina conspicitur. In auersa habetur *Oliuerii* SERVII epistola ad *Guilielmum* ESTOVTEVILLAM Episcopum Ostiensem. Folio 120 commentarii in primam S. Doctoris Regulam incipiunt. Commentarii isti quarta columna folii 125 finiuntur. Additae sunt istis tres auctoris orationes in S. Doctoris laudem dictae. In fine sequens habetur notitia : *Opus canonum Aurelii Augustini. cum noua ac preclara interpretatione Ambrosii choriolani viri prestantissimi. generalis magistri totius ordinis heremitarum diui Augustini, per spectabiles viros Tilmannum limperger, ordinis heremitarum sancti Augustini. fratrem Iacobum fedderer, Iohannem scherrer. artium liberalium professores & sacre theologie bacchalarios formatos exquisitissime castigatum atque reuisum est. Impressumque Argentine arte & impensis solertissimi viri Martini schott. Anno salutis. M. CCCC. XC.* His subiecta sunt sequentia *Monimenta ad lectorem* :

Si qui ades doctus Ambrosii nomen adorans
Et libros properas velle videre nouos
Hunc eme qui docti nomen, qui limen olimpi
Queris. habet presens munus vtrumque liber
Hinc celeste bonum. sanctosque docebere mores
Et prodesse magis lectio nulla potest.
F. D. L.

Integrum hoc opus, in duabus columnis, gothico charactere impressum, 183 foliis, duobus prioribus non adnumeratis, constat. Signaturae, paginarum numeri, & initiales litterae paruae occurrunt, nulli vero custodes.

Ambrosius de CORA, vnde *Coranus* vel *Coriolanus* dictus, natione Italus, patria Coranus, ex familia Massaria oriundus, Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI Alumnus, ac Prior Generalis, S. Theologiae Magister, vir doctissimus, orator, & historicus insignis, editisque libris haud parum celebris, claruit ad finem seculi XV. Anno 1485 inuidia, & prauitas aemulorum istum in ADRIANI mole per mensem detinuit, dein ex hoc loco dimissus, monasterium pro carcere adsignatum fuit, quod eum ita corpore, & animo deiecit, vt die 17 Maii eiusdem anni fatali absumptus fuerit morte. OSSINGER *Bibl. August.* p. 260.

II. Petri de Ailliaco tractatus, & sermones. Argentinae anno 1490. in fol.

Integrum hoc opus in duabus columnis gothico charactere impressum 26 plagularum fasciculis, quos litteris signauit typographus, constat. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae maiores paruis sunt indicatae. In prima pagina folii primi sequentia leguntur : *Tractatus & sermones compilati a reuerendissimo domino domino Petro de Alliaco. sacre theologie doctore.* In auersa *contenta in hoc volumine* habentur. Folio secundo *Incipit speculum considerationis* &c. In fine quartae columnae folii vltimi legitur : *Finiunt tractatus & sermones petri de allyaco Impressi argentine anno domini M. CCCC. XC.*

III. *Questiones magistri Petri de Ailliaco cardinalis cameracensis super libros sententiarum.* Argentinae anno 1490. in fol.

Exter-

Externa huius editionis forma cum immediate praecedenti quoad omnia conuenit. Conſtat hoc opus 31 plagularum faſciculis. Verba ſupra relata in prima pagina folii primi leguntur maiuſculis litteris impreſſa. Dein ſequitur *Tabula quaeſtionum* quindecim foliis contenta. Folio 17 *Incipit principium in primum ſententiarum reuerendi in chriſto patris & domini magiſtri Petri de ailliaco In ſacra pagina profeſſoris fama ſuper ethera noti. necnon cardinalis quondam cameracenſis. meritiſſimi. qui olim in humanis adhuc degens. reſolutiſſimi doctoris magiſtri Gerſon. pariſienſis cancellarii. preceptor erat colendiſſimus & quam venerandus.* Quaeſtionibus iſtis adiecta ſunt eius *commendatio S. Scripturae, principium in curſum Bibliorum*, quaeſtiones *Veſperiarum*, & *de reſumpta.* Ad calcem operis ſequentia habentur: *Expliciunt queſtiones magiſtri Petri de Aylliaco ſuper libros ſententiarum cum quibuſdam in fine adiunctis. Impreſſe Argentine Anno domini. M CCCC XC. finite altera die ſanctorum martyrum Tiburcii & Valeriani.*

Petrus de AILLIACO, Epiſcopus Cameracenſis, & S. R. E. Cardinalis, Pariſienſis Gymnaſii quondam Cancellarius, Praeceptor *Ioannis* GERSON, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus litteris, maxime philoſophia Ariſtotelica nobiliter doctus, ingenio excellens, & clarus eloquio, declamator quoque ſermonum egregius, claruit anno 1416. Scripſit praeter praeſentia, plura alia opera, quibus memoriam nominis ſui, & ingenii poſteris reliquit. TRITHEM. in *Bibl. Fabric.* p. 169.

IV. Friderici Meckenlocher de Wendelſtein caſus in terminis libri ſexti Decretalium. Argentinae per Martinum Flach anno 1490. in fol.

Decem plagularum faſciculos, litteris a - k ſignatos, praeſens opus gothico charactere in duabus columnis impreſſum, complectitur. Deſunt cuſtodes, &paginarum numeri, & initiales litterae. In prima pagina folii primi haec tantum leguntur: *Caſus in terminis libri ſexti decretalium.* Folio ſecundo *Incipiunt caſus in terminis. VI. libri decretalium collecti per dominum Fridericum meckenlocher de wendelſtein decretorum doctorem.* Ad calcem operis ſequentia habentur: *Finiunt Caſus in terminis ſexti libri decretalium, collecti per dominum Fridericum meckenlocher de wendelſtein: decretorum doctorem: Impreſſi Argentine per Martinum flach. Anno domini MCCCCXC.*

V. *Confeſſionale domini Antonini archiepiſcopi Florentini.* Argentinae per Martinum Flach anno 1490. in 4.

Verba iſta in prima pagina leguntur impreſſa. Folio ſequenti *Incipit ſumma confeſſionis vtiliſſima: in qua agitur quomodo ſe habere debeat confeſſor erga penitentem in confeſſionibus audiendiſ. quam edidit Reuerendiſſimus vir: ac in chriſto pater dominus frater Antoninus archiepiſcopus Florentinus ordinis fratrum predicatorum.* Conſtat hoc opus in duabus columnis impreſſum 47 foliis. Cuſtodes deſiderantur; ſignaturae, paginarum numeri, & initiales litterae paruae a typographo ſunt adiectae. Ad finem tabulae operi ſubnexae ſequentia habentur: *Vtiliſſima confeſſionis ſummula a reuerendiſſimo in chriſto patre ac domino: domino Antonino Archiepiſcopo Florentino edita. Argentine impreſſa per Martinum flach. Anno domini MCCCCXC. finit feliciter.*

VI. *Tractatus ſacerdotalis de ſacramentis deque diuinis officiis & eorum adminiſtrationibus,* Argentinae per Martinum Flach anno 1490. in 4.

Titu-



Titulus iste tantum primum occupat folium. Folio secundo ipse tractatns gothico charactere in duabus columnis impressus, ac sexdecim plagularum fasciculis contentus, incipit. Signaturae, & initiales litterae paruae obseruantur; custodes vero, & paginarum numeri desiderantur. In fine legitur: *Finit tractatus perutilis de administratione sacramentorum. de expositione misse. de dicendis horis canonicis. deque censuris ecclesiasticis canonice obseruandis. Impressus Argentine per Martinum flach. Anno domini. M. CCCC. XC. ipsa vigilia penthecostes.* Haec sequitur operis tabula, tribus columnis contenta.

VII. *Tabule directionum profectionumque famosissimi viri Magistri Ioannis Germani de Regio monte in natiuitatibus multum vtiles.* Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1490. in 4.

In prima pagina folii primi ista inscriptio legitur. Folio secundo incipit *Ioannis* de REGIO MONTE epistola ad IOANNEM Strigoniensem Legatum, quam prima folii tertii pagina *primum probleuma* excipit. Auersa folii 23 pagina incipiunt directionum tabulae, sexdecim plagularum fasciculis contentae. Ad earum finem legitur: *Opus tabularum directionum profectionumque pro reuerendissimo domino Ioanne archiepiscopo Strigoniensi, &c. per magistrum Ioannem de Regio monte compositarum Anno domini.* 1467. *explicit feliciter. Magistri Ioannis angeli viri peritissimi diligenti correctione. Erhardique Ratdolt mira imprimendi arte: qua nuper Venetiis nunc Auguste videlicorum excellit nominatissimus.* 4. *nonas Ianuarii.* 1490. Primam folii vltimi paginam occupant typographi insignia, supra quae sequens inscriptio habetur:

Erhardi Ratdolt foelicia conspice signa.
Testata artificem qua valet ipse manum.

Integrum hoc opus vndeuiginti fasciculos plagularum, litteris a - r signatos, complectitur. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Typus est gothicus, ac perelegans, & numeri sunt arabici. De auctore iam P. I. p. 116. plura disseruimus.

VIII. *Concordantia astronomie cum theologia. Concordantia astronomie cum hystorica narratione. Et elucidarium duorum precedentium: domini Petri de aliaco Cardinalis Cameracensis.* Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1490. in 4.

Ista inscriptio in prima pagina folii primi legitur maiusculis litteris impressa. Auersam implet figura ligno incisa, Theologum ex vna parte, & ex altera Astronomum exhibens. Folio secundo *Vigintiloquium de concordia astronomice veritatis cum theologia. domini Petri de aliaco cardinalis cameracen. viginti continens verba feliciter incipit.* Typo plane eodem, quo immediate praecedens, & hoc opus est impressum. Initiales litterae florentes ligno sunt incisae. Desunt custodes, & paginarum numeri. Plagularum fasciculi, litteris a - g signati, septem numerantur. Ad calcem operis sequentia leguntur: *Opus concordantie astronomie cum theologia necnon historie veritatis narratione explicit feliciter. Magistri Ioannis angeli viri peritissimi diligenti correctione. Erhardique Ratdolt mira imprimendi arte: qua nuper Venetiis nunc auguste vindelicorum excellit nominatissimus.* 4. *nonas Ianuarii* 1490. In vltimi folii prima pagina typographi insignia cum inscriptione supra memorata conspiciuntur. Hac de editione cl. GEMEINER *in den Nachrichten* &c. p. 199. CLEMENT. *Bibl. cur.* T. I.

T. I. p. 201. mentionem faciunt. Praeter praesentem altera eodem anno, & aliae duae, vna Venetiis, & altera Augustae anno 1494 in lucem prodiere.

IX. Iacobi Publicii oratoriae artis epitoma: ars epistolaris, & ars memoriae. Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1490. in 4.

Haec editio quoad externam formam in omnibus cum illa, quam anno 1485 N. XXII. descripsimus, si typographi insignia ad finem adiecta excipias, conuenit. Iidem enim foliorum numeri, eaedem figurae, ac initiales litterae ligno incisae, idemque typus obseruantur. In prima pagina folii primi sequens habetur inscriptio: *Ars oratoria Ars epistolandi. Suprascriptiones epistolarum. Et ars memoratiua Iacobi publicii florentini.* Reliquae inscriptiones eaedem sunt, quas l. cit. memorauimus. Ad calcem operis haec leguntur: *Erhardus Ratdolt augustensis ingenio miro & arte perpolita impressioni mirifice dedit. M. CCCC. XC. XIII. Kal. Februarii Aug.* In prima pagina vltimi folii typographi insignia cum consueta inscriptione conspiciuntur. Tertia haec est huius operis editio a RATDOLTO typis euulgata; priores duae Venetiis, haec Augustae in lucem prodiit.

X. *Sermones de laudibus sanctorum clarissimi fratris Carazoli de Licio ordinis minorum ac pontificis Aquinatensis.* Augustae per Antonium Sorg anno 1490. in fol.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo incipit alphabeticus materiarum index, quem sermonum ordo excipit, omnia nouem foliis contenta. Dein ipsi sermones, qui 26 plagularum fasciculis constant, initium sumunt. Desunt initiales litterae, custodes, & paginarum numeri, signaturas vero adpressit typographus. Typus est gothicus minusculus. Pagina quaeuis duas complectitur columnas. Ad calcem operis sequentia habentur: *Clarissimi ac celeberrimi preconis fratris Roberti Carazoli de licio ordinis minorum: pontificis Aquinatensis opus de laudibus sanctorum accuratissime per Anthonium Sorg Auguste impressum. Anno a natali cristiano M. CCCC. XC. in vigilia Mathie.* Alterius editionis Augustae per *Erhardum* RATDOLT typis euulgata anno priori meminimus.

XI. *Das buch von dem leben vnd Sitten der heydnischen maister.* Augustae per Antonium Sorg anno 1490. in 4.

Illa inscriptio in prima folii primi pagina habetur. Auersam auctoris praefatio occupat. Folio secundo incipit vitarum descriptio, quarum prima est de *Thale* MILESIO. Integrum hoc opusculum, gothico-germanico charactere impressum, excepto registro, 140 foliis comprehenditur. Initiales litteras ligno incisas, foliorum numeros, ac signaturas typographus adponi curauit. Custodes desiderantur. Prima folii 140 pagina opus sequentibus verbis terminatur: *Hie endet sich daz buch der leben, der natürlichen maister, mit iren züchten: leren, vnd sprüchen der sitten aus iren büchern gezogen. Vnnd hye inn durch Anthoni sorgen zu Augspurg mit ganczem fleiß vnd wachender arbeit von newen auß dem latein in teütsch geschriben vnd gemachet, getrucket vnd vollendet am afftermontag nach sant Felicen tag. Vnder dem iar vnsers herren Ihesu Cristi tausend vierhundert vnd neünczig Iar.* Adiectum est registrum

quatuor



quatuor foliis contentum. Hanc editionem Cl. ZAPFIVS in *Annal. Typogr. August.* p. 96. & cl. PANZER in *Annal. Litterat. teuton.* p. 186 recenfent.

Auctor huius operis a FABRICIO *Bibl. med. & infim. Latinit.* L. II. p. 306. *Gualterus* BVRLAEVS natione Anglus, DVNS Scoti difcipulus, pluribus doctrinae monimentis celebris, qui ad finem feculi XIII. & ad initium XIV. floruit, laudatur. Verfionis huius auctor, vti ex finali fubfcriptione coniici licet, ipfe *Antonius* SORG effe videtur.

XII. *Das buch der natürlichen weifsheit*, c. figg. Auguftae per Antonium Sorg anno 1490. in fol.

Opus iftud, excepto indice operi fubnexo, & quatuor foliis contento, 133 foliis comprehenditur. Typus plane idem eft, quo immediate praecedens eft impreffum. Cuftodes folummodo defiderantur; foliorum numeros, fignaturas, & initiales litteras ac figuras ligno incifas typographus adiecit. Infcriptio ifta in prima pagina folii primi reperitur. Auerfam implet figura ligno incifa octo perfonas, quae quatuor virtutes cardinales, eisdemque oppofita repraefentant vitia, exhibens. Folio fecundo incipit prologus, quem prima folii tertii columna primum operis capitulum excipit. Ad calcem operis legitur: *Hie endet fich das buch der Natürlichen weifsheyt Darinn man vindet aygenfchafte vnd gut fitten durch hüpfch geleichnuß, ebenpildung vnnd figuren, genommen vnnd gezogen auß den exemplen der lerer. Getrucket vnd vollendet in der Keyferlichen ftatt Augfpurg von Anthonio Sorg. An fantt Vrbans tage. Nach der menfchwerdunge Crifti Ihefu In dem M. CCCC. LXXXX. Iar.* Cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. August.* p. 99. & Cl. PANZER in *Annal. Litter. teut.* p. 183. hanc recenfuere editionem.

XIII. Calendarium in lingua vulgari. c. figg. Auguftae per Ioan. Schönfperger anno 1490. in 4.

Nouem plagularum fafciculis, quos litteris fignauit typographus, hoc opus conftat. Initiales litterae, & figurae ligno funt incifae. Defunt cuftodes, & paginarum numeri. Typus idem eft, quo immediate praecedens eft impreffum. Ante quemlibet menfem confpicitur allegorica figura, cui verfus eidem accommodata funt fubnexi. In prima folii primi pagina fequentia maiufculis litteris impreffa leguntur: *In difem teutfchen Kalender vindet man gar hübfch nach einander die Zwelff Zeychen vnnd die Zwelff planeten wie yegklicher regieren fol Darnach vindet man die guldin zal vnd wie man den funtaglichen buchftaben fuchen fol vnd zu wolicher andern man fol laffen.* Folio fecundo opus ita incipit: *Der meifter Almanfor fpricht.* In fine haec leguntur: *Getruckt zu Augfpurg von Hannfen Schönfperger. vnd vollendet am montag vor fant Katherina tag Nach Crifti geburt. M. CCCC. vnd in dem. XC. iar.*

XIV. *Red vnd widerred Salomonis vnd marcolfy.* c. figg. Auguftae per Ioan. Schobfer anno 1490. in 4.

Titulus fupra relatus ligno incifus in prima pagina folii primi legitur: auerfam occupat figura, SALOMONEM in throno fedentem, ad cuius dexteram MARCOLFVS & a finiftra eiusdem vxor POLICANA adfpiciuntur, exhibens. Folio fecundo opus iftud cum duarum harum perfonarum defcriptione incipit, quam immediate dialogus excipit. Ifte initium a Genealogiae tam SALOMONIS, quam MARCOLFI eiusque vxoris narratione fumit. Genealogia

gia MARCOLFI ista est : *Ich bin von den zwölf geschlechten Rusticorum. Rustibaldus gepar rusthardum. Rusthardus gepar rusticellum. Rusticellus gepar tartam. Tartam gepar tracol. Tracol gepar farsy. Farsy gepar farsucz. Farsucz gepar marcol. Marcol gepar marcolfum, vnd ich bin der selb marcolfus.* Sequitur dein eiusdem vxoris genealogia : *mein hausfraw ist von den zwölf geschlechten Lupitanarum. Lupitana gepare lupitan. Lupitan - Ludibruck. Ludibruck - bonstrut. Bonstrut - boledruck. Poledruck - ploidrut. Ploidrut - lordan. Lordan - tartan. Tartan - curiellam Curiella - policam. Policam - policanam.* Sicut haec MARCOLFI genealogia, sic & eiusdem responsa SALOMONI data, rusticitatem sapiunt, atque haud parum spuricitiae produnt. Ad finem legitur : *Getruckt zu Augspurg im LXXXX. iar von iohanne schobsser.* Opus istud charactere gothico - germanico impressum tres plagularum fasciculos complectitur. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Figurae quindecim ligno incisae, ac materiae adcommodatae reperiuntur. Cl. PANZER praeter praesentem editionem, recenset & duas alias, vnam, quae anno 1487 Norimbergae, alteram, quae anno 1520 sine loci & typographi indicio in lucem prodierunt.

XV. *Expositiones siue declarationes admodum necessarie ac perutiles omnium titulorum legalium exacta repetitaque opera ac diligentia interpretatorum.* Basileae per Michaelem Furter anno 1490. in 4.

Opus istud gothico charactere impressum 24 plagularum fasciculis constat. Istos litteris signauit typographus. Custodes nulli occurrunt, nullique paginarum numeri. Initiales litterae partim paruae sunt adiectae, partim penitus omissae. Verba supra relata in folii primi prima pagina leguntur. In auersa incipit *Sebastiani* BRANT auctoris praesentis opusculi epistola dedicatoria ad *Andream* HELMVT I. V. D. Cal. Maii anno 1490 scripta, quae prima folii secundi pagina terminatur. Folio tertio ipsum opus incipit. In fine legitur auctoris epigramma ad lectorem, cui sequentia habentur subnexa : *Impressum Basilee per Michaelem furter opera & impensis prestantissimi viri doctoris Andree helmut totius iuris monarche. Anno salutifere incarnationis Millesimo quatercentesimo nonagesimo Kalendis octobris.* Editio haec omnium prima, rarissima, ac Bibliographis etiam praestantioribus ignota est. Hanc secuta est illa, quae Basileae anno 1504 primam adspexit lucem, & quam SCHOETTGENIVS omnium primam adpellat.

Sebastianus BRANT, seu *Titio*, natione Germanus, patria Argentinensis, anno 1458 natus, orator, Poeta, & iuris vtriusque Doctor suae aetatis extitit celeberrimus. Ius ciuile docuit primum Basileae, deinde Argentinae, vbi reipublicae initio Aduocatus, & Syndicus, demum, vt *Paulus* LANGIVS refert, Archicancellarius, & Imperatoris Consiliarius fuit. Multis operibus tam soluta, quam pedestri oratione conscriptis nomen suum ad seram posteritatem transtulit.

XVI. Baldi de Perusio Consiliorum Partes II. Brixiae per Boninum de Boninis anno 1490. in fol. mag.

Prima pars 21 plagularum fasciculis constat. Prima pagina folii primi vacua est. In auersa legitur *Bonini* de BONINIS epistola ad iuris vtriusque studiosos ; in ista typographicam laudat artem : BALDVM Perusinum multis laudum excomiis extollit : denique orat, vt omnes illius fidem, ac voluntatem augeant, ac tueantur. Deinde quaedam ex diuersis auctoribus de BALDO proferuntur, quibus epitaphium subnexum habetur. In fronte secundi



di folii legitur : *In nomine sancte ac indiuidue Trinitatis. Amen.. Incipit prima Pars aurea Consiliorum excellentissimi Iuris consulti domini Baldi de Perusio veri monarche ac etate sua splendissimi luminis : & tam diuini quam humani Iuris toto orbe perfectissimi speculi.* Ad finem sequentia habentur : *Ecce pars prima clarissimorum consiliorum excellentissimi iuris vtriusque monarche . . . . feliciter explicit. exemplata ex proprio originali suo : mediante solertia Reuerendissimi domini d. de monte d. presulis. Brixiani iuris tam cesarei quam pontificii consultissimi: Impressa Brixie arte ac solerti cura Bonini de boninis de ragusio Dalmatini Calendis septembris. Anno a natiuitate domini nostri iesu christi. M. CCCC. XC.* His subiecta sunt typographi insignia. Addita est tabula florum ex consiliis decerptorum alphabetica, viginti foliis contenta.

Secunda pars sexdecim plagularum fasciculos complectitur. In eiusdem fronte legitur : *Incipit secunda aurea pars consiliorum excellentissimi Domini Baldi vero Monarce splendidissimique Iuris vtriusque luminis & totius orbis perfectissimi Speculi. In qua continentur consilia. CCCCLXXI. diuersis in casibus edita.* Ad calcem eiusdem sequentia habentur : *Explicit secunda aurea pars . . . . in vrbe Brixia fulgentissima accuratissime impressa & emendata solerti cura & ingenio Bonini de boninis de Ragusia. Anno domini. M. CCCC. XC. Idibus Iulii.* His etiam typographi insignia subnexa sunt. In sequenti pagina registrum chartarum reperitur. Dein sequitur tabula secundi voluminis, duodecim foliis comprehensa.

Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Initiales litteras paruas adiecit typographus, fasciculosque litteris signauit. Custodes & paginarum numeri desunt. Characteres gothici sunt ac perelegantes.

Baldus VBALDVS, gente Italus, patria Perusinus, iuris vtriusque doctor, primum in patria, dein Ticini maximo auditorum concursu, & adplausu ius vtrumque docuit. A canicula, quam alebat, in labio leuiter morsus, quarto mense rabiem concepit, ac diem obiit anno aetatis suae 76. Christi 1400. WARTHON in *Adpend.* ad CAVEVM p. 78.

XVII. *Boetius de disciplina scholarium cum notabili commento.* Coloniae 1490. in 4.

Decem plagularum fasciculis, quos litteris aa - kk signauit typographus, hoc opus gothicis litteris impressum constat. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. Verba supra relata in prima pagina folii primi leguntur. In auersa inchoat prologus, quem auersa folii secundi ipsum opus cum commentariis excipit. Ad calcem operis sequentia habentur : *Finitur Boetius de disciplina scholarium cum commento. Fideliter necnon diligenter in alma Vniuersitate Colon. impressus In domo Henrici Quentel iuxta Summum Anno incarnationis dominice. M. CCCC. XC.* Alterius editionis iam meminimus.

XVIII. *Marci Antonii. Sabellici, in natalem diem diue virginis Marie,* Dauentriae anno 1490. in 4.

Ista inscriptio in prima folii primi pagina maiusculis impressa litteris legitur. Folio secundo *Marci Antonii. Sabellici. in natalem diem diue virginis Marie elegeia prima incipit feliciter.* Elegia XIII. & vltimi prima folii 16 pagina terminatur. Istam excipit *Gregorii Tipherni hymnus in virginem dei matrem*, & hunc *Salutatio Virginis diue Marie. Maphei Vegii Laudensis.* Prima folii 18 pagina *Finit salutatio Virginis Maphei Vegii Laudensis. Impressa Dauentrie In platea episcopi. Anno domini M. CCCC. XC. Decima nona Ianuarii.* Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Plagularum fasciculi, quorum tres nume-

numerantur, litteris sunt signati. Typus gothicus est. Tituli omnes litteris maiusculis sunt expressi.

XIX. *Practica Valesci de tharanta que alias philonium dicitur.* Lugduni per Mathiam Huss anno 1490. in fol.

Praemittitur operi tabula duobus foliis contenta. Folio sequenti *Incipit prologus in librorum philonii quem valescus de tharantha artium & medicine doctor preclarissimus composuit.* Ad prologi finem sequens legitur notitia : *Inceptus est autem liber iste cum auxilio magni & eterni dei post practicam vsualem . XXXVI. annorum per me Valescum anno domini M CCCC. XVIII. in vigilia sancti Barnabe apostoli : remoto schismate : & regnante domino papa Martino anno primo sui pontificatus . In portugalia regnante rege iohanne conflictum saracenis continuo inferendo In comitatu vero fuci & biarnio : regnante domino iohanne ysabele matre eiusdem domina & comitissa principali existente. In francia tunc regnabat Karolus septimus fidelissimus rex francie cum guerris & tribulationibus : que fere in toto regno francie inualescebant . In anglia regnante domino henrico decimo pro tunc in normania militante . & obsessionem super Rothomagum possidente. Laus deo viuo qui in secula seculorum viuit & regnat amen.* Tum immediate primum incipit capitulum. Opus istud in septem libros est diuisum, ac 272 foliis constat. Impressum est in duabus columnis gothico charactere, nullasque initiales litteras, aut custodes exhibet. Plagularum fasciculos typographus litteris signauit. Ad calcem operis sequentia habentur : *Preclarissimum opus valesci de tharanta reuerendissimi magistri necnon artis medicine doctoris famosissimi . Finit feliciter . Impressum lugd. per magistrum mathiam huß alemannum. Anno nostre salutis . Millesimo quadringentesimo nonagesimo Die vero XX. mensis nouembris. Amen.* His subiecta sunt typographi insignia. Hac de editione MAITTAIRE & BAVR cum aliis nullam habuere notitiam.

XX. Guidonis de Baiso Archidiaconi Bononiensis lectura super Sexto. Mediolani per Bernardinum de Castelliono & Iacobum de la Ripa anno 1490. in fol. mag.

Integrum hoc opus gothico ac pereleganti charactere in duabus columnis impressum sexdecim plagularum fasciculis, quos litteris signauit typographus, constat. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae paruis indicatae sunt. In fronte operis legitur: *Incipit lectura domini Archydiaconi bonon. super sexto.* Tum mox auctoris incipit prologus ad vniuersitatis Bononiensis Scholares directus, quem in eadem folii primi columna prima ipsum opus excipit. Quarta vltimi folii columna *Explicit apparatus sexti . libri decretalium. domini archidyaconi bonon. Impressus Mediolani per magistrum bernardinum de castelliono & Iacobum de la ripa socios Anno salutis. M CCCC LXXXX. die XXIII. decembris.* His subnexum est chartarum registrum.

XXI. Plauti Comoediae. Mediolani per Vdalricum Scinzenzeler, & Ioannem Legnani anno 1490. in fol.

Triginta hoc opus plagularum fasciculis, quos typographus litteris signauit, constat, estque romano ac nitido admodum charactere praestanti chartae impressum. Desunt custodes, & paginarum numeri. Initiales litterae maiores paruis sunt notatae. Praecedit GEORGII

 Alexan-



Alexandrini epistola ad *Iacobum* ZENVM Episcopum Patauinum, quam folii tertii auersa pagina de vita Comoediisque PLAVTI excerpta quaedam ex grauissimis auctoribus excipiunt. Huic subnexa habetur XX. Comoediarum tabula alphabetica. Folio quinto demum incipit PLAVTI *Comici clariss. Amphitryo.* Comoediis subnectitur *Eusebii* SCVTARII Vercellensis epistola ad *Georgium* MERVLAM, ad cuius finem sequens habetur notitia: *Plautinae viginti comoediae olim magna ex parte emendatae per Georgium Merulam Alex. virum doctiss. nunc recognitae per Eusebium Scutarium Vercel. Iuuenem litterarum studioss. Impressae fuere in officina egregii Mancipis Vlderici Scinzenzeler ipsius & magistri Iohannis legnani opera & impendio. Mediolani. Anno salutis. M. CCCC. LXXXX. Kalendis decembribus Iohanne Galeatio Maria. Sf. Vic. Seu. Duce foelicissimo.* Auersam chartarum registrum occupat. Haec est tertia huius operis editio, a cl. SAXIO, BAVR, HARWOOD aliisque celebrata; prima enim Venetiis anno 1472, & secunda Taruisii anno 1482 in lucem prodierunt.

M. Accius PLAVTVS, natione Italus, patria Sarsinas ex Vmbria, lepidissimus Poeta Comicus, a temporibus belli Punici secundi floruit, ingenio magis diues, quam opibus. Fatis concessit Romae anno V. C. DLXX. Scripsit 120 comoedias, de quibus viginti tantum restant. FABRIC. *Bibl. Lat.* L. I. p. I.

XXII. Henrici de Odendorf Repetitio Capituli Omnis vtriusque sexus de poenitentiis & remissionibus. Memmingae anno 1490. in 4.

Praemittuntur praesenti operi auctoris epistola dedicatoria ad Episcopum Frisingensem, alphabetica materiarum tabula, & prologus, quae sexdecim foliis comprehenduntur. Deinde ipsum opus, 116 foliis contentum, a capitulo *Omnis vtriusque sexus*, tam in latino, quam vulgari sermone incipit. Initiales litteras, signaturas, & foliorum numeros typographus adposuit; custodes vero omisit. Per opus in sex particulas diuisum notae mariginales minutiori charactere impressae reperiuntur. Typus gothicus est, ac luculentus. Ad calcem operis legitur: *Explicit lectura decretal. Omnis vtriusque sexus de pe. & re. In Alma vniuersitate Wiennensi compilata per Egregium virum magistrum Hainricum. de Odendorff de Colonia artium vtriusque quoque iuris professorem eximium. Impressa Memmingen per Albertum Kunne de Duderstat. Anno domini. M. CCCC. LXXXX.*

XXIII. *Repertorium siue tabula generalis auctoritatum arestotelis cum commento per modum alphabeti & philosophorum.* Norimbergae per Petrum Wagner anno 1490. in 4.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur. His subnexa est figura ligno incisa, magistrum de cathedra discipulos suos docentem exhibens. Folio secundo *Repertorium. siue tabula notabilium auctoritatum Articulorum dictorum & de omnibus hisque ex copiosissime dictis philosophorum & in primis excellentissimi Aristotelis philosophorum principis olim alexandri magni directoris. vtiliora saltim atque in phisico auditu magis necessaria dignoscuntur. A reuerendissimo & venerabili beda presbitero edita. & per eundem commendata. emendata, atque diligenter visa. curiose masticata. necnon suis in locis diligentissimis additionibus admodum aucta deo optimo maximo duce faustissime inchoat.* Opus istud gothico charactere impressum, 13 plagularum fasciculis constat, nullos exhibens custodes, aut paginarum numeros. Signaturas, & litteras initiales paruas typographus adiecit. Prima folii penultimi pagina opus terminatur. In auersa incipit epistola *Petri* TANHVSER Norimbergensis ad *Sebaldum*

SCHREIER

SCHREIER, cui praesens inscripsit opus, anno 1490 sexto die Iulii data, quae prima vltimi folii pagina finitur. In auersa eiusdem duodecim disticha in artis typographicae laudem leguntur; quibus subnexum habetur : *Per petrum wagner Nuremberge impressum.* Nullus dubito, quin opus istud eodem anno, quo epistola illa ad finem adiecta est, nimirum anno 1490 typo excusum fuerit.

XXIV. Baldi Vbaldi de Perusio super feudis commentarius. Papiae per Ioan. Antonium Birretam & Franciscum Gyrardenghum anno 1490, in fol. mag.

Prima folii primi pagina vacua est. In auersa legitur epistola ad lectorem, in qua illi maxime typographi carpuntur, qui ad opera amplissima excudenda nulla adiutrice adposita manu vtuntur, & sic litterariae reipublicae opera corruptissima, ac igni digna tradunt. Huic subiectum est BALDI Epitaphium marmoreo sarcophago incisum. In fronte folii secundi sequentia rubro colore expressa leguntur : *Baldi de Perusia celebrati vtriusque iuris interpretis : ad illustrissimum Ioannem Galeam Mediolani ducem super feudis Restauratum Commentum.* Opus istud in duabus columnis praestanti chartae gothico impressum est charactere. Caret custodibus, & paginarum numeris. Plagularum fasciculos, quorum tredecim numerantur, typographus litteris signauit, paruasque initiales litteras adiecit. In fine legitur : *Papie per Ioannem antonium birretam : Franciscumque gyrardeghum.* 1490. *die 2 Octobris.* Adiecta est tabula quaestionum ab *Ambrosio* TERSAGO summo studio disposita, & vndeuiginti foliis contenta.

XXV. Ioannis Antonii de S. Georgio commentarius super vsibus Feudorum. Papiae per Antonium de Carchano anno 1490. in fol. mag.

Opus istud praestantissimae chartae in duabus columnis gothico ac nitido charactere impressum, octodecim plagularum fasciculis, qui litteris signati, comprehenditur. Desunt custodes, & paginarum numeri. Initiales litterae minutiori charactere sunt expressae. In fronte operis legitur : *Incipit commentum super vsibus feudorum Reuerendi patris & iuris vtriusque doctoris celebratissimi. D. Io. antonii de sancto georgio patricii mediolan. & ecclesie diui Ambrosii mediolani prepositi iura canonica in felici giminasio papiensi legentis. Et nunc tempore huius impressionis episcopi alexandrini sedis apostolice Referendarii ac sacri palatii apostolici auditoris dignissimi.* Ad calcem sequentia habentur : *Finitur aurea & rarissima lectura super feudis nuper in lucem edita a Reuerendo patre & Iurisconsulto consummatissimo. d. preposito sancti ambrosii Mediolani & nunc episcopo alexandrino sedis apostolice referendario & sacri palatii apostolici auditore meritissimo. Quam lecturam idem Reuerendus pater studio camerario composuit dum actu legeret in inclyta Ticinensi achademia. postea ipsam longiore studio digestam manuque sua propria limatam rogatus edidit imprimendam. In hac regia ciuitate Papie vt vbi primo concepta fuerat ibi etiam prodiret in lucem .... Impressa Papie per magistrum Antonium de carchano. anno. M. CCCC. LXXXX. die primo mensis Nouembris. Regnante diuo Ioanne Galeam. Sexto duce Mli. & eius imperium gubernante Illustrissimo Ludouico Maria duce Barri. Finis.* His in folio separato subnexum est chartarum registrum. Addita quoque huic operi est tabula ab ipso auctore edita, duodecim foliis contenta.



XXVI. *Textus sequentiarum cum commento.* Reutlingae per Michaelem Greiff anno 1490. in 4.

Inscriptio ista tantum in primi folii prima pagina legitur. Folio sequenti prima sequentia de *Natiuitate Domini* absque titulo cum suo commentario incipit. Octodecim in hoc opusculo, gothico charactere impresso, plagularum fasciculi numerantur. Desunt custodes, paginarum numeri, & initiales litterae. Sequentiis registrum subnexum est, in cuius fine legitur: *Explicit feliciter Textus sequentiarum cum commento Impressum in Ruttlingen per Michaelem Greyff Anno domini. M. CCCC. LXXXX.*

XXVII. Vbaldi Perusini commentarii super libro codicis Iustiniani cum additionibus, seu apostillis Alexandri Tartagnini de Imola. Venetiis anno 1490. Voll. IV. in fol. mag.

Primum volumen tres priores libros codicis, secundum quartum, & quintum, tertium sextum, & quartum septimum complectuntur. In fronte primi, quod triginta plagularum fasciculis constat, sequens legitur notitia: *Quemadmodum Baldus perusinus conspicue Iuris prudentie vir. cum in humanis vitam ageret. Insignium virorum agminibus cinctus erat. Sic fida societas veneta censens. eum honorem mortuo tribuendum quem viuo, statuit eius commentaria super toto Codice cingere. Apostillis clarissimi Iur. vtriusque, Monarce Alexandri tartagni Imolensis ante mendosis. ac ea cum litteris diuine sculptis ac conflatis. Ingenio acutissimi gallici Nicolai Ienson impressioni tradere.* &c. Ista praefatione absoluta, *Incipit nouissima & emendatissima impressio commentariorum summi vtriusque iuris interpretis Baldi de Perusia super libro codicis Iustiniani cum additionibus. siue apostillis iurisconsulti clarissimi Alexandri Tartagnini de Imola.*

Secundum volumen, cui eadem praefatio, quae in primo habetur, praefixa est, vndetriginta plagularum fasciculos complectitur. In fine eiusdem sequens distichon cum indicio anni legitur:

Digna perusini lectura nouissima baldi.
Codicis in quinto clauditur arte noua.
1490 *Die* 9 *Augusti.*

Tertium volumen 24 plagularum fasciculis constat. Ad finem eiusdem sequentia habentur: *Explicit opus Bal. sup. sexto. C. cum apostillis Alex. d Ymo. additis etiam aliis feiini sandey Impressum venetiis anno domini.* 1490. *die* 15. *Marcii ad laudem omnipotentis dey & gloriose virginis marie matris eius.*

Quartum volumen triginta comprehenditur plagularum fasciculis. In eiusdem fine nulla reperitur finalis subscriptio, quae impressionis aut locum, aut annum indicaret.

Integrum hoc opus in duabus columnis, eleganti chartae charactere gothico, ac nitido impressum est. Custodes nulli occurrunt, nullique paginarum numeri. Initiales litteras minutiori charactere indicauit, fasciculosque litteris signauit typographus. In vtraque margine additiones habentur. Cuilibet volumini in fine chartarum registrum est adiectum. Editio praesens elegantissima Maittaire ignota permansit.

XXVIII. Ioannis Crispi de Montibus termini actionum cum arbore. II. Repetitio tituli institutionis de haereditate, quae ab intestato defertur, &



& tituli de gradibus cum arbore. Venetiis per Ioannem Hamman de Landoia anno 1490. in fol. mag.

Prima pagina folii primi vacua eſt; auerſam arbor actionum tam pretoriarum quam ciuilium occupat. Primam folii ſecundi paginam implet alphabetica actionum tabula. In auerſa eiusdem legitur auctoris epiſtola dedicatoria ad DOMINICVM Capranicenſem Canonicum S. MARIAE maioris. Folio tertio ipſum opus in duabus columnis gothico ac luculento charactere impreſſum incipit. Conſtat quinque plagularum faſciculis, qui litteris a-e ſunt ſignati. In fine ſequentia habentur: *Et per hec reddo completum opuſculum ego Io. Criſpus q. s. In vigilia ſancti Ioannis baptiſte in almo ſtudio Patauino. Impreſſum Venetiis per Ioannem Haman de Landoia alemanum: Anno domini Mileſimo quadringenteſimo nonageſimo VIII. idus Octobris. Ad laudem omnipotentis dei & eius glorioſe matris. Amen.* His ſubiecta ſunt typographi inſignia.

Repetitio titulorum de hereditate ab inteſtato, & de gradibus, quam *Ludouico* SELEDEO Vincentino auctor inſcripſit, tribus plagularum faſciculis conſtat. In fronte eiusdem rubro colore impreſſum legitur; *Repetitio tituli inſti. de here. q. ab inte. deſe. & tituli de gradibus cum arbore edita per dominum Iohannem Criſpum de montibus: Ciuem Aquilanum ad magnificum dominum Ludouicum Seledeum Vincentinum: olim artiſtarum rectorem bene meritum & in florentiſſimo gymnaſio Patauino publice legentem.* In fine addita eſt arbor conſanguinitatis & adfinitatis, ac cognationis ſpiritualis cum declaratione rami ſucceſſionis. Ad calcem vero ſequentia habentur: *Expletum eſt preſens opuſculum Impreſſum Venetiis: impenſis atque diligentiori cura Iohannis hamman de Landoia Alemani dicti Hertzog. Anno Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo. XIIII. Kal. Nouembris.* His typographi inſignia ſunt ſubiecta.

Haec duo opuſcula chartae firmae admodum & albae in duabus columnis gothico ac luculento charactere impreſſa ſunt. Deſunt cuſtodes, paginarum numeri, & initiales litterae. Paginas typographus litteris ſignauit. Hac de editione, quae prima omnium videtur, MAITTAIRE nullam habuit notitiam.

Ioannes Criſpus de MONTIBVS natione Italus, patria Aquilanus Iuriſconſultus celeberrimus, Patauiae ius ciuile publice de cathedra docebat. Floruit ad ſeculi XV. finem. Praeſentes tractatus, vti ex fine ſecundi opuſculi coniicimus, in Gymnaſio Patauino ſcripſit, ac calendis ſextilibus anno 1489 compleuit.

XXIX. Bartoli de Saxoferato Lectura ſuper III. libris Codicis vnacum additionibus Angeli de Peruſio, & Alexandri de Imola. II. Lectura ſuper autenticis. Venetiis per Baptiſtam de Tortis anno 1490. in fol. mag.

Quodlibet horum duorum operum ſeptem plagularum faſciculis, quos litteris ſignauit typographus, conſtat. Typus eſt gothicus ac nitidus: charta eſt alba, firma, ſed minus polita: ſingulae paginae in duas ſunt diſtinctae columnas: initiales litterae maiores minutioribus ſunt indicatae, ac folia ciſris arabicis notata. In fronte primi legitur: *In iſta lectura domini Bar. ſuper tribus libris. C. vnacum additionibus iuris vtriuſque doctorum clariſſimorum domini Angeli de peruſio ac domini Alexandri de Imola ſuis locis inſertis.* In fine eiusdem ſequentia habentur: *Venetiis per Baptiſtam de tortis. M. CCCC. LXXXX. die vigeſimo quarto Iulii.* His ſubiecta ſunt chartarum regiſtrum, & typographi inſignia.

Initio



Initio secundi operis legitur : *Incipit lectura eximii iuris luminis domini Bar. de saxoferrato super autenticis.* Ad calcem vero eiusdem : *Venetiis per Baptistam de Tortis. M. CCCC. LXXXX. die XXVII. Maii.* His iterum subnexa habentur chartarum registrum, & typographi insignia.

BARTOLVS *Picenus Saxoferratensis* Iurisconsultus suae aetatis *Speculum & lucerna iuris Ciuilis*, *Monarcha iuris* adpellatus ius docuit Pisis, & Perusii, vbi etiam diem obiit anno 1466 aetatis 46. pluribus ac eruditis scriptis percelebris. FABRIC. *Bibl. med. & infim. Latin.* L. II. p. 182.

XXX. Nicolai Perotti Cornucopiae, seu commentariorum linguae latinae opus. Venetiis per Baptistam de Tortis anno 1490. in fol.

In fronte operis legitur : *Cornu Copiæ Emendatissimum* : *In quo Opere Multa Accurratissime Addita Multaque emendata sunt.* Haec sequuntur *Antonii* CONSTANTII *Fanensis*. *Ioannis* FRANCISCI Philomusi, *Marcelli* PHILOXENI, *L.* PONTICI Taruisani, *Danielis* CAIETANI epigrammata, quae primam paginam primi folii occupant. In auersa incipit alphabetica huius operis tabula, quae auersa folii 16 pagina terminatur. Tabulam ipsum opus, cui *Ludouici* ODAXII epistola ad GVIDONEM Vrbini Ducem, *Pyrrhi* PERROTTI prooemium, & breuis commemoratio vitae *Valerii* MARTIALIS praemittuntur, folio tertio excipit, in cuius fronte sequentia litteris capitalibus impressa leguntur : NICOLAI PEROTTI CORNV COPIAE : SIVE COMMENTARIORVM LINGVAE LATINAE AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM FEDERICVM VRBINI DVCEM ET ECCLESIASICI EXERCITVS IMPERATOREM INVICTISSIMVM LIBER PRIMVS. Prima pagina folii 286 opus terminatur cum sequenti subscriptione : *Nicolai perroti pontificis Sypontini. Eruditissimi uiri. Cornu copiæ : seu Commentariorum linguæ latinæ. Venetiis per Baptistam de Tortis. M. CCCC. LXXXX. die XIX. octobris.* Auersam eiusdem folii, *Antoni* SABELLICI epistola ad *Antonium* MORETVM, chartarum registrum, & typographi insignia occupant. Folio 287 incipit *Nicolai Peroti Ponti. Sypontini in C. Plinii Secundi proœmium* : *Commentariolus : in quo Ioannem Andream episcopum Alleriensem duobus & uiginti erroribus taxat. Ad Antonium Moretum.* Terminatur ille auersa folii 291 pagina.

Impressum est hoc opus romano, ac eleganti charactere. Folia typographus tam arabicis cifris, quam litteris signauit, notas mariginales adposuit, custodes vero, & initiales litteras omisit.

Opus hoc, ab eruditis omni tempore maxime celebratum, doctissimus Praesul hortatu *Pomponii* FORTVNATI aggressus est, absolutum vero edere noluit, propter MARTIALIS, cuius epigrammata amplissimis scholiis, quae *cornu Copiae* adpellari voluit, spurcitiem & obscoenitatem. PYRRHVS *Nicolai* PEROTTI nepos, qui opus clam auunculo exscripsit, & ad *Federicum* VBALDINVM Vrbini Ducem, cui & ipse Sipontinus illud inscripserat, mittendum curauit, typis illud intra annos 1482 - 1486 euulgauit. V. *Præfat.* ad *Roberti* STEPHANI *Thes. ling. lat. Edit. Londin. editioni Basileensi praefixam* p. 7 & 8. Vbi etiam plures editiones, praesenti excepta, recensentur.

XXXI. Oldradi de Ponte Consilia & quaestiones. Venetiis per Bernardinum de Tridino anno 1490. in fol. mag.

Integrum

Integrum hoc opus in duabus columnis, praestanti chartae gothico charactere impressum, quindecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati comprehenditur. Initiales litterae nullae conspiciuntur, nulli custodes, nullique paginarum numeri. Prima folii primi pagina vacua est: auersam occupat *Alfonsi* de SOTTO Archidiaconi Ciuitatensis ad *Franciscum* de PAVINIS epistola, ex qua, hanc editionem secundam ab ipso recognitam esse discimus. Huic subnexum est epigramma in operis laudem. Folio secundo *Incipit tabula Consiliorum questionum*, quae auersa folii 12 pagina terminatur. Folio 13 *Consilia & questiones celeberrimi vtriusque iuris monarche domini Oldradi de ponte de laude. qui suo tempore fuit aduocatus Consistorialis in Romana curia peritissimus Incipiunt feliciter*. In fine legitur: *Impressum venetiis per magistrum Bernardinum de Tridino de monteferrato anno domini*. 1490. *die* 18, *mensis Iunii.* Subnectitur chartarum registrum, ac typographi scutum.

Oldradus de PONTE, Laudensis Italus, DINI auditor, Iuris vtriusque consultissimus docuit Bononiae, ac Pataui, & aduocatus Consistorialis defunctus est Auenione anno 1335. FABRIC. *Bibl. med. & infim Latin. L.* XIV. p. 151.

XXXII. Auicenae libri quinque canonum, & libellus de viribus cordis. Venetiis per Octauianum Scotum Modotiensem anno 1490. in fol.

Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis impressum, 45 plagularum fasciculis constat. Bibliotheca nostra tantum quintum librum cum tractatu de *cordis viribus* quinque fasciculis, qui litteris dd - hh signati sunt, contentum, possidet. Desunt custodes, paginarumque numeri. Initiales litteras paruas adiecit typographus. In fronte huius libri legitur: *Incipit liber quintus canonis auicenne de medicina & est antidotarium.* Secunda columna folii 20 *Completus est liber quintus libri canonis qui est antidotarium senis regis aboali hassen fili hali abiusceni. Et eius complimento completus est liber to'us.* Columna tertia *Libellus Auicenne de viribus cordis translatus ab Arnaldo de villa noua barchinone feliciter incipit*, qui secunda columna folii 36 terminatur. Auersa pagina inchoant AVICINNAE *Synonima* ordine alphabetico disposita, quae folii 42 prima pagina finiuntur. Tunc subiecta habentur chartarum registrum, typographi insignia, & sequens subscriptio: *Regis aboali hassem filii hali abinsceni liber totus finitus est vnacum tractatu de viribus cordis translato ab Arnaldo de villa noua. Impressus & diligentissime correctus mandato & impensis nobilis viri Octauiani Scoti ciuis modoetiensis. Venetiis. Anno salutis. M. CCCCXC. die* 24. *Martii.* Integri huius operis editionem P. I. p. 19 recensuimus, atque pauca de ipso auctore diximus.

XXXIII. I. Caesaris commentarii de Bellis gallico, & ciuili cum Raymundi Marliani indice vrbium, fluuiorum & locorum. Venetiis per Theodorum de Regazonibus de Asula anno 1490. in fol.

C. Iulius CAESAR, eloquentia doctrinaque non minus quam incredibili animi vigore, rerumque gestarum magnitudine clarissimus de Bello Gallico libros septem scripsit, octauum ab HIRTIO Caesaris familiari additus est. De Bello ciuili tres ab illo scripti agnoscuntur; illi de Bello Alexandrino Hirtio, de Hispano Oppio cuidam ab eruditis attribuuntur.

Opus istud romano, ac eleganti charactere impressum septemdecim plagularum fasciculis, quos typographus litteris a - r signauit, constat. Charta est alba, ac nitida. Paginarum numeri adparent nulli, nulli custodes, nullique initiales litterae. In margine laterali ea sunt adnotata, de quibus in ipso opere agitur.



In fronte primae paginae legitur capitalibus litteris impressum : C. IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM DE BELLO GALLICO LIBER PRIMVS. Prima pagina folii 53 de bello ciuili incipit liber primus. Auersa folii 116 *Commentariorum de bello : Gallico : Ciuili : Pompeiano : Alexandrino Hispaniensi : & Africo liber ultimus finit.* Tum immediate sequitur *Hieronymi* BONONII Taruisini ad *Antonium* ZOIANVM epistola, cui eiusdem *Hieronymi* carmen ex illustrium operum argumentis subiectum est. Istud auersa folii 117 pagina excipit *Index commentariorum. C. Iulii Caesaris : & earum rerum : quas ad cognitionem urbium & fluminum & locorum uir clarissimus & eruditissimus Raymundus Marlianus inuenit : atque addidit.* In eiusdem fine sequentia habentur : *Impressum Venetiis per magistrum Theodorum de Regazonibus de Asula. Anno ab incarnatione domini. M CCCC. LXXXXX. Die uero. XIII. Iulii.* His subnexum est chartarum registrum.

XXXIV. Q. Horatii Flacci opera cum commentariis Acronis, Prophyrionis, & Landini. Venetiis per Georgium Atriuabene Mantuanum anno 1490. in fol.

Integrum hoc opus 253 foliis, tribus prioribus, quae postillarum tabulam, *Ioannis Francisci* PHILOMVSI epistolam, eiusdemque carmen ad Principem *Ioannem* SFORTIAM continent, non adnumeratis, comprehenditur. Libri quatuor odarum 126 folia complectuntur; istas *Epodon carmen seculare, ars poetica*, duo sermonum, duoque epistolarum libri sequuntur. Prima folii 253 pagina *Horatii Flacci Lyrici poetæ opera : a Georgio Atriuabene : Mantuano : diligenter Venetiis impressa : Hic clauduntur. Anno salutis. M. CCCC. XC. Pridie Non. Februa. Laus Deo.* Auersam eiusdem paginam chartarum registrum occupat. Typus, quo impressum hoc opus, est romanus maiusculus, quo Horatii opera, & minusculus, quo commentarii exscripti sunt. Foliorum numeri, signaturae, & initiales litterae minutiori charactere expressae occurrunt, nulli vero custodes. In laterali margine notae adiectae habentur. Alterius editionis cum LANDINI commentariis iam anno 1483 meminimus.

XXXV. *Sermonis fratris roberti de peccatis.* Venetiis per Ioannem de Forliuio & Gregorium fratres anno 1490. in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina leguntur : auersam *Roberti* CARAZOLI epistola dedicatoria ad IOANNEM de Aragonia Cardinalem implet. In fronte secundi folii rubro colore impressum legitur : *In nomine domini nostri iesu christi. Incipit quadragesimale de peccatis secundum fratrem Robertum caracholum de licio. ordinis minorum episcopum liciensem.* Opus istud in duabus columnis gothico, ac nitido charactere impressum 158 foliis constat. Caret solum custodibus, & initialibus litteris maioribus. Quarta folii 153 columna *Explicit quadragesimale de peccatis ceptum in ciuitatē I itii : ibique completum ad laudem & gloriam omnipotentis dei & virginis gloriose Marie ac beatissimi patris Francisci & noui sancti Bonauenture amen. Finitum est anno domini* 1483. *die.* 9. *mensis octobris hora vespertina Et impressum Venetiis per Ioannem de forliuio & Gregorium fratres. Anno domini.* 1490. *die.* 11. *mensis Maii.* Additus est sermonum, & capitulorum index, cui subnexum est chartarum registrum. Primam folii vltimi paginam occupant typographi insignia.



XXXVI. Ioannis Duns Scoti commentaria in IV. Libros Sententiarum. Venetiis per Bernardinum de Nouaria anno 1490. Voll. IV. in fol.

Primum volumen foliis 184, fecundum 135, tertium 102, & quartum 208 conftant. Impreffum eft hoc opus praeftanti admodum chartae gothico charactere. Cuftodes tantum defiderantur, folia vero numeris & litteris fignauit typographus, litterasque initiales paruas adiecit. Cuilibet volumini in fine fubnexum eft chartarum regiftrum, cuilibet eadem finalis fubfcriptio, fi menfis indicium excipiatur, in vnoquoque etiam eadem infcriptio legitur. Itaque vnius tantummodo voluminis defcriptio ad integram operis inftructionem agnofcendam fufficiens erit. In prima pagina folii primi legitur maiufculis litteris impreffum: *Primus fententiarum doctoris fubtilis fcoti.* Ad calcem eiusdem fequentia habentur: *Primus liber fententiarum Ioannis Scoti ordinis minorum facre theologie doctoris excellentiffimi a Reuerendo facre theologie profeffore magiftro Gratiano Brixiano eiufdem ordinis in vniuerfitate Paduana publice theologiam legente diligenti cura ac follicitudine emendatus feliciter terminatur. Ac impenfa & induftria folerti Bernardini de Nouaria. Impreffus Venetiis anno domini.* 1490. *die.* 17. *menfis Iulii. FINIS.*

XXXVII. S. Thomae Aquinatis prima pars fecundae partis Summae. Venetiis per Theodorum de Rogazonibus de Afula anno 1490. in fol.

Opus iftud 25 plagularum fafciculis contentum, in duabus columnis gothico impreffum eft charactere. Caret initialibus litteris, cuftodibus, & paginarum numeris. In fronte primae paginae legitur: *Prima pars fecunde fumme theologie eximii doctoris fancti Thome de aquino ordinis predicatorum.* Ad calcem operis legitur: *Explicit prima pars fecunde partis facre theologie doctoris eximii & luminis ecclefie preclariffimi fancti Thome de aquino ordinis. fratrum predicatorum: magna cum diligentia maximoque ftudio Venetiis impreffa per Theodorum de rogazonibus de afula. Anno domini. M. CCCC. XC. die vltimo marcii.* Sequuntur dein capitulorum argumenta, quibus chartarum regiftrum fubnexum habetur.

XXXVIII. Thomae Aquinatis LXXII diuerfa opufcula. Venetiis per Hermannum Lichtenftein anno 1490. in fol.

Plagularum fafciculi, litteris fignati, 51 in hoc volumine numerantur. Pagina quaeuis in duas eft diftincta columnas. Initiales litteras paruas adiecit typographus. Paginarum numeri nulli confpiciuntur, nullique cuftodes. Prima folii primi pagina vacua eft; auerfam vero tabula omnium opufculorum in hoc volumine contentorum occupat. Folio fecundo incipit fancti THOMAE legenda, cui *Antonii* PIZAMANI Patricii Veneti ad *Auguftinum* BARBADICVM Venetorum Ducem praefatio eft praefixa. Legenda tertia folii 12 columna excipit eiusdem *Antonii* ad *Nicolaum* FRANCVM Taruifinum Epifcopum in omnia opufcula praefatio. Folio tertio decimo *Incipiunt preclariffima opufcula diui Thome aquinatis facri ordinis predicatorum in quibus omnis philofophie & diuinarum fcriptuarum theoremata eft complexus. Primo autem ad Vrbanum quartum pontificem maximum contra errores grecorum fapientiffime fcribit.* In fine fequentia habentur: *Expliciunt preclariffima opufcula eximii ac diuini doctoris fancti Thome de aquino ordinis fratrum predicatorum quam diligentiffime emendata atque correcta. Et impreffa Venetiis ingenio ac impenfa Hermanni lichtenftein Colonienfis. Anno falutis. M. CCCC. XC. VII. Idus feptembris Auguftino barbadico Venetia-*



rum principe illustrissimo existente. Laus deo. Additus est alphabeticus materiarum index, cui subnexum est chartarum registrum.

XXXIX. *Epistola ad virgines christi vniuersas super hystoria noua vndecim millium* - sic - *virginum.* Anno 1490. in 4.

Verba ista in primi folii prima pagina leguntur maiusculis litteris impressa. Folio secundo *Incipit epistola ad virgines christi vniuersas super hystoria noua vndecim milin virginum celitus nuper reuelata*, quae ita sonat: *Vniuersis christi virginibus piis ecclesie sancte filiabus Frater. T. Salutem ad interminabilem perhennis vite iocunditatem. Anno millesimo centesimo octogesimo tercio inspirante domino. piaque ipsius genitrice cooperante cunctorum regina nouam vndecim milium sacrarum virginum hystoriam describentes ammonitione persuasi sumus diuina hanc vestre caritati dedicari. & sanctitati.* &c. Auersa eiusdem linea nona *Incipit reuelatio noua itineris & passionis vndecim milium virginum.* Auersa folii 21 pagina terminatur epistola, cui figura ligno incisa, currum, quem duo trahunt angeli, sanctarum reliquiis, vt mihi videtur, oneratum exhibens. Folio 22 *Passio vndecim millium virginum. feliciter incipit.* Prima folii vndetricesimi pagina his verbis illa terminatur: *Passe autem sunt Anno domini ducentesimo tricesimo octauo. Explicit Passio vndecim millium virginum Sub anno domini M. CCCC. LXXXX. in die vrbani.* Dein immediate *Sequitur miraculum quoddam de sancta vrsula cuidam heremite nomine Iohanni reuelatum in Anglia*, quod oratio *Ioannem dem* WARNICK a S. VRSVLA docta excipit. Auersa folii 33 pagina integrum opus terminatur, his verbis tantum adiectis: *Deo gratias.*

Auctorem huius historiae innumeris, absurdisque fabulis refertae OVDINIS laudat RICHARDVM natione Anglum, ac ordinis Praemonstratensis abbatem. Scripsit illam, dum Anglia relicta in argum Coloniensem, abiecto onere abbatiali, secessit in abbatiam Arnsbergensem circa 1180. OVDIN. *Comment. de Script. Eccles T. II. col.* 1521.

XL. *Copulata omnium tractatuum Petri hyspani paruorum logicalium. etiam syncathegreumatum cum textu. denuo diligentissime correcta, secundum doctrinam diui Thome. Aquinatis iuxta processum magistrorum Colonie in bursa Montis regentium. Impressa prope Summum.* Anno 1490. in 4.

Ista inscriptio in prima pagina folii primi habetur impressa, cui figura ligno incisa, magistrum de cathedra suos discipulos docentem exhibens, subnexa est. Integrum hoc opusculum vnacum tabula in fine adiecta, 285 foliis constat. Ad calcem eiusdem legitur: *Copulata sex tractatuum Petri hyspani secundum doctrinam sancti Thome Aquinatis studio magistrorum Colonie in bursa Montis regentium industrie collecta. & nuper pro exercitio neophytorum logice solerter impressa. Anno domini M. CCCC. XC. septimo ydus Aprilis. finiunt feliciter.* His tabula est subiecta. Sequuntur deinde

Copulata super omnes tractatus paruorum logicalium Petri hispani cum textu eorundem pulcherrime inserto denuo diligentissime correcta. Haec 199 foliis constant. In fine eorundem legitur: *Finit textus cum copulatis omnium tractatuum paruorum logicalium Petri hyspani. necnon textus eiusdem de sincathegreumatibus. quem aliqui octauum appellant tractatum. cum quibusdam aliis iuxta processum magistrorum Colonie regentium in bursa magistri Lamberti de Monte artium. ac sacre theologie professoris eximii summa lucubratione iterum atque iterum correctis.*

rectis. & nunc demum impressis. Anno nonagesimo supra millesimum quaterque centesimum. octauo Idus Aprilis. Haec excipit

Tractatus sincathegreumatum Petri hyspani cum pulcherrimis sophismatibus qui nouiter correctus cum diligentia volentibus in logicis subtiliter speculari est multum vtilis. His eadem figura in primo opere recensita subiecta est. Constat iste 31 foliis, eiusque in fine haec tantum leguntur. *Et hec de sincathegreumatibus Petri hyspani. dicta sufficiant.*

Initiales litterae nullae conspiciuntur, nullique custodes. Folia numeris, & plagularum fasciculos litteris typographus signauit. Typus est gothicus. Haec opera Coloniae ab *Henrico* QVENTEL fuisse impressa, inde nullus dubito, eoquod ille solummodo terminis istis, *iuxta*, aut *prope summum*, vti in libro BOETII *de disciplina Scholarium* supra N. XVII. legendum erit, vsus sit.

Anno MCCCCXCI.

I. *Aurelii Augustini opuscula plurima.* Argentinae per Martinum Flach anno 1491. in fol.

Haec editio quoad externam formam in omnibus conuenit cum illa, quam idem typographus anno 1489 typus euulgauit, & quae supra p. 174. descripta habetur. Eadem inscriptio, eadem tabula operibus praemissa, eadem opuscula, idem foliorum numerus, idem typus, eademque finalis subscriptio & in praesenti editione obseruatur. Itaque tantum pauca de illa dicam. Verba supra relata in prima folii primi pagina leguntur. In fine anni nota ita est exscripta. *M. CCCC. XCI. die. XI. mensis Augusti.* His idem carmen, quod in praefata editione reperitur, subiectum habetur.

II. *Quotlibeta septem vnacum tractatu de sacramento altaris venerabilis inceptoris fratris Guilhelmi de Ockam anglici. sacre theologie magistri, de ordine fratrum minorum.* Argentinae anno 1491. in fol.

Ista inscriptio in prima folii primi pagina inuenitur maiusculis litteris impressa. Folio secundo incipiunt tituli quaestionum, qui tertia columna quinti folii terminantur. Auersa folii sexti pagina praefatio habetur. Folio septimo ipsum opus, septemdecim plagularum fasciculis contentum, initium sumit. In fine eiusdem legitur: *Expliciunt quotlibeta septem venerabilibus inceptoris magistri wilhelmi de Ockam anglici. veritatum speculatoris acerrimi. fratris ordinis minorum post eius lecturam oxoniensem (super sententias) edita. Impressa Argentine Anno domini. M. CCCC. XCI. finita post Epiphanie Domini.* Haec sequitur

Tractatus uenerabilis Inceptoris Guilhelmi ockam de sacramento altaris, qui quinque plagularum fasciculis comprehenditur. Inscriptio ista in prima pagina folii primi legitur: auersam vero capitulorum tituli occupant. Folio secundo ipse tractatus incipit, in cuius fine sequentia habentur: *Explicit tractatus gloriosus de corpore christi & in primis de puncti linee superficiei corporis quantitatis qualitatis & substantie distinctione. Venerabilis inceptoris magistri Vuilhelmi de Okam.... Impressus Argentine anno domini. M. CCCC. XCI. Finitus post festum Epiphanie domini.* Typus gothicus est. Pagina quaeuis in duas columnas distincta. Initiales litteras paruas adiecit typographus, fasciculosque litteris signauit. Desunt custodes, & paginarum numeri.

Gulielmus OCHAM, seu OCCAM gente Anglus, patria Surreiensis, ordinis minorum Alumnus, *Doctor singularis*, & *Venerabilis Inceptor* adpellatus, inter maxima & portentosa



tosa ingenia referendus *Ioannis*, DVNS Scoti discipulus, eiusque postea impugnator acerrimus, *Nominaliumque* sectae institutor seu restaurator, claruit anno 1330. Pro LVDOVICO Bauaro Imperatore aduersus IOANNEM XXII. calamum stringens, *Petri* CORBARII Antipapae partes fouit, palamque Imperatorem, nulli nisi Deo, in temporalibus subesse, edocuit. His nominibus anathematis fulmine a IOANNE XXII. anno 1330 percussus, ad LVDOVICVM Bauarum confugit, a quo benignissime acceptus, partes eius vsque ad vitae finem constanter egit. Scripta haud pauca, ac erudita posteritati reliquit. WARTHON in *Adpend.* ad CAVEVM. p. 28.

III. *Sermones quadragesimales Thesauri noui.* Argentinae anno 1491, in fol.

Viginti plagularum fasciculi, litteris signati, in hoc opere, gothico charactere impresso, numerantur. Desunt custodes, & paginarum numeri. Litteras initiales paruas adpressit typographus. Singulae paginae duas complectuntur columnas. In prima folii primi pagina inscriptio ista legitur. Folium secundum occupat tabula sermonum, qui folio tertio incipiunt. Ad calcem operis legitur : *Opus perutile sermonum quadragesimalium Thesaurus nouus nuncupatum Argentinae impressum. Anno domini. M. CCCC. LXXXXI. Finit feliciter.*

Auctor horum sermonum laudatur *Petrus* de PALVDE natione Burgundus, ordinis Praedicatorum Alumnus, Theologiae & Iuris canonici scientia insignis, S. THOMAE doctrinae pugil fortissimus. Claruit initio seculi XIV. pluribus scriptis, quae QVETIF T. I. Script. Ord. Praedic. p. 605 & seqq. recenset, haud parum celebris.

IV. *Liber meditationum ac orationum deuotarum qui Anthidotarius anime dicitur.* Argentinae per Ioannem Raynaldum Grieninger anno 1491. in 8.

Verba ista in prima folii primi pagina rubro colore leguntur impressa. Auersam occupat imago adsumptionem B. V. Mariae exhibens. In fronte secundi folii rubro colore quoque impressum habetur : *Nicolai saliceti artium & medicine doctoris abbatis monasterii beate marie de pomerio (alias Bomgart) ordinis Cistercien. Argentinen. dyocesis in anthidotarium anime prefaciuncula.* Istam excipit tabula generalis, quae secunda columna folii sexti terminatur. Tertia columna *Incipit libellus orationum & meditationum deuotarum* &c. Secunda folii 146 columna sequenti cum admonitione ad lectorem iste finitur : *Animarum christi fidelium anthidotarium salutiferum quo & egrotantes ad optatam sanitatem restitui. & sane in ipsa sanitati conseruari valeant. hic finem sumpsisse cernens o lector. deuotissime deo cunctipotenti cum suis conregnantibus gratias age diligentiamque lauda collectoris fratris Nicolai abbatis Pomerii cisterciensis ordinis. qui ex variis sanctorum patrum opusculis excerpens in hunc fasciculum illum congessit atque ad imprimendum tradit. Industrioso viro magistro Iohanni Reynardi. (alias gruninger) in insigni ciuitate Argentinen. vbi completus extitit Anno nostre salutis MCCCC XCI. III. ydus vero Augusti.* Impressus est hic libellus charactere gothico minusculo. Numeri paginarum, rubricae & initiales litterae rubro colore sunt expressae. Signaturae adparent, nulli vero custodes. Paginae singulae, quarum margines figuris ligno incisis sunt exornatae, in duas sunt distinctae columnas.

V. *Boetii viri celeberrimi de consolatione philosophie cum optimo commento beati Thome.* Argentinae anno 1491. in 4.

Inte-



Integrum hoc opufculum gothico charactere impreffum, 29 plagularum fafciculis conftat, nullas exhibens initiales litteras, nullos cuftodes, aut paginarum numeros. Ifta infcriptio in prima pagina folii primi legitur; in auerfa incipit alphabetica materiarum tabula, quam folio feptimo auctoris prologus excipit. Folio nono *Anicii Manlii Torquati Seuerini Boetii Ordinarii Patricii viri exconfulis de confolatione philofophie liber primus incipit.* In fine quinti libri fequentia habentur: *Anitii Torquati Seuerini Boetii viri nominis celebritate quam memorandi. textus de philofophie confolatione cum editione commentaria beati Thome de Aquino ordinis predicatorum. inclyte Argentinenfium vrbis induftria fabrefactus finit feliciter. Anno a natiuitate chrifti. M. CCCC. XCI. pridie Non. Martii.* Adiecta eft operi *Compendiofa fuccinctaque refumptio dictorum in libros Boetii de confolatione philofophie*, in cuius fiue legitur: *Deo gratias.* Aliam huius operis editionem fupra p. 36. N. XIX. defcripfimus.

VI. *Formulari vnd teutfch retborica.* Auguftae per Antonium Sorg anno 1491. in fol.

Priora quatuordecim folia rethoricam, feu epiftolas fcribendi methodum complectuntur. Folio 15, quod numero 1 a typographo eft notatum, tituli ordinum tam ecclefiafticorum, quam laicorum incipiunt. Opus iftud gothico - germanico charactere impreffum fexdecim plagularum fafciculis, qui litteris a - g funt fignati, comprehenditur. Priora quatuordecim folia nullo funt cifro notata, reliqua vero a numero 1 -113 funt adfignata. Cuftodes defiderantur. Ad calcem operis legitur: *Hie endet fich der formulari darinn begriffen feindt allerhand brief vnd hüpfch red zu fchreyben reden vnd briefen. Gedruckt vnd vollendet in der Keiferlichen ftat Augfpurg von Anthonio Sorg am montag nach fant Philipp vnd Iacobs tag der heiligen Zwölfpoten. Do man zalt nach der Gepurt Crifti. M. CCCC. vnd in dem LXXXXI. Iare.* Idem opus iam anno 1484 SORGIVS Auguftae typis euulgauit, cuius fuo loco mentionem fecimus.

VII. *Confeffionale Bartbolomei de chaimis de mediolano ordinis minorum.* Auguftae per Erhardum Ratdolt anno 1491. in 4.

Verba ifta in prima pagina folii primi leguntur. Folio fecundo *Incipit interrogatorium fiue confeffionale per venerabilem fratrem Bartholomeum de chaimis de mediolano ordinis minorum compofitum in loco fancte marie de angelis apud mediolanum.* Conftat illud 74 foliis, eftque in duabus columnis gothico charactere impreffum. Foliorum numeri, fignaturae, & initiales litterae ligno incifae a typographo funt adiectae, nulli vero cuftodes. Prima folii 73 columna legitur: *Impreffum Augufte per Erhardum Ratdolt Anno. domini. M. CCCC. XCI.* Tres reliquas huius folii columnas regiftrum complectitur. Primam folii vltimi paginam typographi occupant infignia. Haec eft fexta huius operis editio, qua noftra bibliotheca gaudet.

VIII. Guidonis Bonati de Forliuio decem de Aftronomia tractatus c. figg. Auguftae per Erhardum Ratdolt anno 1491. in 4.

Integrum hoc opus gothico charactere exfcriptum, figurisque ligno incifis illuftratum, excepto regiftro, 51 plagularum fafciculis, quos litteris fignauit typographus, conftat. Initiales litterae funt ligno incifae: cuftodes, & paginarum numeri defiderantur. In prima folii



folii primi pagina legitur: *Registrum Guidonis Bonati de Forliuo.* In auersa habetur *Iacobi* CANTER Frisii ad *Ioannem* MILLER epistola, in qua insignibus laudum encommis extollit *Erhardum* RATDOLT ob tam multa, ac celeberrima, maxime autem ob tam praeclara artis arithmeticae, geometricae, ac astronomicae opera ab ipso typis euulgata. Laudat deinde praesens opus,ac istud Ioanni MILLER magnopere commendat atque,vt in Astronomiae scientia vlterius progredi studeat, animare conatur. Epistolae subiecta sunt *Eiusdem carmina ad eundem super indice nuper huic operi addito.* Folio secundo registrum incipit, & in auersa folii 14 terminatur. In folii sequentis prima pagina haec tantum leguntur impressa: *Guido Bonatus de forliuio. Decem continens tractatus Astronomie.* Auersa vacua est. Folio 16 *Incipit liber introductorius ad iudicia stellarum* &c. Ad calcem operis sequentia habentur: *Liber astronomicus Guidonis bonati de forliuo explicit feliciter. Magistri Iohannis angeli viri peritissimi diligenti correctione. Erhardique ratdolt viri solertis: eximia industria & mira imprimendi arte: qua nuper veneciis: nunc Auguste vindelicorum excellit nominatissimus. Septimo Kal. Aprilis. M.CCCC.LXXXXI.* Primam vltimi folii paginam occupant typographi insignia cum saepius memorata inscriptione. Hac de editione principe, ac rarissima mentionem faciunt Cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. Augusl.* p. 100. GEMEINER *in den Nachrichten* p. 206. in cuius exemplari descripto index operi praemissus, & vltimum folium typographi insignia complectens desiderantur.

Guido BONATVS, seu BONACTVS, natione Italus, patria Forliuiensis, iuxta POCCIANTVM in Tuscia natus, scripsit *Theoriam planetarum*, variaque Astrologica circa annum 1282. FABRIC. *Bibl. med. & infim. Latin.* L. VII. p. 130.

IX. Missale Augustanum. Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1491 in fol.

In pagina seperata conspicitur imago ligno incisa, in medio B. V. MARIAM IESVM in brachio portantem, a dextris S. VDALRICVM, non *Fridricum* de ZOLERN, vt Cl. ZAPFIVS opinabatur, a sinistris S. AFRAM, repraesentans. Infra quatuor insignia, vnum S. VDALRICI, alterum S. AFRAE, & duo Episcoporum Augustanorum, exhibentur. Folio sequenti legitur FRIDERICI Episcopi Augustani epistola ad suae dioecesis clericos, ex qua discimus, illum ob Missalium vbique discrepantiam, praesens Missale, vt rituum ecclesiasticorum consonantiam, eorumque obseruantiam suae integritati restitueret, inque ea conseruaret, pro tota dioecesi typis euulgare voluisse. Deinde clericos suos, vt eodem in celebratione Missae, aliis quibuscunque postpositis, vtantur, admonet. Sequitur deinde calendarium ecclesiasticum sex foliis contentum. Istud excipit *Registrum huius missalis*, hoc benedictiones salis, aquae, & vini, atque littera dominicalis. Haec omnia duodecim folia priora complectuntur. Deinde *Incipit ordo missalis secundum breuiarium chori ecclesie Augustensis. Dominica prima in aduentu domini.* Constat ille ordo 248 foliis, impressusque est in duabus columnis chartae albae ac praestanti admodum, gothico ac satis luculento charactere. Folio 117 incipit canon pergameno impressus. Folio 245 inchoant *defectus & negligentiae in Missa contingentes*, qui tertia columna folii 248 terminantur. His legitur subiectum: *Liber missalis secundum ritum ecclesie Augustensis. per Erhardvm ratdolt mira imprimendi arte: qua nuper veneciis: nunc Auguste vindelicorum excellit nominatissimus. Auguste impressus: finit feliciter. Anno domini. M. CCCC. LXXXXI. XVI. Kalen. Octobris.* In vltimi folii prima pagina typographi insignia cum saepius memorata inscriptione reperiuntur.

X. *Sta-*



X. *Statuta Prouincialia*. Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1491. in fol.

Statuta ista Prouincialia decreta sunt in concilio Salisburgensi XXX., juxta conciliorum Salisburgensium editionem a *Floriano* DALHAM nouiter elucubratam, in ecclesia parochiali S. NICOLAI in Oppido Müldorf 19 Octobris anno 1490 celebrato. Impressa sunt ista praestanti chartae, gothico, ac pereleganti charactere. Initiales litterae florentes ligno incisae conspiciuntur. Plagularum fasciculi, quorum tres numerantur, litteris a - c sunt signati. Paginarum numeri, & custodes desiderantur. Inscriptio supra relata in prima pagina primi folii legitur. In fronte secundi sequentia habentur: *Ad honorem laudem & gloriam omnipotentis dei: gloriose virginis marie: tociusque celestis curie triumphantis: & incrementum fidei christiane. Nos Fridericus dei gratia sancte Salzeburgen ecclesie archiepiscopus: apostolice sedis legatus. Sixtus Frisingen. Georgius Chimen. Mathias secconien. ecclesiarum episcopi. Oratores & procuratores Ratisponen. Patauien. Brixinen. Lauentin. episcoporum ac capitulorum ecclesiarum cathedralium ac collegiatarum secularium & regularium pleno mandato fulfulti. Prelati & eorum oratores & procuratores in sancto concilio prouinciali in ecclesia parrochiali sancti Nicolai oppido müldorf Salzeburgen. diocesi Decima nona octobris Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo celebrato congregati de consilio omnium huic sacro concilio interessentium constitutiones & statuta prouincie Salzeburgen salubriter condita & edita sunt in hunc qui sequitur modum.* Primum statutum agit de *vita*, & *honestate clericorum*; vltimum vero, quod prima folii vndecimi pagina terminatur, de *Praelatis ordinis S. Benedicti.* Sequuntur dein varia adiuncta, nimirum Canon: *Omnis vtriusque sexus*, in latina, ac vulgari lingua: *Bulla Synodi Basileensis de conciliis celebrandis*, *Confirmatio Carolinae per Martinum V.* in latino & vulgari sermone, denique statutum, *quibus temporibus Carolina debeat promulgari.* Huic legitur subiectum: *Impressum Auguste per Erhardum ratdolt quinto Kal. Aprilis. M. CCCC. LXXXXI.*

Cl. DALHAM iisdem adhuc casus reseruatos ex synchrono codice manu exarato San-Petrensi exscriptos subiunxit, sequenti cum animadversione: „ Non ausim hunc syllabum casuum attribuere Patribus ipsius Concilii, sed scribae fortassis alicui Synodali aut „ Doctori, qui haec in subsidium clericorum, eruditionis inopia laborantium, subito conscripserit. " Optime istam animaduersionem fuisse adlatam, ex eo patet, eoquod, si Patres huius concilii istos concepissent, absque dubio etiam statutis fuissent adpressi.

XI. Biblia Latina. Basileae per Ioannem Frobenium de Hammelburg anno 1491. in 8.

Vetus testamentum Bibliorum 45 plagularum fasciculis, qui litteris a - y & A - Z, nouum vero vndecim, qui numeris 1 - 11 signati sunt, constant. Typus gothicus est minusculus, ac valde nitidus. Pagina quaeuis duas complectitur columnas. Prima initialis littera est deaurata, reliquae vero, quas minutiori charactere signauit typographus, rubro colore sunt adscriptae. Desunt custodes, & paginarum numeri. Loca parallela per integrum opus adparent. In fine Apocalypseos leguntur versus isti:

Fontibus ex grecis hebreorum quoque libris &c.

Istis dein subiectum habetur: *Explicata est biblia presens Basilee summa lucubratione: per Iohannem froben de Hammelburck. Anno nonagesimo primo supra Millesimum quaterque centesimum die vero vicesima Iunii.* Deinde *Incipiunt interpretationes hebraicorum nominum secundum*



eundem ordinem alphabeti, 37 foliis contentae. Vltimum folium occupant *Bibliorum translatores*, & *modi intelligendi S. Scripturam.*

XII. *Armandus de Declaratione difficilium terminorum tam theologie quam Philosophie ac Logice.* Basileae per Michaelem Wensler anno 1491. in 8.

Ista inscriptio in primo folio reperitur. Sequenti incipit *Armandi* de BELLO VISV epistola prooemialis ad IOANNEM Episcopum Brixinensem, quam auersa folii tertii pagina primus operis tractatus excipit. Integrum hoc opus, gothico charactere impressum 22 plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Septem priora folia solum numeris romanis sunt indicata. Initiales litterae paruae sunt adiectae. Ad finem tertii tractatus legitur: *Doctissimi atque eximii Theologie professoris. necnon Sacri palacii preclarissimi doctoris fratris Armandi de Bello visu. Diui ordinis predicatorum. Compendium difficilium terminorum Philosophie atque Logyce declaratiuum. Impensis Michaelis Wensler In vrbe Basileorum diligentissime elaboratum finitum est foeliciter Anno christianissimi partus. post Millesimum quaterque centesimum nonagesimo primo Kalendis Aprilibus.* Additi sunt *Tituli capitulorum*, & alphabeticus materiarum index.

XIII. *Armandus de Declaratione difficilium terminorum tam theologie quam Philosophie ac Logice.* Basileae anno 1491. in 8.

Haec editio quoad externam formam in omnibus cum immediate praecedenti conuenit. Idem typus, idem fasciculorum, immo & linearum numerus etiam in hac obseruatur. Hoc tantum isti proprium est, nimirum quod foliorum numeri per integrum opus occurrunt. In fine legitur: *Doctissimi atque eximii Theologie professoris: nec non Sacri palacii preclarissimi doctoris. fratris Armandi de bello visu. Diui ordinis predicatorum. Compendium difficilium terminorum Theologie: Philosophie atque Logice decaratiuum Explicit foeliciter Anno sautiferi virginalis partus. M. CCCC. XCI. Prima Marcii. in insigni vrbe Basileorum.* Sequuntur Tituli capitulorum, & tabula alphabetica. Quam acceptum hoc opus ista aetate fuerit, ex eo elucescit, quod iam altero Mense scilicet calendis Aprilis iterum fuerit recusum.

Armandus de BELLO VISV natione Gallus, ordinis Praedicatorum Alumnus, S. Palatii Apostolici Magister, claruit tempore IOANNIS XXII., a quo anno 1320 aut 25 magisterii laurea fuit insignitus. Scripsit praeter praesens opus plura alia, quae QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 582. recenset.

XIV. *Cassiodori Clarissimi Senatoris in Psalterium expositio.* Basileae per Ioannem de Amerbach anno 1491. in fol.

Inscriptio ista in prima pagina folii primi legitur. Auersam *Ioannis* de LAPIDE Carthusiani epistola ad *Ioannem* de AMERBACH, & instructio lectoris occupant. Folio secundo incipit *notabilium dictorum, & expositorum annotatio* ordine alphabetico dispotita, & 21 foliis contenta. Dein *Incipit prologus Cassiodori Clarissmi Senatoris Romani in expositionem Psalterii.* Integrum opus in duabus columnis gothico typo impressum 48 plagularum fasciculis comprehenditur. Caret custodibus, paginarum numeris, & initialibus maioribus litteris, quas minoribus indicauit typgraphus. Ad calcem operis legitur: *Dissertissimi*

fertissimi atque dignissimi sancte ecclesie doctoris Cassiodori, romane vrbis quondam Clarissimi senatoris: famatissima psalmorum expositio: post aliorum sanctorum patrum scripta exactissime digesta, dulcissimoque fonte purissime latinitatis irrigata: cum peruigilanti emendationis studio: arte impressoria perfecta est: per magistrum Iohannem de Amerbach preclare Basilien vrbis ciuem. Anno domini. M. CCCC. XCI.

Magnus Aurelius CASSIODORVS, gente Italus, patria Lucanius, siue Bruttius, stirpe Romanus, ex illustri Senatorum familia post annum 463 natus, in aulis Gothorum Regum THEODORICI & successorum eius gratiosus Praefectus Praetorio, & anno 513 Consul renuntiatus est. Anno 537 a VITIGE Rege exauctoratus, vitae seculari valedixit, monasterium Viuariense prope ciuitatem Scyllitanam in extrema Calabriae parte posuit, ac in eodem inter libros & sacras meditationes consenuit, producta vltra annum 93 aetate, multis ac celeberrimis operibus insignis. CAVE T. I. *Histor, Litter. Script. Eccles.* p. 501 FABRIC. *Bibl. med. & infim. latinit.* L. III. p. 357.

XV. Libellus de modo Confitendi & poenitendi. Coloniae per Henricum Quentell anno 1491. in 4.

Tres tantum in hoc opusculo gothicis litteris exscripto plagularum fasciculi numerantur. Desunt custodes, paginarum numeri, & initiales litterae. In prima pagina folii primi sequentia leguntur: *Peniteas cito libellus iste nuncupatur. tractans de penitentia & eius circumstantiis. omnibus saluari volentibus summe necessarius ad considerandum ea que sunt peccatorum remedia.* In fine vero legitur: *Presens hoc opusculum de modo confitendi & penitendi impressum est in sancta ciuitate Coloniensi per Henricum Quentell. Anno a natiuitate cristi M. CCCC. XCI. sexto Kalendas Martii.*

XVI. *Questiones magistri Ioannis versoris super libros ethicorum Arestotelis & textus eiusdem, cum singulari diligentia correcte.* Coloniae per Henricum Quentell anno 1491. in fol.

Opus istud in duabus columnis gothico charactere impressum 122 foliis, quae numeris sunt notata, constat. Initiales litterae aut desiderantur, aut ligno incisae sunt adiectae. Custodes nulli obseruantur. Verba supra relata in prima pagina folii primi leguntur impressa. Quarta columna folii 122 *Expliciunt questiones magistri Iohannis versoris per optime correcte super decem libros Ethicorum Arestotelis cum textu eiusdem. Impresse per Henricum Quentel. Ciuem alme Ciuitatis coloniensis. Anno domini Millesimo CCCC. XCI. &c.* Adiecta est tabula quaestionum duobus foliis contenta.

XVII. Vgonis Senensis in primam partem Auicennae Commentarius. Ferrariae per Andream Gallum anno 1491. in fol.

Integrum hoc opus gothico charactere praestanti chartae in duabus columnis impressum 22 plagularum fasciculis comprehenditur. Caret custodibus, & paginarum numeris. Signaturas, & litteras initiales paruas adiecit typographus. Prima pagina folii primi vacua est; auersam occupat correctoris prologus, in quo magnis laudum encomiis auctorem celebrat. Folio secundo *Excellentissimi viri Vgonis senensis in primam Fen primi*



canonis Auicene. Expositio Feliciter incipit. Secunda columna folii 154 *Explicit commentum clarissimi viri Vgonis Senensis in primam primi canonis Auicen. Impressum Ferrarie opera Andree Galli anno a natiuitate domini. M. CCCC. XCI. die vero XIII. mensis augusti regnante illustrissimo ac inuictissimo principe & duce Hercule extensi emendatum vero diligenti cura & studio excellentissimi artium ac medicine doctoris Magistri Antonii citadini fauentiui theoricam medicine in felici studio ferrariensi ordinarie legentis.* Subnectitur eiusdem *Antonii* CITADINI tractatus de febre. Primam folii vltimi paginam chartarum registrum occupat.

XVIII. *Boetii viri celeberrimi de consolatione Philosophie liber cum optimo commento beati Thome.* Hagenau anno 1491. in 4.

Inscriptio ista in prima folii primi pagina legitur. In aversa *Incipit tabula super libros de consolatione philosophie secundum Ordinem alphabeti.* Folio octauo *Boetii Romani & oratoris celeberrimi libri de consolatione philosophie & commentarius eximii preclarique doctoris sancti Thome super eosdem Incipiunt feliciter.* Constant isti 29 plagularum fasciculis, quos litteris signauit typographus. Custodes, initiales litterae, & paginarum numeri desiderantur. Typus est gothicus. In fine legitur: *Libri quinque de consolatione philosophie Boetii rhomani consulis & oratoris splendidissimi vnacum commentaria editione Impressi imperiali in oppido Hagenau Sub anno salutis Millesimo quadringentesimo nonagesimo primo Expliciunt. Nono vero Kalendas Martias.*

XIX. Bernardi de Gordonio Practica; dicta lilium Medicinae. Lugduni per Antonium Lambillionis & Martinum Sarraceni anno 1491. in fol.

Opus istud 29 plagularum fasciculis contentum, in duabus columnis gothico charactere est impressum. Caret custodibus, & paginarum numeris. Fasciculos litteris signauit typographus, & initiales litteras maiores paruis adnotauit. In fronte operis legitur: *In nomine dei misericordis incipit practica excellentissimi medicine monarce magistri Bernardi de Gordonio dicta Lilium medicine.* In fine vero sequentia habentur: *Expleta est practica excellentissimi artium & medicine doctoris domini magistri Bernardi de Gordonio dicta Lilium medicine. In qua continetur scientia curationis morborum tam vniuersalium quam particularium accidere potentium corpori humano. Et scientia decem ingeniorum curandorum morborum. Cum tractatu de regimine acutorum. Et tractatu de pronosticis. Diligentissime emendata. Impressa Lugduni per Anthonium Lambillionis. & Martinum sarraceni: consociorum Anno domini. 1491. die 2. Maii. Ad laudem omnipotentis dei tociusque curie celestis amen.* His subiectum est chartarum registrum.

XX. M. Annaei Lucani Cordubensis Pharsaliarum Libri X. cum commentariis Omniboni Leoniceni Vicentini. Mediolani per Vdalricum Scinzenzeller anno 1491. in fol.

Praecedunt opus *Ioannis* BRITANNICI ad HIERONYMVM Advocatum, AMBROSII Iurisconsulti epistola, LVCANI vita ex commentario antiquissimo desumta, & illa a *Pomponio* INFORTVNATO descripta, atque *Ioannis* TABERII Brixiani epistola ad *Marcum* BAR-

BARVM Patritium Venetum, quae tria priora folia occupant. Deinde ipsum opus cum suo commentario incipit. Impressum est istud pereleganti chartae romano ac nitido charactere, grandiori textus, minutiori commentarii. Initiales litterae florentes ligno incisae conspiciuntur. Desunt Custodes & paginarum numeri. Plagularum fasciculi, litteris signati triginta numerantur. In laterali margine adnotationes habentur. In fine vltimi libri legitur: *Impressum Mediolani per Vldericum scinzenzeler M. CCCC. LXXXXI.. die decimo nouembris.* Primam vltimi folii paginam implet chartarum registrum, cui typographi symbolum subiectum est.

Haec est secunda huius operis cum praesenti commentario editio, prima enim Brixiae anno 1486, a *Ioanne* TABERIO recognita, in lucem prodiit.

M. Annaeus LVCANVS, Cordubensis Hispanus, *M. Annaei* MELAE fratris SENECAE filius, Eques Romanus, a NERONE Imperatore variis auctus honoribus, sed postea, graue eius odium incurrens, eoquod in Poetica, cuius principatum Imperator ambiebat, excellere cuperet; itaque addens se Pisanianae conjurationi, & deprehensus venis solutis vita exire coactus est anno Christi 65. vix annos 27 natus. FABRIC *Bibl. Lat.* T. I. Lib. II. p. 449.

Quis commentariorum auctor sit, an OMNIBONVS, an alius, res indecisa mihi videtur. Si *Ioanni* BRITANNICO, & *Ioanni* TABERIO credendum, falso OMNIBONO attribuuntur. Primus enim in sua epistola supra memorata ita scribit: „ Is enim — scilicet „ TABERIVS — cum eos commentarios in pharsaliam LVCANI qui falso OMNIBONI Vicen„ tini titulo inscripti circumferebantur &c. " Secundus suam epistolam ita incipit: „ Com„ mentaria, quae in *Annaei* LVCANI pharsaliam ab OMNIBONO, *Leoniceno* edita putaban„ tur. " FABRICIVS quidem in *Bibl. med. & infim. Latinit.* L. XIV. p. 164. OMNIBONVM commentarios in LVCANVM scripsisse, a firmat; ast in *Bibl. Lat.* l. cit. eosdem *Ioanni* BRITANNICO adscribere haud dubitauit; quod tamen omnino ex ipsa epistola confutatur. Ceterum vix non omnes editiones OMNIBONVM praefixum habent, ac ab eruditis quoque istorum auctor plerumque laudatur.

XXI. Matthaei de Cracouia tractatus, vtrum expediat & deceat Sacerdotes Missas continuare, vel laicos frequenter Communicare? Memmingae per Albertum Kunne anno 1491. in 4.

Duo tantum plagularum fasciculi, litteris signati, in hoc opusculo characteribus gothicis exscripto numerantur. Desunt paginarum numeri, custodes, & initiales litterae maiores. Auersam primi folii paginam prologus occupat. Folio secundo *Incipit Tractatus magistri Mathei de Krachkouia sacre theologie professore de eo vtrum expediat & deceat sacerdotes missas continuare vel laycos frequenter communicare.* Ad calcem operis legitur: *Explicit Tractatus magistri Mathei de Krachkovia &c. Impressum in Memmingen per Albertum Kunne de Duderstat. Anno domini* 1491.

Mattheus de CRACOVIA, gente Polonus, theologiae magister in gymnasio Pragensi, & in eadem vrbe presbyter, verum a popularibus suis male habitus loco cedere coactus est; claruit anno 1375. Praeter Praesens opus & alia, quae recenset TRITHEMIVS, opuscula scripta reliquit.

XXII. *Hortus sanitatis.* c. figg. Moguntiae per Iacobum Meydenbach anno 1491.



Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis impressum 65 plagularum fasciculis constat. Caret litteris initialibus, custodibus, paginarum numeris. Signaturas adposuit typographus. Figurae occurrunt ligno incisae. Inscriptio supra relata in primi folii prima pagina habetur. Auersam figura, Medicorum Scholam exhibens, occupat. Folio secundo *Incipit prohemium presentis Operis*, quod quarta eiusdem folii columna tractatus de Herbis excipit. Istum sequitur tractatus de *animalibus*, hunc ille de *lapidibus*. Omnes tres hi tractatus sunt ordine alphabetico dispositi. Subiungitur *Tractatus de Vrinis*, quem index super his tractatibus sequitur. In auersa vltimi folii pagina legitur admonitio ad lectorem, ad cuius finem sequens habetur notitia : *Quem quidem librum omni diligentia collectum & elaboratum. intelligibili caractere propriis impensis Iacobus meydenbachius ciuis Moguntinus luculentissime impressit. summamque adhibuit diligentiam. operamque maximam vt singule herbe ac singuli flores, suos naturales colores, ac animalia ipsa. volucres, pisces denique & alia in hoc preclarissimo opere descripta. suas sicuti eas natura produxit haberent effigies & figuras. Hoc modo lectitanti prodesse ac induentem oblectare impressor ipse Iacobus voluit. Impressum est autem hoc ipsum in inclita ciuitate Moguntina. que ab antiquis aurea Moguntina. dicta. ac a magis id est sapientibus vt fertur primitus fundata. in qua nobilissima ciuitate & ars ac scientia hec subtilissima caracterisandi seu imprimendi fuit primum inuenta. Impressum est inquam sub Archipresulatu. Reuerendissimi & Dignissimi principis & domini. domini Bertoldi Archiepiscopi Moguntini ac principis electoris cuius felicissimo auspicio graditur. recipitur & autorisatur. Anno salutis Millesimo quadringentesimo Nonagesimo primo. Die vero Iouis vicesima tercia mensis Iunii.*

XXIII. S. Anselmi Episcopi Cantuariensis opera. Norimbergae per Casparum Hochfeder anno 1491. in fol.

Quatuor priora folia operis titulus, argumenta, *Petri* DANHVSER epistola ad *Ioannem* LOFFELHOLTZ, & istius ad illum, Oratio ad B. V. MARIAM, atque eiusdem mores ex S. ANSELMI gestis collecti complectuntur. Tum primus tractatus S. Doctoris *Cur Deus homo*? incipit. Opera ista 24 plagularum fasciculis contenta, in duabus columnis gothico charactere sunt impressa. Desunt custodes, & paginarum numeri. Signaturas & initiales litteras paruas adiecit typographus. Ad calcem operis legitur : *Opera sancti Anselmi que is scripsit hoc libro quam salutari sidore clauduntur. Anno christi. M. CCCC. LXXXXI. die vero vicesima septima martii Nurnberge. per Caspar hochfeder : opificem mira arte ac diligentia impressa.*

XXIV. S. Bonauenturae Ord. Min. in Libros IV. Sententiarum. Voll. V. cum tabula. Norimbergae per Antonium Koberger anno 1491. in fol.

Primum volumen complectitur primum librum sententiarum. Prima pagina folii primi vacua est ; in auersa legitur *Ioannis* BECKENHAVB Moguntini, qui praesentem elucubrauit editionem, epistola ad *Nicolaum* TINCTOREM de Guntzenhausen Bambergensis ecclesiae Praedicatorem, cui subiectum est carmen eiusdem BECKENHAVB in laudem PETRI *Lombardi* & S. BONAVENTVRAE. In huius fine typographus sequenti disticho manifestatur.

Quo libri impressor Nurnberge Anthonius ipse
Koberger tentat post sua fata precor.

Carmen sequitur *Nicolai* TINCTORIS epistola ad *Ionnem* BECKENHAVB anno 1491 2 Martii scripta. Folio tertio incipit prologus S. BONAVENTVRAE in librum I. Sententiarum. In fine



ne quarti voluminis legitur epiſtola *Iacobi* WIMPFELINGI Sletſtatenſis ad Theologiae ſtudioſos in laudem S. BONAVENTVRAE ſcripta, in qua maxime ea, quae *Ioannes* GERSON in S. Doctoris laudem ſcripſit, adferuntur.

Volumen quintum, 110 foliis contentum, tabulam ſuper libros ſententiarum complectitur.

Typus, quo iſti libri impreſſi ſunt, gothicus eſt, & quidem duplex, grandior, quo textus *Petri* LOMBARDI, & minutior, quo S. BONAVENTVRAE expoſitio excuſa habetur. Plagularum faſciculos litteris notauit typographus, litterasque initiales paruas adiecit. Cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur.

XXV. Das Buch der Schatzbehalter oder Schrein der waren Reichtümer des Heils. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1491. in fol.

Integrum hoc opus gothico - germanico maiuſculo charactere in duabus columnis impreſſum, 58 plagularum faſciculis, qui litteris ſunt ſignati, conſtat. Caret cuſtodibus, & paginarum numeris. Litteras initiales paruas adpreſſit typographus. Figurae ligno, & vt mihi videtur, a WOLGEMVTH inciſae, & ex vtroque teſtamento adſumtae 94 numero per integrum opus adparent. Duae operi ſunt praemiſſae praefationes, quarum ſecunda prima folii tertii columna terminatur. In fronte tertiae columnae legitur: *Zu lob und eren der allerheiligiſten vnd höhſten götlichen trieueltigkeit. Vahet hie an das buch. daſ der ſchrein oder ſchatzbehalter der waren reichtümer des hails vnd der ewigen ſeligkeit heiſſet.* Opus in tres partes eſt diuiſum, in quibus tam doctrina, quam paſſio Saluatoris IESV CHRISTI vt pretioſiſſimus theſaurus proponuntur. Ad Calcem operis ſequentia leguntur: *Alſo endet ſych hye das Buch. der Schatzbehalter oder ſchrein der waren reichtümer des heils vnnd ewyger ſeligkeit genant. zu lob vnd ere dem göttlichen vnd criſtenlichen namen. mit groſſem vleys auß den ſchrifften zuſamen geleſen vnd auffgerichtet. Vnd durch den Erbern vnnd Achtpern Anthonien Koberger. yn der keyſerlichen Reihsſtatt Nurmberg. Nach der geburt Chriſti. vierzehenhundert vnd yn dem eyn vnd neuntzigiſten iar. am Eritag dem achtenden tag deß Monats Nouembris außgedrucket. Vnd wenn gott der herr etwas gutts auß leſung diß buchs verleiht* &c.

Cl. PANZER huius editionis in *Annal. Litterat. Teuton.* p. 190 meminit, animaduertitque, in exemplari in Bibliotheca Rebdorfenſi extante tam initio, quam in fine operis STEPHANVM quemdam Ordinis Minorum alumnum, & ad S. CLARAM Norimbergae Concionatorem auctorem laudari. Floruit ille ad finem ſeculi XV.

XXVI. Nicolai Spinelli Lectura ſuper tribus libris Codicis. Papiae per Chriſtophorum de Canibus anno 1491. in fol. mag.

Opus iſtud ſex plagularum faſciculis contentum in duabus columnis chartae firmae admodum, ac albae, gothico, ac nitido charactere eſt exſcriptum. Signaturas, ac initiales litteras paruas adpreſſit typographus; cuſtodes vero, & paginarum numeri deſiderantur. In fronte operis legitur: *Solemnis & perutilis lectura famoſiſſimi utriuſque cenſure interpretis domini Nicolai de Neapoli ſuper tribus libris codicis feliciter incipit.* In fine vero ſequentia habentur: *Explicit lectura trium librorum codicis. Nicolay ſpinelli de neapoli excellentiſſimi legum doctoris compoſita in ciuitate padue. Impreſſum Papie per Criſtophorum de canibus. anno domini. M. CCCC. LXXXXI. die XII. octobris. Ad laudem & honorem dei.*



XXVII. *Regule congruitatum mediocres.* Reutlingae per Ioannem Otmar anno 1491. in 4.

Ista inscriptio in prima pagina folii primi legitur. In fronte vero secundi folii sequentia habentur: *Regule grammaticales ad instructionem scolarium nondum in sermone congruo peritorum stilo facillimo ac breuissimo* &c. Prima pagina folii 17 legitur: *Et sic terminantur Regule grammaticales mediocres Impresse in Reuttlingn Ordinatione magistri Iohannis Otmar Anno M. CCCC. XCI.* In auersa eiusdem incipit dialogus magistri & discipuli, qui auersa folii vndeuicesimi pagina finitur. Impressum est hoc opusculum gothico charactere. Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur.

XXVIII. M. T. Ciceronis Epistolae familiares cum commentariis Hubertini Crescentinatis, Martini Philetici, & Georgii Merulae. Venetiis anno 1491. in fol.

Praemissae sunt duae epistolae, vna *Georgii* MERVLAE Alexandrini Statielensis ad *Dominicum* SANVTVM Patricium Venetum, altera *Hubertini Clerici* CRESCENTINATIS ad BONACCVRSIVM Pisanum. Folio quarto incipiunt *M. Tullii Ciceronis Epistolæ Familiares cum commento Hubertini Crescentinatis: Martini Philetici: & Georgii Merulæ Alexandrini.* Constant istae foliis CCXXXIX. quatuor prioribus non numeratis. Typus, quo impressae sunt, est romanus, grandior, quo epistolae, & minutior, quo commentarii exscriptae habentur. Folia sunt numeris romanis, fasciculi vero plagularum litteris signati. Initiales litterae partim sunt omissae, partim paruis indicatae. Custodes penitus desiderantur. Ad calcem legitur: *M. T. C. Epistolarum Familiarium Liber explicit Impressus Venetiis Anno Domini. M. CCCCXXXXI. Die. XX. septembris.* His subiectum est chartarum registrum. Editio praesens, quam plures iam praecessere, est perrara atque a Bibliographis parum cognita.

XXIX. M. T. Ciceronis Tusculanarum quaestionum Libri V. cum commentariis cuiusdam Anonymi. Venetiis anno 1491. in fol.

Istae quaestiones romano, ac pereleganti charactere, praestanti chartae impressae decem plagularum fasciculos, litteris signatos complectuntur. Desunt initiales litterae, custodes, & paginarum numeri. In fronte operis capitalibus litteris legitur impressum: TVSCVLANARVM QVAESTIONVM LIBER PRIMVS. In fine sequentia habentur: *Marci Tullii Ciceronis Tusculanarum quæstionum finis. Impressarum Venetiis. Anno. M. CCCC. LXXXXI. mensis decembris die quinta.* His adnexum est registrum chartarum. Haec est secunda cum commentariis quaestionum istarum editio, prima anno 1482 Venetiis in lucem prodiit. V. FABRIC. *Bibl. Lat.* L. I. p. 126.

XXX. M. Valerii Martialis Epigrammata cum Domitii Calderini, & Georgii Merulae commentariis. Venetiis per Philippum Pincium de Caneto anno 1491. in fol.

Praecedunt epigrammata duae *Domitii* CALDERINI epistolae, vna ad *Franciscum* Mantuanum, altera ad *Laurentium* MEDICEN, MARTIALIS vita, & PLINII secundi epistola ad *Cornelium* PRISCVM. In auersa folii tertii incipiunt M. VALE. MAR. EPIGRAMMATA CVM DO. CHAL.

AC

AC GEO. ME. COMMENTARIIS. Impressa sunt romano ac nitido charactere, eleganti chartae. Desunt custodes, paginae litteris ac numeris romanis sunt signatae, ac litterae initiales: paruae plerumque adiectae. Folia 167 numerantur. Auersa folii 165 pagina epigrammata cum commentariis terminantur. Istis subnexa est *Domitii Chalderini ueronensis defensio cum recriminatione in calumniatorem commentariorum in Martialem; quos nondum ediderat ad Cornelium patris amplissimi cardinalis neapolitani nepotem.* Defensionem sequuntur M. *Lucidi* PHOSPHORI epigramma, *Ioannis Petri* PINCII carmen ad censorem, & registrum chartarum, cui subiectum legitur: *Hoc per Philippum pincium de caneto venetiis impressum opus fœliciter explicit. M. CCCC. XCI. Die. XXIX. Martii.*

M. V. MARTIALIS ex Bilbili Celtiberiae oppido, Hispanus, sectator EPICVRI scribendique Epigrammatis non insulsus artifex, at scurrilis interdum, ac frequenter obscoenus, *Domitiani* NERVAE & TRAIANI tempora ingenio suo illustrauit, senex autem vrbe relicta patriam suam repetens, in illa obiit sub eodem TRAIANO. FABRIC. *Bibl. Lat.* L. II. pag. 588.

XXXI. Decii Iunii Iuuenalis Aquinatis Satyrae cum commentariis Domitii Calderini & Georgii Vallae. Venetiis per Theodorum de Regazonibus de Asula anno 1491. in fol.

Integrum hoc opus romano charactere impressum viginti plagularum fasciculis, quos litteris signauit typographus, constat. Caret paginarum numeris, & custodibus. Initiales litterae paruae conspiciuntur adiectae. *Domitii* CALDERINI epistola ad *Iulianum* MEDICEM, IVVENALIS vita, & *Georgii* VALLAE epistola ad *Ioannem* TVCCIVM Pannonicum opus praecedunt. Folio quarto prima IVVENALIS Satyra initium sumit. Satyris subnexa est *Domitii Calderini Veronensis Secretarii apostolici defensio aduersus Brotheum grammaticum Commentariorum Martialis caluminatorem: cum recriminatione retaxationis Plinianæ: in qua Brotheus ducentis & septuaginta quinque locis præstantissimum scriptorem deprauauit.* Ad finem istius legitur: *Impressum uenetiis per magistrum. Theodorum de regazonibus de asula: Regnante inclito principe domino Augustino. Barbadico duce Venetiarum. Anno domini. M. CCCC. LXXXXI. die XVI. Iunii.* Sequitur registrum chartarum.

IVVENALIS Satyrae cum *Domitii* CALDERINI commentariis iam anno 1474 in lucem prodiere, quae dein saepius recusae fuerunt; ast vnacum commentariis *Georgii* VALLAE prima haec editio laudatur.

XXXII. Aelii Donati Grammatici rudimenta Grammatices. Accedit Marci Catonis morum instructio. Venetiis per Theodorum de Regazonibus de Asula anno 1491. in 4.

In fronte primae paginae rubro colore legitur impressum: *Aelii Donati gramatici pro impetrando ad rem publicam litterariam aditu: nouitiis adolescentibus gramatices rudimenta quam appetissime dedicata.* Haec tria disticha in grammatices laudem excipiunt. Tum ipsum opus immediate incipit. Prima folii 16 pagina, linea 14 DONATI opus terminatur. Huic mox rubro colore impressum legitur subiectum: *Marci Catonis viri singularis ad vitam adolescentulorum liberis artibus instruendam vtriusque virtutis felicissima instituta*, quae auersa folii vigesimi pagina finiuntur sequentibus verbis: *Impressum Venetiis regnante inclyto principe domino augustino barbarico duce. Venetiarum. Per. Theodorum de regazonibus de. Asulu.*



ſula. *Anno ab incarnatione domini. M. CCCC. LXXXXI. die. XXII. Octobris.* Typus, quo praeſens opus eſt impreſſum, gothicus maiuſculus eſt. Initiales litterae rubro colore expreſſae, & ſignaturae a typographo ſunt adiectae. Cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur.

XXXIII. Laurentii Vallenſis Elegantiarum latinae linguae Libri VI. Venetiis per Bernardinum de Nouaria anno 1491. in fol.

Praemittitur operi *Laurentii Vallenſis elegantiarum compendioſae collectionis: in ordinem alphabeti directae principium*, ſex foliis contentum. Illud excipit eiusdem ad *Ioannem* TORTELLIVM Aretinum, cui opus inſcripſit, epiſtola. Folio octauo incipit *Laurentii Vallenſis patricii Romani commentariorum grammaticorum ſecundum elegantiam linguae latinae liber primus de nomine verboque: & ex his duobus compoſitio participio.* Auerſa folii 95 pagina adſpicitur *Laurentii Vallenſis patricii romani commentariorum grammaticorum ſecundum linguae latinae elegantiam libri vltimi finis.* Subnectitur eiusdem liber de *reciprocatione ſui* & *ſuus*, qui auerſa folii 100 pagina terminatur. Sequitur dein operis concluſio, CALPHVRNII epigramma ad *Antonium* PASQVALINVM de Sanctogermano, & ſequens finalis ſubſcriptio: *Venetiis per Bernardinum de Nouaria. MCCCC. LXXXXI. die uero ultimo Maii.* His regiſtrum chartarum eſt ſubiectum.

Opus iſtud romano charactere impreſſum ſexdecim plagularum faſciculis, quos litteris typographus ſignauit, conſtat. Caret cuſtodibus, paginarum numeris. Initiales litterae paruae adiectae conſpiciuntur.

Laurentius VALLA, gente Italus, patria Romanus, Patricius & Canonicus S. IOANNIS Lateranenſis, Orationis latinae fuit ſtudioſus & veritatis amantiſſimus, ſed ob eamdem libere prolatam Pontificis, Regum & magnorum virorum odium incurrit. Litterarum ſtudia tunc reuirentia multum inſtaurari conatus eſt ſuis operibus tam multis elucubratis, inter quae praeſens magno cum adplauſu fuit receptum, vti editiones ſere innumerae teſtantur. Iſtarum duodecim ſeculo XV. typis euulgatae in FABRICII *Bibl. med. & infim. Latin.* L. XX. p. 28, numerantur.

XXXIV. *Nouella Ioannis an. ſuper ſexto decreta.* Venetiis per Andream Thoreſanum de Aſula anno 1491. in fol. mag.

Integrum hoc opus praeſtanti chartae in duabus columnis gothico ac pereleganti charactere impreſſum viginti plagularum faſciculos, litteris a - v. ſignatos, quorum omnes quaterni ſunt, complectitur. Caret paginarum numeris. Initiales litterae paruae, & cuſtodes hinc inde obſeruantur. Inſcriptio ſupra relata in primo legitur folio: ſecundo dein *Eximii ac monarce doctoris Ioannis Andree Nouelle opus feliciter incipit.* Ad calcem operis ſequentia habentur: *Opus auree Nouelle peritiſſimi viri Ioan. an. ſuper ſexto Decre. feliciter finit. Impreſſum Venetiis arte & induſtria Andree thoreſani de Aſula. Anno domini. MCCCCLXXXXI. ſeptimo idus Martii.* His ſubiectum eſt Regiſtrum.

XXXV. Deciſiones, ſiue concluſiones nouae Dominorum de Rota per Thomam Faſtoli collectae. Venetiis per Baptiſtam de Tortis anno 1491. in fol. mag.

Praemiſſa

Praemissa sunt operi Summaria decisionum nouarum, & antiquarum, atque recollectarum per *Bernardum* de SIGNETO, tredecim foliis contenta. Deinde *Incipiunt decisiones siue conclusiones noue dominorum de Rota*, quae quarta columna folii 137 his verbis terminantur: *Decisiones R. P. & dominorum sacri palacii auditorum collecte p. R. P. & dominum Thomam fastoli eiusdem sacri palacii tunc auditorem finiunt. Veneciis per Baptistam de Tortis. M. CCCC. LXXXXI. die XVIII. Februarii.* His typographi symbolum est subnexum. Primam vltimi folii paginam *Summaria dubiorum decisionum collectarum p. d. Thomam fastoli sub congruis titulis collectorum iuxta ordinem decretalium* occupant.

XXXVI. Jacobi Forliuiensis scriptum super tegnis Galieni. Venetiis per Baptistam de Tortis anno 1491. in fol. mag.

Opus istud 18 plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, contentum, in duabus columnis, praestanti chartae gothico charactere elegantissime est impressum. Desunt custodes, & paginarum numeri; initiales litterae paruae obseruantur. In fronte operis legitur: *Incipit subtile & fidele scriptum Iacobi forliuiensis super primum tegni Gal.* Ad finem haec tantum habentur: *Venetiis per Baptistam de Tortis. M. CCCC. LXXXXI. die quinto Januarii.* Primam folii vltimi paginam implent registrum chartarum, & typographi symbolum.

XXXVII. Ioannis de Ketham Fasciculus medicinae cum V. tabulis. Venetiis per Ioannem & Gregorium fratres de Forliuio anno 1491. in fol. mag.

Prima pagina folii primi vacua est, auersam prima occupat tabula, in cuius fronte legitur rubro colore impressum, *Fasciculus medicine.* Auersam folii secundi integram implet *tabula secunda De Flobotomia*, quam expositio excipit. Sic & reliquas tabulas semper expositio sequitur. Quarta columna folii 13 opus his verbis terminatur: *Finis fasciculi medicine Iohannis de Ketham. reuisus per georgium de monte ferrato Artium & medicine doctorem qui insuper apposuit titulum auctoritates & loca plura. Impressum venetiis per Iohannem & Gregorium fratres de forliuio. Anno domini. millesimo quadringentesimo nonagesimo primo mensis iulii die XXVI.* Typus est gothicus: pagina quaeuis in duas distincta est columnas, initiales litterae paruae sunt adiectae: custodes, & paginarum numeri desiderantur.

XXXVIII. Aristotelis metheororum Libri IV. cum commentariis Caietani de Tienis. Venetiis per Ioannem & Gregorium fratres de Forliuio anno 1491. in fol.

Hoc opus in duabus columnis gothico charactere impressum, duodecim plagularum fasciculos litteris signatos, complectitur. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae paruae sunt adpressae. In fronte operis rubro colore legitur impressum: *Aristoteles Stagirite Metheororum liber primus: cum Commentariis Gaitani de Tienis Nuper summa cum diligentia emendatis.* Haec sequitur praefatio ad LVDOVICVM Patauinae Academiae Rectorem, quam immediate ipsum opus excipit. In fine adiecta sunt capitulorum argumenta, & chartarum registrum, cui subiectum legitur: *Expliciunt Commentaria super quatuor libros metheororum Aristotelis cum textu eiusdem & duobus tractatibus de re actione: & intensione & remissione formarum domini Gaetani de tienis vincentini artium & medici*



medicine doctoris clarissimi : summa cum diligentia castigata & emendata per sacre theologie bacchalarios fratrem Franciscum de macerara & fratrem Petrum angelum de monte vlmi ordinis minorum. Venetiis impressa cura solertissimorum virorum Ioannis de forliuio & Gregorii fratrum. Anno domini. M. CCCC. LXXXXI. die XXII. Mensis octobris. Laus deo. Primam vltimi folii paginam typographi fymbolum occupat.

XXXIX. Antonii Gazii Corona Medicinae. Venetiis per Ioannem de Forliuio & Gregorium fratres anno 1491. in fol.

Praemittuntur operi eiusdem infcriptio, capitulorum tabula, catalogus auctorum, qui in ifto adducti adparent, & auctoris praefatio, quae priora fex folia occupant. Tum ipfum opus in duabus columnis pereleganti chartae romano minutiori typo impreffum, & vndeuiginti plagularum fafciculis contentum, fequentibus verbis rubro colore expreffis, incipit: *Florida Corona Medicinæ omnibus fanitatem affectantibus utilis & neceffaria: edita per Antonium Gazium patauinum artium ac Medicinæ profefforum minimum.* Initiales litteras paruas, & fignaturas adiecit typographus. Defunt cuftodes, & paginarum numeri. In fine fequens legitur notitia: *Diuino fauente numine: Ego Antonius Gazius patauus medicorum omnium minimus die. XII. Augufti de anno domini. MCCCCLXXXX. prefens opus abfolui. Ad laudem redemtoris noftri & ad tuam: & amicorum tuorum utilitatem. D. M. obferuandiff. cui iterum atque iterum me commendo Vale. Impreffum uenetiis per Iohannem de forliuio & Gregorium fratres Anno falutis. M. CCCC. LXXXXI. die XX. menfis Iunii.* Vltimam columnam implent chartarum regiftrum, & typographorum fymbolum.

XL. *Artefela.* Venetiis per Philippum Pincium de Caneto anno 1491. in fol.

Ifte titulus huius operis legitur in prima folii primi pagina. In auerfa habetur *Gregorii* a VULPE Vicentini epiftola dedicatoria ad *Marinum* GEORGIUM, cui illius fummarium eft fubiectum. Continentur autem IOANNITII *Ifagoge ad tegnum* GALIENI : PHILARETI tractatus de *pulfibus* : THEOPHILI de *vrinis* : HYPPOCRATIS *aphorifmi* cum commento GALIENI, & alii HYPPOCRATIS tractatus, qui fub nomine *Articella* impreffi innotefcunt. Folia numerantur 194. Pagina quaeuis in duas eft diftincta columnas. Initiales litteras paruas, foliorum numeros, & fignaturas adpofuit typographus. In fine legitur: *Impreffum Venetiis per Philippum de pinzis de Caneto Anno falutis domini noftri iefu chrifti M.CCCC LXXXXI. die. XXVI. feptembris.* His fubiectum eft typographi fymbolum. Vltimi folii primam paginam occupat *tabula fuper libros Tegni.*

XLI. *Sphaera Mundi.* c. figg. Venetiis per Guilielmum de Tridino anno 1491. in 4.

Ifta infcriptio in folii primi prima pagina legitur; auerfam occupat figura Aftronomiam fedentem exhibens, cuius ad dexteram ftat *Vrania* mufa coeleftis, ad finiftram PTOLOMAEUS Princeps aftronomiae. Folio fecundo SPHAERAE *mondi compendium foeliciter inchoat. Nouiciis adolefcentibus : ad aftronomicam remp. cafendam aditum impetrantibus pro breui rectoque tramite a uulgari ueftigio femoto : Ioannis de facro bufto fphæricum opufculum unacum additionibus nonnullis littera A fparfim ubi interfertæ fint fignatis : contraque cremonenfia in planetarum*



rum theoricas delyramenta Ioannis de monte regio disputationes tam accuratis. quam utiliss. Necnon *Georgii purbachii : in eorumdem motus planetarum accuratis. theoricæ : dicatum opus : utili serie contextum : fausto sidere inchoat.* Romano typo impressum est hoc opus, sex plagularum fasciculis comprehensum. Litterae initiales,& figurae sunt ligno incisae. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Ad operis calcem legitur : *Hoc quoque sideralis scientie singulare opusculum Impressum est Venetiis per Magistrum Guilielmum de Tridino de Monteferrato Anno salutis. M. CCCC. LXXXXI. die. XIIII. Ianuarii.* In prima pagina vltimi folii registrum chartarum habetur.

Ioannes de SACROBOSCO, natione iuxta quosdam Anglus, iuxta alios Scotus, aut Hibernus, Mathematicus celeberrimus, scripsit praesentem librum, quem praelectum in scholis per quadringentos & amplius annos vniuersa legit, & triuit tironum Astronomiae natio, & quem plures auctores adnotationibus illustrare conati sunt. Claruit circa annum 1231. FABRIC. *Bibl. med. & infim. Lat. L. IX. p.* 129.

XLII. *Aurelii Augustini opuscula plurima : quedam non plus impressa.* Venetiis per Dionysium Bertochum anno 1491. in fol. min.

Verba ista in prima pagina primi folii leguntur. Dein sequitur tabula operis octo foliis contenta. In fronte primi opusculi rubro colore legitur impressum : *Meditationes diui Augustini episcopi Hipponensis.* Vltimum locum obtinet S. Doctoris vita a POSSIDONIO conscripta, in cuius fiue sequentia habentur : *Eiusdem videlicet aurelii Augustini Hipponensis Episcopi ac doctoris ecclesie sanctissimi pariter necnon vite eius a Possidonio conscripte : impensis & opera Dionysii Bertochi de Bolonia Venetie accuratissime impressorum finis anno a natiuitate saluatoris nostris - sic - M. CCCC. XCI. die XXVI. Martii.* His subiectum est epigramma. Vltimum folium registrum chartarum vnacum typographi symbolo occupat. Opuscula ista gothico charactere in duabus columnis impressa 339 foliis, nouem prioribus non numeratis, constant. Signaturae, &foliorum numeri obseruantur, nulli vero custodes. Initiales litterae partim sunt omissae, partim paruae adiectae. Duas alias horum opusculorum editiones anni 1489 & praesentis suis locis iam recensuimus.

XLIII. *Plurima opuscula Sancti Augustini.* Venetiis per Pelegrinum de Pasqualibus anno 1491. in fol. min.

Haec opuscula 131 foliis contenta in duabus columnis gothico charactere sunt impressa. Folia sunt numeris, fasciculi vero plagularum litteris insigniti, & initiales litterae paruis indicatae. Custodes desiderantur. Verba supra relata operis titulum constituunt. Praemissa est epistola *Seuerini* CHALCI Canonicorum regularium S. Crucis Montariensis Canoniae Praepositi ad lectorem, cui operum index, & epigramma subnexa sunt. In fronte primi operis rubro colore impressum legitur : *Diui Aurelii Augustini Hipponensis episcopi contra Academicos : vel de Academicis quem adhuc Catachuminus edidit.* Quarta columna 131. *Finiuntur opuscula sancti Augustini hipponensis[anno a natiuitate domini M. CCCC. LXXXXI. die vero 10. nouembris impressa fuerunt Venetiis per pelegrinum de pasqualibus de Bononia.* His chartarum registrum subiectum habetur.



XLIV. Angeli de Aretio maleficiorum tractatus vnacum additionibus Augustini de Bonfrancifchis. Venetiis per Andream de Calabriis anno 1491. in fol. mag.

Praemittitur *Tabula vt in pluribus decisiva secundum ordinem verborum in tractatu in inquisitione positorum*, quae secunda folii 17 columna terminatur; & tum immediate ipse tractatus initium sumit. Ipse vnacum tabula septemdecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat, typoque gothico in duabus columnis est impressus, nullos exhibens custodes, nullosque paginarum numeros. Ad calcem eiusdem legitur: *Perutilis practica communis excellentissimi vtriusque iuris doctoris domini Angeli de aretio maleficiorum tractatus vna cum elegantissimis suppletionibus seu additionibus domini Augustini de bonfrancischis de arrimino feliciter explicit. Impressus Venetiis. arte ac impensa Andree de calabriis de papia. Anno domini. Millesimo CCCC. LXXXXI. die XVI. mensis Martii.* His adiectum est registrum chartarum, & typographi symbolum.

1491 XLV. *Boetius de consolatione.* Venetiis per Ioannem de Forliuio & Gregorium fratres anno 1461. in fol.

Inscriptio ista prima pagina primi folii legitur. Sequitur dein alphabeticus materiarum index tribus foliis contentus. Folio quinto *Eximii preclarique doctoris Thome super libris Boetii de consolatu philosophico commentum feliciter incipit.* Integrum hoc opus in duabus columnis gothico typo exscriptum 94 foliis constat. Typographus signaturas, foliorum numeros, & initiales litteras paruas adpressit, nullos autem custodes. In fine sequentia habentur: *Diui Seuerini Boetii de consolatione: nec non de scolarium disciplina melifluis operibus: cum sancti Thome super vtroque commentariis: in hoc eodem volumine. Impressis venetiis per Ioannem de Forliuio & Gregorium fratres. Anno salutis. M. CCCC. LXXXXI. die XXVI. mensis Martii.*

XLVI. Tenor fraternitatis de memoria mortis, vnacum declarationibus suis. Vlmae per Ioannem Reger anno 1491. in 4.

Integrum hoc opusculum, gothico charactere impressum, quatuor constat plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati. Initiales litterae ligno incisae adparent. Custodes & paginarum numeri desiderantur. In prima pagina folii primi legitur: *Sequitur tractatus seu tenor fraternitatis De memoria mortis: vnacum declarationibus suis &c.* Auersam eiusdem occupant duae figurae ligno incisae cum sententiis ex S. Scriptura desumtis. Folio secundo *Tenor fraternitatis &c.* incipit. Ad calcem operis legitur: *Impressum in insigni opido imperiali Vlme Constantiensi diocesi. Per Ioannem Reger huius artis magistrum Anno domini M. CCCCXXXXXI. Quarto Klas Octobris.*

Anno MCCCCXCII.

I. *Lauacrum conscientie.* Augustae per Antonium Sorg anno 1492. in 4.

Integrum hoc opusculum gothico charactere impressum 98. foliis comprehenditur. Folia, exceptis duobus vltimis, quae registrum continent, numeris, plagularum fasciculi litteris

litteris sunt insigniti. Initiales litterae ligno incisae occurrunt; custodes vero desiderantur. Inscriptio supra relata in prima folii primi pagina legitur. In fine registri sequentia habentur: *Impressum Auguste hoc opusculum in imperiali ciuitate augustensi per honestum virum Anthonium Sorg. Anno ab incarnatione domini iesu christi. M. CCCC. LXXXXII.* Alterius editionis ab eodem typographo typis euulgatae supra anno 1489 N. XIV. meminimus.

II. *Sancti Thome de Aquino scripta ad Hanibaldum episcopum super quattuor libros sententiarum.* Basileae per Nicolaum Kesler anno 1492. in fol.

Verba ista operis titulum constituunt, iac in separata pagina leguntur. Opus istud in duabus columnis gothico charactere impressum 24 plagularum fasciculos, litteris signatos, complectitur. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. Subnectitur operi quaestionum index, in cuius fine occurrunt typographi insignia, quibus subiectum legitur; *Scripta beati Thome ad Hannibaldum episcopum in quattuor libros sententiarum finiunt feliciter in officina Nicolai Kesler ciuis Basiliensis impressa. anno a partu virginis salutifero. M. CCCC. XCII.*

III. Ioannis de Lapide Carthusiani Resolutorium dubiorum circa celebrationem Missae occurrentium. Basileae per Ioannem Froben 1492. in 8.

Quinque plagularum fasciculis, qui litteris sunt insigniti, constat hoc opusculum gothico charactere exscriptum. Desunt custodes, & paginarum numeri. In primi folii prima pagina legitur: *Resolutorium dubiorum circa celebracionem missarum occurrentium: per venerabilem patrem dominum Iohannem de lapide doctorem Theologum parisiensem: ordinis Cartusiensis: ex sacrorum canonum probatorumque doctorum sententiis diligenter collectum. Summa dubiorum in hoc opere resolutorum CLXVI.* Folio secundo sequitur operis summarium, quod folio septimo ipse tractatus excipit. Ad calcem huius opusculi legitur: *Resolutorii dubiorum circa celebrationem misse occurrentium: per Iohannem Froben de Hammelburg Basilee impressi: ad laudem dei finis: Anno Natiuitatis Iesu Christi M. CCCCXCII.*

Ioannes de LAPIDE, natione Germanus, doctor Theologiae Parisiensis, ordinis Carthusiani Monachus, claruit 1492. Tyrocinium litterarum in academia Parisiensi posuit, inde ad Basileensem se contulit, & posthabito ecclesie cathedralis canonicatu cucullum induit, domumque Carthusianam ingressus, vitam tranquillam & deuotam degit. Praeter praesens opusculum & alia opera posteritati reliquit. *Rob. Ger.* in *Adpend.* ad CAVEVM p. 215.

IV. S. Ambrosii Archiep. Mediol. opera. Basileae per Ioannem de Amerbach anno 1492. III. Voll in fol.

In prima pagina primi folii conspicitur figura ligno incisa, S. AMBROSIVM exhibens, supra quem legitur: *Sanctus Ambrosius Mediolanen. Ep. eccesie doctor celeberrimus.* Infra legitur carmen in eiusdem laudem compositum. In auersa eiusdem occurrit omnium operum elenchus. Folio secundo incipit *Ioannis* de LAPIDE Carthusiani, qui praesentem editionem recognouit, epistola ad *Ioannem* de AMERBACH, quae prima folii tertii pagina terminatur. In auersa folii quarti pagina, praemissis operum in primo volumine contentorum indice, ac capitulorum argumentis primi libri, ipse hic liber de Officiis incipit. Hic litteris



teris romanis eſt exſcriptus, reliqua vero opera gothicis in duabus columnis ſunt impreſſa. Initiales litteras paruas & ſignaturas adiecit typographus, nullos vero cuſtodes, aut paginarum numeros. Volumen primum plagularum faſciculos 36., ſecundum 43. tertium 40. complectuntur. Primum tertii voluminis locum obtinent S. Doctoris epiſtolae romano charactere impreſſae, & quatuordecim faſciculis contentae, in quarum fine legitur: *Præclariſſimum opus epiſtolarum diſertiſſimi uiri: ſancti Ambroſii epiſcopi: elegantiſſimo ſtilo conſcriptarum: ad laudem dei in urbe Baſilienſium per magiſtrum Iohannem de Amerbach impreſſum: Anno ſalutiferi uirginalis partus nonageſimo ſecundo ſupra milleſimum quaterque centeſimum: fœliciter finitum eſt.* Ad calcem vero ſermonum, qui vltimum habent locum, ſequentia leguntur: *Explicitum eſt opus ſermonum beati Ambroſii epiſcopi Mediolanenſis: Baſilee per magiſtrum Iohannem de Amerbach: Anno ſalutiferi virginalis partus &c.* Subnectitur *Annotatio principalium dictorum iuxta ordinem alphabeticum: precedentis operis ſermonum.* Haec eſt prima omnium operum S. AMBROSII editio, cui tamen multa ſpuria ſunt inſerta, & multa genuina S. Doctoris opera deſiderantur. Meminit eiusdem MAITTAIRE & SINCERVS *in den Nachrichten* I. St. p. 14.

V. Ioannis de Tambaco Conſolatorium Theologicum. Baſileae per Ioannem de Amerbach anno 1492. in 12.

Praemittuntur operi eiusdem inſcriptio & *Annotatio notabilium dictorum*, quae octo priora folia complectuntur. Deinde *Incipit prefatio in conſolatorium theologicum preclariſſimi viri: magiſtri Iohannis de Tambaco: ſacrarum literarum doctoris.* Opuſculum iſtud 103 foliis, exceptis octo prioribus, conſtat. Foliorum numeros, ſignaturas & innitiales litteras paruas adpoſuit typographus; cuſtodes vero omiſit. Auerſa folii 103. pagina *Explicit conſolatorium theologicum preclariſſimi viri: magiſtri Iohannis de Tambaco: Baſilee per magiſtrum Iohannem de Amerbach Anno domini &c. XCII.*

Ioannes TAMBACVS: Dambachii, vnde cognomen ſortitus, in Alſatia natus, ordinis fratrum Praedicatorum in coenobio Argentinenſi Monachus, dein ſtudii Pragenſis primus Rector, ac tandem ſacri palatii Magiſter ab Vrbano V. P. M. anno 1366. creatus, vir pietate, doctrina, muneribusque praeclarus, geſtis conſpicuus, ſeculo XIV. floruit. QVETIF T. I. *Script. Ord. Pradic. p.* 667.

VI. *Expoſitio Himnorum cum notabili commento quod ſemper implicat hiſtorias cum optimis allegationibus ſacre ſcripture illorum ſanctorum vel ſanctarum quibus tales hymni cantantur &c.* Coloniae per Henricum Quentel anno 1492. in 4.

Titulus iſte vnacum figura ligno inciſa, magiſtrum cum diſcipulis exhibente, primam implet paginam. Opus iſtud 76 foliis contentum gothico charactere eſt impreſſum. Caret initialibus litteris, & cuſtodibus; foliorum numeros vero & ſignaturas typographus adpoſuit. In fine legitur: *Hymnarius cum bona expoſitione notabilique commento magna cum diligentia correctus. cum quam pluribus aliis hymnis prius non additis elaboratiſſime impreſſus in ſancta Colonia per Henricum Quentell Anno incarnationis dominice M. CCCC. XCII. pridie ydus Iulii.* Adiecta eſt tabula hymnorum.

VII.



VII. *Quatuor nouissima cum multis exemplis pulcherrimis que sunt occasio salutis.* Coloniae per Henricum Quentell anno 1492. in 4.

Verba ista in prima pagina primi folii habentur, quibus figura in praecedenti opere memorata subiecta est. Hoc opusculum gothicis litteris exscriptum, septem plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Desunt initiales litterae, custodes, & paginarum numeri. In fine legitur: *Finiunt exempla de gaudiis regni celorum: Et aliorum trium nouissimorum Impressa in sancta Colonia per me Henricum Quentell. Anno domini M. CCCC. XCII.*

VIII. *Libri politicorum Arestotelis cum commento multum vtili & compendioso Iohannis versoris. tractatus de ciuitatum & rerum illarum necessitatem respicientium salutifera gubernatione pro ciuium conuictu pacifico.* Coloniae per Henricum Quentell anno 1492. in fol.

Integrum hoc opus, in duabus columnis praestanti chartae gothico charactere impressum, 125 foliis comprehenditur. Signaturae, foliorum numeri occurrunt, nulli vero custodes, & initiales litterae, quarum loco hinc inde figura ligno incisa conspicitur. Verba supra relata operis constituunt titulum. Quarta columna folii 123 *Questiones venerabilis domini magistri Iohannis versoris super octo libros politicorum Arestotelis cum textu eiusdem elaboratissime correcte. magna diligenti cura impresse in alma ciuitate Coloniensi per Henricum Quentell Anno incarnationis dominice M. CCCCXCII. octauo ydus Martii feliciter finem habent.* Addita est in fine quaestionum tabula. Subiungitur praesenti operi eiusdem ARISTOTELIS liber *Iconomicorum* cum VERSORIS commentario, sex foliis contentus, & ab eodem typographo impressus.

IX Nicolai Leoniceni de Plinii & aliorum in medicina erroribus Liber. Ferrariae per Laurentium de Valentia & Andream de Castro nouo 1492. in 4.

Praemittitur huic libro *Angeli* POLITIANI ad *Nicolaum* LEONICENUM epistola, in qua maxime contra illum queritur, PLINIUM, quasi Cisthon pro hedera accepisset, redarguere, eiusque patrocinium suscipit, atque male illi imputatos errores diluere plurimis conatur. Epistolam istam, Florentiae anno 1491 scriptam, excipit folio secundo *Nicolai Leoniceni de Plinii & plurium aliorum in medicina liber ad doctissimum virum Angelum Politianum*, qui prima folii 19 pagina finitur. Cui dein subiectum legitur: *Plinii ac plurium aliorum auctorum qui de simplicibus medicaminibus scripserunt. Errores notati ab exellentissimo artium & medicine doctore. d. magistro Nicolao leoniceno vicentino. Impressi Ferrarie per magistrum Laurentium de valentia & Andream de castro nouo socios. die XVIII. Decembris. anno domini* 1492. Impressus est hic liber gothico charactere, & initialibus litteris, paginarum numeris, & custodibus caret.

Nicolaus LEONICENUS, natione Italus, patria Vincentinus, vir magni Spiritus, ac in arte medica versatissimus, Ferrarie illam per sexaginta amplius annos docuit, nonagenario maior anno 1524. ibidem e viuis discessit. Scripsit praeter elegantes epistolas praesentem librum, quem *Pandulphus* COLLENUCIUS Pisauriensis multis ac eruditis verbis refutare ac PLINIUM defendere studuit. Defensio ista supra p. 20 N. XXXIX. recensita reperire est.



docuit linguam, vir fcriptis pariter, atque opera folerti typographica, in illo diluculo renafcentium litterarum praeclare de ftudiis promeritus, diem obiit anno 1535.

XII. *Repertorium famofi & egregii doctoris domini Nicolai de Lyra fuper bibliam.* Memingae per Albertum Kunne anno 1492. in fol.

Opus iftud feptemdecim plagularum fafciculis, fignatura inftructis, contentum, in duabus columnis eft impreffum. Caret cuftodibus& paginarum numeris, & initialibus litteris maioribus, quae minoribus funt notatae. Verba fupra relata tantum in prima pagina primi folii leguntur. Folio fecundo *famofiffimi atque doctiffimi viri domini Nicolai de lyra ordinis fratrum minorum Repertorium fuper bibliam incipit feliciter.* Quarta vltimi folii columna *Repertorium famofi & egregii doctoris domini Nicolai de lyra fuper bibliam finit feliciter. Impreffum Memmingen per Albertum Kunne de duderftat. Anno.domini.* 1492.

XIII. *Rofa anglica practica medicine a capite ad pedes Ioannis Anglici.* Papiae per Ioan. Antonium Birretam anno 1492. in fol.

Iftam infcriptionem primum exhibet folium. Folium fecundum Nicolai SCYLLATII Siculi epiftola dedicatoria ad *Ambrofium* VARISIVM, duo dein fequentia folia capitulorum argumenta occupant. In fronte operis, 173. foliis contenti, & gothico charactere in duabus columnis impreffi, legitur: *Practica Ioannis anglici phyfici clariffimi ab operis preftantia Rofa medicine nuncupata.* Signaturae, cuftodes, initiales litterae paruae, atque cuftodes obferuantur. Quarta folii 173. columna

Explicit ifta rofa pre cunctis res preciofa.
Plurima fi fatur non vilis ob hoc teneatur.
Tot bona fub modicis quis poffit promere dictis.
Hanc tantum femper venerabimur & fapienter.

Emendatum per magiftrum Nicolaum fcyllacium ficulum meffanum artium doctorem in florentiffimo papienfi gimnafio Philofophie extraordinariam legentem. Papie 1492. *die* 24. *Ianuarii. Ioannef Antonius birreta impreffioni tradidit.* His fubiectum eft typographi fymbolum.

XIV. Petri Haedi Anterotica, feu de amoris generibus. Taruifii per Gerardum de Flandria anno 1492. in 4.

In prima pagina legitur capitalibus litteris expreffum: DE AMORIS GENERIBVS. In auerfa incipiunt quaeftionum argumenta, quae auerfa folii quinti pagina terminantur. Folio fexto fequitur: QVINTI AEMYLIANI CIMBRIACI POETAE EPOS HENDECASYLLABICON IN PETRI HAEDI ANTEROTICA AD CVPIDINEM. Dein ipfum opus 95 foliis contentum his verbis incipit: PETRI HAEDI SACERDOTIS PORTVSNAENSIS: AD ALEXANDRVM EX FRATRE NEPOTEM: IN ANTERICORVM LIBRVM PRIMVM PROOEMIVM. Cuilibet librorum prooemium eft praemiffum. Opus modo dialogico eft conceptum; eius interlocutores funt AEMILIANVS CIMBRIACVS, *Petrus* HAEDVS & *Antonius* PHILERMVS. Opus concludit AEMILIANI carmen Epigraphicon, cui fubiectum habetur capitalibus litteris impreffum: ACCVRATISSIME IMPRESSVM TARVISII PER GERARDVM DE FLANDRIA. ANNO SALVTIS. M. CCCC, XCII. DIE. XIII OCTOBRIS, SVB MAGNIFICO PRAETORE AVGVSTINO FOSCARINI. FINIS. Typus eft Romanus minufculus, ac nitidiffimus. Charta eft alba admodum, ac laeuigata.



Folia numeris romanis sunt insignita. Custodes, & signaturae desiderantur. Initiales litterae paruae obseruantur.

Huius editionis rarissimae meminit cl. DENIS in *Bibl. Garell: Memorab.* p. 1491. qui eam ex Menarfiensi bibliotheca vndequinquaginta florenis hollandicis venditam fuisse testatur.

Petrus HAEDVS, seu *Chrysaedus*, Pordenone in foro iulio oriundus, post annum 1452 Archipresbyteri Gemonensis, & anno 1475 simul in sua patria Vicarius renunciatus, in qua vltimos vitae dies transegit. Claruit ad finem seculi XV.

XV. Iacobi Purliliarum Comitis de liberorum educatione opusculum. Tarusii per Geruasium de Flandria anno 1492. in 4.

Externa huius editionis forma cum immediate praecedente quoad omnia conuenit. In prima folii primi pagina sequentia tantum capitalibus litteris impressa leguntur: DE LIBERORUM EDVCATIONE. In auersa habetur IOANNIS BAPTISTE VRANNII CARMEN AD LECTOREM. Folii secundi auersa pagina, praemisso auctoris ad conregulos suos prologo, ipsum opusculum incipit. Prima folii 16 pagina IACOBI PURLILIARVM COMITIS GENEROSA LIBERORVM EDVCATIONE LIBELLVS FAVSTE FINIT. ACCVRATISSIME IMPRESSVM TARVISII PER GERARDVM DE FLANDRIA. ANNO SALVTIS. M. CCCC. XCII. DIE XI. SEPTEMBRIS. SVB MAGNIFICO PRAETORE AVGVSTINO FOSCARINI. Vltima duo folia *Francisci* NIGRI ad auctorem epistola complectitur.

XVI. *Sermones quadragesimales fratris Antonii de vercellis de. XII. mirabilibus christiane fidei excellentiis.* Venetiis per Ioan. & Gregorium de Gregoriis anno 1492. in 4.

Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis impressum 264 foliis constat. Foliorum numeri, signaturae & litterae initiales paruae occurrunt, nulli vero custodes. Verba supra relata in prima pagina primi folii leguntur; in auersa vero *Ludouici* BROGNOLO epistola ad *Ludouicum* a *Turri*. Folio secundo ipum opus cum inscriptione rubro colore expressa incipit. Folii 263 quarta columna *Explicit quadragesimale de* 12. *mirabilibus excellentiis christiane fidei editum cum ingenti studio & labore per ven. Religiosum fratrem Antonium de Balocho diocesis Vercellensis regularis obseruantie fratrum minorum professorem ac predicatorem apostolicum Impressum vero Venetiis per Ioannem & Gregorium de gregoriis fratres. Anno domini. M CCCC. LXXXXII. mensis Februarii die XVI. Finis.* Folii 264 primam paginam registrum chartarum, auersam typographorum symbolum occupant. Adiecta est operis tabula quatuor foliis contenta.

XVII. *Sermones quadragesimales fratris Michaelis de Mediolano de decem preceptis.* Venetiis per Ioannem & Gregorium de Gregoriis anno 1492. in 4.

Externa huius editionis forma cum immediate praecedente quoad omnia conuenit. Inscriptio ista in prima pagina reperitur. In fronte secundi folii rubro colore impressum legitur: *Fratris Michaelis de Mediolano ordinis minorum de obseruantia. viri apostolici ac veritatis euangelice feruentissimi predicatoris. Sermones quadragesimales de decem preceptis incipiunt.* Quarta folii 227 columna *Expliciunt sermones quadragesimales de decem preceptis decalogi ordinis*

nis minorum observantie. Impressi Venetiis per Ioannem & Gregorium de gregoriis. Anno salutis. M. CCCC. XCII. His subnexum est typographorum symbolum. Primam folii sequentis paginam dimidiam registrum chartarum implet, & tria vltima folia operis index.

XVIII. Boethii opera philosophica. Venetiis per Ioannem & Gregorium de Gregoriis anno 1492. in fol.

In prima pagina folii primi operum in hoc volumine contentorum elenchus reperitur. In auersa incipiunt capitulorum argumenta, quae quarta folii secundi columna finiuntur. Deinde ipsum opus 220 foliis comprehensum his verbis rubro colore expressis incipit: *Anitii Manlii Seuerini Boetii viri clarissimi in Prophyrii phenicis Isagogen a Victorino translatam commentariorum editio prima.* Vltimum locum obtinent tres *Geometriae* libri, in quorum fine legitur: *Venetiis impressum Boetii opus per Ioannem & Gregorium de gregoriis fratres felici exitu ad finem vsque productum accuratissimeque emendatum anno humane restaurationis. 1492. die. 18. Augusti. Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum principe Rem pu. tenente.* His chartarum registrum subiectum est. Auersam folii vltimi paginam typographorum symbolum occupat. Opus istud in duabus columnis albae, ac praestanti chartae gothico est impressum charactere. Foliorum numeri, signaturae, & paruae initiales litterae obseruantur, nulli vero custodes.

XIX. *Francisci Pet. Epistole Familiares.* Venetiis per Ioannem & Gregorium de Gregoriis anno 1492. in 4.

Inscriptio ista in prima pagina primi folii litteris capitalibus impressa legitur. In auersa incipit *Sebastiani* MANLII Romani, qui istas edidit, ac emendauit epistolas ad *Dominicum* BOLANVM Venetum epistola dedicatoria, quam auersa secundi folii epistolarum index, qui auersa folii sexti terminatur pagina, excipit. Epistolae romano ac pereleganti charactere impressae, in octo libros diuisae, 117 foliis constant. Folia numeris arabicis, plagularum fasciculos litteris signauit typographus, initialesque litteras paruis indicauit, custodes vero nullos adposuit. In fronte primae epistolae litteris capitalibus legitur impressum: AELIMATISSIMI POETAE: ATQVE ORATORIS NON INCVLTI: FRANCISCI PETRARCHAE ARETINI EPISTOLARVM DE REBVS FAMILIARIBVS LIBER PRIMVS FELLICI AVSPICIO INCIPIT AD SOCRATEM SVVM. Auersa folii 117 pagina *Impresso in Vrbe Venetiarum operi per Iohannem & Gregorium de Gregoriis Fratres Foelix imponitur finis. Castigatum est autem qua fieri potuit diligentia a Sebastiano Ciui: Viro haud illitterato. Humanae restaurationis anno Millesimo. CCCC. LXXXXII. Idibus septembris: Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum Principe rempublicam tenente.* His subiectum est chartarum registrum. In separata pagina typographorum conspicitur symbolum. De *Francisco* PETRARCHA P. I. p. 27. notitia inuenitur.

XX. Angeli de Clauasio Ord. Min. Summa Angelica. Venetiis per Georgium de Arriuabenis anno 1492. in 8.

Huius editionis instructio plane eadem est, quam supra p. 157. N. XXV descripsimus. Praemittuntur operi *Hieronymi* TORNIELLI ad CLAVASIVM & huius ad illum epistolae, prologus, tabula, & Rubricae, quae viginti foliis comprehenduntur. Tum *Incipit summa*



Angelica correcta secundum primum exemplar ipsius Re. Pa. Fra. Angeli eoquod alie impresse vsque in presentem vitio transcriptorum in multis sunt diminute & corrupte. Impressa est ista in duabus columnis gothico charactere, foliisque 519 constat. Custodes, & initiales litterae desiderantur; signaturae vero & foliorum numeri occurrunt. In fine habetur carmen ad lectorem in auctoris, ac typographi laudem, cui subiectum legitur: *Explicit summa angelica de casibus conscientie per fratrem Angelum de clauasio compilata: maxima cum diligentia reuisa: & fideli studio emendata sicut ipsum opus per se satis attestabitur: Venetiis impressa per Georgium de arriuabenis Mantuanum: Anno domini. M. CCCC. nonagesimo. secundo. die vero quarto Iunii.* Auersam vltimi folii paginam typographi symbolum occupat.

XXI. S. Gregorii M. Libri IV. Dialogorum. Venetiis per Hieronymum de Paganinis anno 1492. in 4.

In prima pagina primi folii conspicitur imago, S. PETRVM exhibens, cum hac inscriptioinscriptione: *Tu es Petrus.* Figurae legitur subiectum: *Sicut Petrus apostolorum princeps in ecclesia dei prefuit: sic postmodum Gregorius. Qui quidem pro mercede glorie celestis immarcessibilem coronam repontantes: nobis scripta bene viuendi exempla reliquerunt: vt infra Gregorii sermo dyalogus probat.* Tria sequentia folia dialogorum index complectitur. Opus praesens in duabus columnis gothico charactere impressum decem constat plagularum fasciculis, qui litteris signati sunt. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. In fronte primi folii rubro colore legitur impressum: *Eximii doctoris sancti Gregorii pape: de viris sanctis & miraculis que fuerunt facta temporibus suis dyalogorum Liber primus incipit.* In fine sequentia habentur: *Beatissimi Gregorii summi pontificis opus dyalogum: certa quedam & miranda miracula: a domino deo nostro ad preces sanctorum facta: necnon & multa presentis & future vite exempla perlucide tractatus: que tanto nos ad bene beateque viuendum inuitant: quanto ipsum auctorem felici beatitudine perfrui cernimus: feliciter clauditur: Venetiis per Hieronymum de paganinis brixiensem Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo: Idibus nouembris.* His subnexum est chartarum registrum. Duas huius operis editiones iam parte I. recensuimus, vnam latinam p. 43. alteram in nostri monasterii typographia anno 1473 in lingua vulgari impressam p. 156. descripsimus.

XXII. *Pastoralis Sancti Gregorii pape.* Venetiis per Hieronymum de Paganinis anno 1492. in 4.

Editionis huius externa forma quoad omnia cum immediate praecedenti conuenit. Inscriptio ista in prima pagina legitur. Folio tertio, praemisso indice, ac S. Doctoris prologo, *Incipit liber beati Gregorii pape: qui dicitur pastoralis.* Constat ille septem plagularum fasciculis. Ad calcem operis legitur: *Ad laudem domini nostri Iesu christi ac omnium sanctorum & sanctarum: Liber pastoralis sancti Gregorii pape: quem ad Ioannem Rauenne archiepiscopum conscripsit: & magnus Anastasius postea de latino in grecum transtulit explicit feliciter. Venetiis per Hieronymum de Paganinis Brixiensem sollicite & ad instar emendatissimi exemplaris impressus. Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo: Idibus decembris.*

XVIII. L. Annaei Senecae Tragediae cum Gelli Bernardini Marmitae commentariis. Venetiis per Lazarum Isoarda de Sauiliano anno 1492. in fol.

Opus

Opus istud 23 plagularum fasciculis, quorum omnes quaterni, & litteris signati sunt, contentum, praestanti chartae romano charactere est impressum, nullos exhibens custodes, aut paginarum numeros. Initiales litterae paruae adparent. In prima pagina haec tantum capitalibus litteris gothicis leguntur: *Tragedie Senece cum commento.* Primam folii secundi paginam *Gellii Bernardini* MARMITAE Parmensis epistola dedicatoria ad *Guilelmum* de RVPEFORTI Franciae cancellarium, auersam vero eiusdem interpretatio ad eumdem occupant. Folio tertio LVCII *annæi senecæ cordubensis: hercules furens tragœdia prima incipit.* In fine conspiciuntur typographi symbolum, praesentis operis commendatio, & sequens subscriptio: *venetiis per Lazarum Isoarda de Sauiliano. M. CCCC. LXXXXII. die XII. Decembris.* His chartarum registrum subiectum habetur.

Huius editionis praeter MAITTAIRE meminit quoque FREYTAG *Adpar.* II. p. 1361. eamque rarissimam, ac omnium primam cum MARMITAE commentariis adpellat. Illius itaque, quam FABRICIVS Bibl. Lat. L. II. p. 376 & Tom. II Venetiis anno 1482 in lucem prodiisse scribit, existentiam impugnat, ea maxime ex causa, eoquod neque MAITTAIRE, neque alii Bibliographorum illam extare adnotauerint.

XXIV. Pauli Flacci Persii Satyrae cum Ioannis Britannici Brixiani & Bartholomaei Foncii commentariis. Venetiis per Bartholomaeum de Regazonibus anno 1492. in fol.

Satyrae istae cum commentariis romanis litteris exscriptae octo plagularum fasciculos, litteris signatos, complectuntur. Custodes nulli conspiciuntur, nullique paginarum numeri; initiales vero litterae tantum paruae. Praemittuntur operi *Ioannis* BRITANICI epistola ad senatum, populumque Brixianum, PERSII vita tam ab ipso, quam a *Bartholomaeo* FONTIO descripta, & prologus. Folio tertio incipit PAVLI FLACCI PERSII POETAE SATYRARVM OPVS. Satyris subnexa est *Bartholomaei* FONTII ad *Franciscum* SAXETVM epistola, ad cuius finem legitur: *Impressum Venetiis per Bartholomeum Venetum de ragazonibus Regnante inclyto principe domino Augustino barbadico. Anno natiuitatis domini. M. CCCC. LXXXXII. die. XVII. Ianuarii.* Haec chartarum registrum excipit.

Hac de editione mentionem facit FREYTAG *Adpar.* II. p. 1371. qui eam gothicis litteris exscriptam, falso scribit, nec verbulum de *Bartholomaeo* FONTIO, qui tamen in easdem Satyras commentarios composuit cum BRITANNICI commentariis praesentem praecesserunt, prima Brixiae anno 1481, altera ibidem anno 1486 in lucem prodiere. V. QVIRINI *Spec. Litterat. Brix.* P. I. p. 128.

XXV. Aegidii Romani Ord. Eremit. S. Augustini super I. Sententiarum opus. Venetiis per Peregrinum de Pasqualibus anno 1492. in fol.

Integrum hoc opus in duabus columnis gothico charactere impressum 27 plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Custodes, & paginarum numeri desiderantur; initiales vero litterae paruae potissimum adparent. Praemittitur operi quaestionum tabula tribus foliis contenta. In fronte operis sequentia rubro colore impressa leguntur: *Preclarissimi viri religiosi: sacre theologie doctoris fratris Egidii romani: Archiepresulis Bituricensis: Ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini: super primo sententiarum: opus incipit.* Ad calcem operis legitur: *Primus liber sententiarum Egidii de Ro: ordinis heremitarum diui Aug. sacre theo. doct. excellentissimi a Rn° sacre theo. professore magistro Anselmo de monte falcono*

eius-



eiusdem ordinis. Generale dignissimo diligenti cura ac sollicitudine emendatus feliciter terminatur. Impressus Venetiis per Peregrinum de Pasqualibus de Bononia anno domini M. CCCC. LXXXXII. die. XIIII. mensis aprilis. His subiecta sunt chartarum registrum & typographi symbolum.

XXVI. Nonius Marcellus Festus Pompeius Varro. Venetiis per Nicolaum de Ferraris anno 1492. in fol.

Inscriptio ista capitalibus litteris in prima pagina folii primi impressa legitur. *Nonius* MARCELLVS Grammaticus, & Philosophus scripsit *compendiosam doctrinam ad filium de proprietate sermonum.* Praecedit opus istud alphabeticus index, quem folio quinto ipsum opus 52 foliis contentum excipit. Quarta columna folii 52 *Nonii Marcelli peripatetici Tiburticensis compendiosa doctrina ad filium de proprietate sermonum feliciter finit.* Tunc sequitur *Sexti Pompeii* FESTI qui de *verborum priscorum significatione* XX libros scripsit, reliquae eiusdem operis 123 foliis comprehensae, & ordine alphabetico dispositae, & ordine alphabetico dispositae. FESTVM sequuntur M. VARRONIS duo libri de *lingua latina*, de qua tamen XXIV. scripsisse dicitur. Constant illi vndeuiginti foliis. In fine eorum legitur: *Impressum Venetiis per Nicolaum de ferraris de Pralormis. MCCCCLXXXXII. die. VIII. Iunii.* Adiecta est TABVLA M. VAR. quae duo vltima folia complectitur. Opera ista romano charactere sunt impressa. Initiales litteras paruas adposuit typographus, folia tam operum NONII quam VARRONIS, non autem FESTI numeris romanis signauit, plagularumque fasciculos omnes, quorum octodecim numerantur, litteris instruxit.

XXVII. *Tabule Astronomice Alfonsi Regis.* Venetiis per Ioan. Hanmann Herzog anno 1492. in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina leguntur. Folium secundum *Augustini* MORAVI Olomucensis ad *Ioannem Lucilium* SANDRITTER ad MORAVVM occupant. Folio quarto *Tabule Tabularum Celestium Motuum Diui Alphonsi Regis Romanorum & Castelle Illustrissimi. Necnon stellarum fixarum longitudines ac latitudines ipsius tempore ad motus veritatem mira diligentia reducte: Ac in ipsas primo tabulas Alphonsi canones siue propositiones ordinatissime Incipiunt felici Sidere.* Auersa folii 32 pagina *Expliciunt Canones siue Prositiones in tabulas Alfonsinas,* &c. Tunc sequuntur tabulae *regionum. climatum, quantitatis dierum* &c. quae auersa folii 38 pagina terminantur. Istas excipiunt ALPHONSI tabulae astronomicae decem plagularum fasciculis contentae, ad quarum finem sequentia habentur: *Expliciunt Tabule tabularum Astronomice Diui Alfonsi Romanorum & Castelle regis illustrissimi: opera & arte mirifica viri solertis Iohannis Hamman de Landoia dictus Hertzog Curaque sua non mediocri: impressione complete existunt, Felicibus astris. Anno a Prima Rerum circuitione.* 8476. *Sole in parte.* 18. *gradiente Scorpii Sub celo Veneto. Anno Salutis.* 1492 *currente: Pridie Calen. Nouembr. Venetiis.* Opus istud signaturis, ac litteris initialibus ligno incisis maxima ex parte instructum, gothico charactere est impressum. Custodes paginarum numeri desiderantur.

ALPHONSVS X. Castellae & Legionis *maximus & prudentissimus Rex* scientiae astronomicae fautor feruentissimus, claruit seculo XIII. Tabulae praesentes, eius auspiciis, a Iudaeorum, Arabum, Aegyptiorum, Maurorum, Hispanorumque mathematicis, & astrologis, quos ideo maximis stipendiis in vrbem Toletanam euocauerat, compositae, & ad

eius-



eius honorem *Alphosinarum tabularum* titulo insignitae fuerunt. FREYTAG *Adpar.* III. pag. 735.

XXVIII. Albubather de Natiuitatibus. Venetiis per Aluisium de Contrata S. Luciae Venetum anno 1492. in fol.

Opus hoc gothico charactere in duabus columnis impressum quinque plagularum fasciculos, litteris signatos, complectitur. Initiales litterae adparent ligno incisae, nulli vero custodes, aut paginarum numeri. Primam folii primi paginam figura ligno incisa occupat, in cuius medio sedet Astronomia, a dextris stat *Vrania*, a sinistris PTOLOMAEVS. Supra praeeminent tres philosophi, inter quos sequens inscriptio legitur: *Albubather*. In auersa eiusdem habetur *Antonii Lauri* de PALATIIS Patauini Comitis Palatini praefatio, in qua astronomiae scientiam ad omnes artes necessariam esse, ostendere nititur. Festa mobilia fidem nostram Nazarenam seruantia, & opusculum praesens aureum adpellat. Folium secundum tabula complectitur. In fronte tertii folii legitur: *Dixit Albubather Magni. Alchafili: Alcharsi Filius, Auctor Astronomie Perspicuus.* In fine legitur: *Explicit Liber Natiuitatum Albubathris: magni Alkassili filii: cum laude omnipotentis dei. Padue de Arabico in Latinum Translatus.* 1218. *Impressus Venetiis per me Aluuisium de contrata Sancte Lucie Venetum. Calendis Iunii.* 1492. Auersam folii vltimi paginam *Antonii Boni* CATANEI Brixiani ad *Antonium* LAVRVM Patuanum carmen, & eiusdem ad lectorem epigramma romanis litteris exscripta occupant.

Cl. DENIS praesentem editionem in *Bibl. Garell. Memorab.* p. 147 descripsit, eamque rarissimam, ac Bibliographis parum notam esse adfirmat. ALBVBATHER iam seculo XIII. vixit, quod inde patet, eoquod eodem iam seculo illius opus de Natiuitatibus latine redditum fuerit.

XXIX. Hermetis centum Aphorismi. II. Almansoris Iudicia seu Propositiones. Venetiis per Aluuisium de S. Lucia anno 1492. in fol.

Externa huius editionis forma cum immediate praecedente quoad omnia conuenit. In fronte primae paginae capitalibus litteris legitur impressum: CENTILOQVIVM DIVI HERMETIS. His subiecta sunt duo HILARII Mantuani in laudem HERMETIS epigrammata, romano typo exscripta. In auersa pagina habetur *Antonii* LAVRI ad DOMINICVM Brixianum epistola dedicatoria idibus Iunii 1492. directa, quam index super propositiones HERMETIS excipit. Tertia columna folii secundi *Incipit Liber Aphorismorum Centum Hermetis.* In fine istius legitur: *Per Alouisum de Sancta Lucia Venetiis.* Folium tertium *Registrum super Propositiones Almansoris* occupat; folio quarto *Almansoris Iudicia seu propositiones Incipiunt Capitula stellarum oblata Regi Magno Saracenorum ab Almansore Astrologo: & a Platone Tyburtino translata*, quae quarta folii quinti columna his verbis terminantur: *Perfectus est liber capitulorum Almansoris cum Dei auxilio translatus de Arabico in Latinum a Platone Tyburtino quem deus exaltet in ciuitate Bardonia Anno Arabum.* 530. 18. *Mensis dullugida Sole in virgine.* 1. 5. *luna in ariete:* 15. 16. *Explicit.* Haec editio aeque rara est, ac immediate praecedens. De HERMETE *Mercurio Trismegisto* Philosopho Aegyptiaco ita omnia fabulis inserta sunt, vt quidam etiam de eiusdem existentia dubitent. De ALMANSORE iam alibi pauca protulimus.

nit liber qui dicitur corona beate virginis Impressus Argentine Anno domin M. CCCC. XCIII. Finitus in octaua sancti Laurentii martyris.

II. *Casus breues Decretalium Sexti & Clementinarum*, Argentinae anno 1493. in fol.

Verba ista in prima pagina impressa inueniuntur. Folio secundo *Incipiunt tituli librorum decretalium*, quos tertia columna tertii folii casus excipiunt. Septemdeim plagularum fasciculi litteris signati, in hoc opere numerantur. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Typus est gothicus. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Initiales litterae paruae sunt adiectae. In fine sequentia habentur: *Libellus iste vtilissimus casus summarios librorum decre. sex. & cle. vna cum nucleo siue medulla glosularum omnium eorundem librorum in se continens. impressus est Argentine. Anno domini. M. CCCC. XCIII.* His duo disticha leguntur subiecta, quae ita sonant:

Olim thesaurum conclusum solo repertum
Iuris canonici pandit & ipse tibi.
Casus in summa. glosularum simul & vna
Cum nucleo ponit. colligat qui perficit.

III. *Tractatus Sacerdotalis de sacramentis deque diuinis officiis & eorum administrationibus.* Argentinae per Martinum Flach anno 1493. in 4.

Opus istud gothico charactere in duabus columnis impressum, signaturis, & initialibus litteris paruis instructum, sexdecim plagularum fasciculis constat. Caret custodibus, & paginarum numeris. Verba supra relata in primo leguntur folio. In fine sequentia habentur: *Finit tractatus perutilis de administratione sacramentorum. de expositione officii misse. de dicendis horis canonicis. deque censuris ecclesiasticis canonice obseruandis. Impressus Argentine per Martinum flach Anno domini. M. CCCC: XCIII.* Addita est huius operis tabula tribus columnis contenta.

IV. Breuiarium iuxta chorum Ecclesiae Augustanae. Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1493. in fol.

In separata pagina eadem figura ligno incisa inuenitur, quam supra N. IX. Missali anno 1491 impressae praefixam descripsimus. Folio sequenti legitur praefatio ad clericos directa, in qua, quomodo Breuiarium recitent, illi instruantur. Cl. ZAPFIVS istam in *Annal. typograph. August.* p. 108 integram exscripsit. Praefationem sequitur calendarium vnacum tabula litterae dominicalis sex foliis contentum. Deinde occurrit operis index, tribus foliis comprehensus. Et tandem ipsum Breuiarium 249 foliis contentum his verbis rubro colore expressis incipit: *In nomine domini nostri ihesu christi amen. Incipit psalterium cum suis pertinentibus secundum modum ecclesie Augusten. ordinatum.* Initiales litteras tum ligno incisas, tum rubro colore impressas adiecit typographus. Folia quoque romanis numeris, plagularum fasciculos litteris signauit. Custodes desiderantur. Typus est gothicus maiusculus. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Pars hyemalis secunda columna folii 46, aestiualis vero 219 terminantur. Sequitur dein commune sanctorum triginta foliis contentum, in cuius fine legitur: *Kalendarium. psalterium. hymni. breuiarium. commune*

 sancto-

sanctorum iuxta eorum ecclesie Augusten. diligentissime emendatum. Erhardi Ratdolt viri solertis mira imprimendi arte: qua nuper Venetiis: nunc Auguste vindelicorum excellit nominatissimus. Explicit feliciter. Anno domini. M. CCCC. XCIII. mensis Ianuarii. Primam folii vltimi paginam typographi insignia cum inscriptione saepius memorata occupant.

Breuiarii huius instructio longe a Breuiariis, quibus nostro tempore clerici vtuntur, discrepat. Festum SS. Trinitatis, quod in aliis ecclesiis post festum Corporis CHRISTI celebrabatur, in dioecesi Augustana feria secunda octauam Pentecostes subsequente agebatur.

V. *Ein Ware nachvolgung Cristi.* Augustae anno 1493. in 4.

Titulus iste operi praefixus habetur. Dein sequitur operis index, qui folii sexti prima pagina definit. Auersam eiusdem occupat figura ligno incisa, IESVM crucem portantem exhibens. In folii sequentis fronte haec leguntur: *Hie vahet an das erst theil der nachvolgung cristi. Vnd von versmähung der welt.* Opus istud gothico-theodisco charactere impressum 166 foliis constat. Initiales litteras ligno incisas, foliorum numeros, & signaturas typographus adposuit. Ad calcem operis sequentia leguntur: *Hie endet sich das lobliche buche genannt. Dye ware nachuolgung Cristi gedrucket vnnd volendet in der Keyserlichen stat Augspurg am monntag nach sant Nicolay. Do man zalt nach der gepurt Cristi Tausent vierhundert vnd in dem drey vnd neünczigosten Iaer Amen.* Idem opus iam anno 1486 Augustae *Antonius* SORG typis euulgauit.

VI. *Boetius de disciplina scholarium cum notabili commento Colonia.* Ibidem per Henricum Quentell anno 1493. in 4.

Opus istud gothico charactere impressum vndecim plagularum faciculis constat, nullas exhibens initiales litteras, nullos paginarum numeros, aut custodes. In prima pagina primi folii verba supra relata leguntur, quibus figura ligno incisa magistrum discipulos erudientem exhibens subiecta est. Folio secundo incipit prooemium; folio vero tertio ipsum opus, in cuius fine sequentia habentur: *Finitur Boetius de disciplina scolarium cum commento. Fideliter nec non diligenter in alma Vniuersitate Colon, impressus In domo Henrici Quentell iuxta Summum. Anno incarnationis dominice. M. CCCC. XCIII. die XXII. mensis Octobris.*

VII. *Boetii viri celeberrimi de consolatione Philosophie liber cum optimo commento beati Thome. Colonia.* Ibidem per Henricum Quentell anno 1493. in 4.

Verba ista in prima pagina leguntur; istis figura in praecedente opere descripta subnexa est. Externa huius editionis forma cum eodem in omnibus conuenit. Praesens hoc opus 30 plagularum fasciculos complectitur. Ad calcem operis legitur: *Libri quinque de consolatione philosophie Boetii Rhomani consulis & oratoris splendidissimi. vna cum commentaria editione: per Henricum Quentell in Colonia diligenter elaborati expliciunt Anno gratie Millesimo. CCCC. XCIII. pridie Kalendas nouembris.*

VIII. *Epistole Karoli.* Coloniae per Henricum Quentell anno 1493. in 4.

Verba ista operis titulum constituunt. Istud foliis 69 constat. Caret custodibus, & initialibus litteris. Signaturas, & foliorum numeros typographus adposuit. In fronte primi

mi

mi folii legitur : *Epistolarum formule in omni genere scribendi iuxta maiorum nostrorum doctrinam & veram epistolandi artem, per dominum Karolum menigken studii Louaniensis magistrum multarum scientiarum peritissimum. ex epistolis familiaribus Marci Tullii Ciceronis. quem merito eloquentie patrem appellant & Enee silvii poete laureati extracte. vnicuique exemplorum gratia pernecessarie, & quam vtiles incipiunt feliciter.* Prima folii 65 pagina *Finis opusculi impressi Colonie per Henricum Quentel Anno domini. M. CCCC. XCIII. Decimo septimo die mensis Septembris.* In auersa *Incipit tabula epistolarum*, quae prima folii 69 pagina terminatur. Alia de editione anno 1488 typis eulgata iam supra p. 17. N. XXIX. mentionem fecimus.

IX. *Spiegel der waren Rhetoric Vss M. Tulio C. vnd andern getütscht: mit iren glidern cluger reden Sandbriefen. vnd formen. Menicher contract, seltzam! Regulierts Tütsch vnd nutzbar exempliert, mit fugen vss göttlich vnd Keiserliche Schrifft vnd rechte gegründt: nuwlich (vnd vormaln In gemeyn nye gesehen) yetz loblich vss gangen.* Friburgi per Fridericum Riederer anno 1493. in fol.

Integrum hoc opus theodisco charactere impressum 188 folia complectitur. Typographus folia numeris, & litteris signauit, atque iu lateralibus marginibus latinas adpressit notas. Custodes desiderantur. Inscriptio supra relata litteris ligno incisis impressa in prima folii primi pagina legitur. In vtraque eiusdem parte duo genii & infra faemina insignia in manibus tenentes conspiciuntur. Auersam occupat figura Rethoricam repraesentans. Folio secundo incipit auctoris praefatio ad Academiae Friburgensis Rectorem, consules, & senatum directa, quam cl. PANZER in *Annal Litterat teut.* p. 202 maxima ex parte exscripsit. In auersa eiusdem inchoat ipsum opus in tres partes distinctum. Prima pars ex ALBERTANO de *Brixia*, & CICERONE est desumta. Secunda agit de epistolis, exemplis, & titulis. Tertia formularia ad contractus continet. Prima pagina folii 180 opus terminatur. Auersa eiusdem vacua est. Sequitur dein istius index octo foliis contentum. In fine eiusdem legitur : *Rethorichscher Spiegel vnd Lüchtender Stern, wol erwegens redens vnd schribens zu Friburg in Brisgaw. vss hilff des der alle gütheit würckt, vnd von aller creatur zeloben ist. Durch fridrichen Rieder versammelt, gedruckt, vnd volendet. An mittwoch vor sant Lucien tag nach desselben vnsers lieben herren gottes Ihesu cristi geburt vier zehehundert Nüntzig vnd drü iar gezalt.* His subiecta est figura faeminam supra memoratam exhibens. Quid de hoc opere tenendum, cl. PANZER l. cit. nos instruit.

X. *De summo bono Libri tres Sancti Isidori hyspalensis Episcopi.* Lipsiae per Arnoldum de Colonia anno 1493. in 4.

Inscriptio ista in primo legitur folio. Sequitur deinde operis index tribus foliis contentus. Tandem ipsum opus gothico charactere impressum, & 76. foliis comprehensum incipit. Caret initialibus litteris, & custodibus; foliorum vero numeri & signaturae a typographo sunt adiecti. Prima folii 76 pagina *Finit liber Tercius & vltimus de summo bono sancti Isidori hyspalensis Episcopi. Impressus Lyptzck per Arnoldum de Colonia Anno gratie. M. CCCC. XCIII. Kalendas Octobris.*



XI. *Bernardus de contemptu mundi & appetitu super celestium bonorum versibus conscriptus hexametris.* Lipsiae per Arnoldum de Colonia anno 1493. in 4.

Vndecim foliis hoc opusculum gothico charactere excusum constat. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. Primum folium titulus iste tantum complectitur. Auersa folii vndecimi pagina *Finit Bernardus de contemptu mundi & appetitu supercelestium bonorum Impressum Lyptck per Arnoldum de Colonia Anno gratie M. CCCC. XCIII. Pridie nonas octobris.*

XII. *Registrum huius libri Cronicarum cum figuris & ymaginibus ab initio mundi.* Norimbergae per Antonium Koburger anno 1493. in fol. mag.

Verba ista Missalibus litteris ligno incisis expressa operis titulum constituunt. Sequitur deinde alphabetica operis Tabula vndeuiginti foliis contenta. Prima pagina primi folii operis legitur *Epitoma operum sex dierum de mundi fabrica Prologus.* Auersam eiusdem figura ligno incisa Deum repraesentans occupat. Deinde ipsum opus in septem mundi aetates diuisum incipit. In prima pagina folii 266 sequens habetur notitia: *Completo in famosissima Nurembergensi vrbe Operi de historiis etatum mundi . ac descriptione vrbium . felix imponitur finis . Collectum breui tempore Auxilio doctoris hartmanni Schedel. qua fieri potuit diligentia, Anno Christi Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio . die quarto mensis Iunii. Deo igitur optimo . sint laudes infinite.* Chronicon istud excipiunt ea, quae sub FRIDERICO III. per Germaniam, & Europam gesta sunt cum locorum descriptione ,ab AENEA *Syluio* conscripta. Incipiunt prima folii 268 pagina, & prima pagina folii 289 terminantur. Auersam eiusdem, & primam folii sequentis paginam geographica occupat charta. In auersa eiusdem sequentia habentur: *Adest nunc studiose lector finis libri Cronicarum per viam epithomatis & breuiarii compilati opus quidem preclarum. & a doctissimo quoque comparandum. Continet enim gesta . quecunque digniora sunt notatu ab initio mundi ad hanc usque temporis nostri calamitatem. Castigatumque a viris doctissimis vt magis elaboratum in lucem prodiret. Ad intuitum autem & preces prouidorum ciuium Sebaldi Schreyer & Sebastiani Kammermeister hunc librum dominus Anthonius Koberger Nuremberge impressit. Adhibitis tamen viris mathematicis pingendique arte peritissimis. Michaele Wolgemut & Wilhelmo Pleydenwurff. quarum solerti acuratissimaque animaduersione tum ciuitatum tum illustrium virorum figure inserte sunt. Consummatum autem duodecima mensis Iulii. Anno salutis nostre.* 1493. Typus est gothicus maiusculus. Desunt custodes, & initiales litterae, & signaturae. Folia numeris typographus signauit.

XIII. *Register Des buchs der Chroniken vnd geschichtens mit Figuren vnd pildnussen von anbegin der Welt bis auf dise unsere Zeit.* Norimbergae per Antonium Koburger anno 1493. in fol.mag.

Huius operis instructio plane eadem est, quae in praecedente latina editione descripta habetur. Titulus etiam litteris ligno incisis impressus est. Index operi praemissus nouem foliis constat. Typus, quo istud excusum, gothico germanicus est. Reliqua omnia cum praecedente conueniunt. Auersa folii 262 pagina Chronicon sequenti cum subscriptione terminatur: *Auß göttlichen beystand endet sich alhie das buch von den gescichten der*

alter

alter der Welt vnd von beschreibung der berümbtisten vnd nahmhafigisten stett fagende durch alt deßmals lohungschreiber der kaiserlichen reichsstatt Nürmberg auß latein in teütsch gebracht vnd beschloßen nach der geburt Cristi Ihesu vnsers heylands. M. CCCC. XCIII. iar an fünften tag des monats Octobris. Altithrono sint perpetue laudes ag. alt. Chronicon sequitur AENEAE *Syluii* historia Europae, & Germaniae, quae prima folii 286 pagina terminatur Ad calcem operis sequentia habentur: *Hie ist entlich beschlossen das buch der Cronicken vnd gedechtnus wirdigere Geschichten von ambegyn der welt bis auf dise Zeit von hohgelerten mannen in latein mit großem fleiß und rechtfertigung versammelt. vnd durch Georgium alten deßmals losungschreiber zu Nürmberg auß demselben latein zu Zeiten von maynung zu maynung. vnd beyweylen (nit on vrsach) aufzugs Weise in diß teusch gebracht. vnd darnach durch den erbern vnd achtpern Anthonien Koberger daselbst zu Nurmberg gedruckt. auf anregung vnd begern der erbern vnd Weysen Sebalden schreyers vnd Sebastian Kamermaisters burgere daselbst. vnd auch mit anhangung Michael Wolgemütz unnd Wilhelm pleydenwurffs maler daselbst auch mitburger die diß Werck mit figuren wercklich geziert haben. Volbracht am XXIII. tag des monats Decembris Nach der geburt Cristi vnsers haylands M. CCCC. XCIII. iar.*

His de duabus editionibus rarissimis mentionem faciunt viri clarissimi SCHELHORN in Amoen. litter. T. III. p. 143. ENGEL *Bibl Select.* P. I. p. 42. GOETZ in *Bibl. Dresdn. Memorab.* T. I. p. 376. VOGT *Catal Libr. rar.* p. 610. FREYTAG *Analect.* p. 825. CLEMENT *Bibl. histor. & crit.* T. VII. p. 344. ZAPFIVS *Bibl. Memorab.* P. I. p. 75. & seqq. PANZER in *Annal. Litterat. teut.* p. 204. MEVSEL *Bibl. histor.* Vol. I. P. I. p. 93. qui de illa sequens tulit iudicium: „ Vastum opus *Hartmanni* SCHEDELII, quod inscribitur Chronicon mundi „ vsque ad annum 1492 deductum, sed absurdis quidem, & fabulis multis refertissimum, „ in quo tamen & singularia quaedam reperies. "

XIV. *Decreta patrum siue concordia discordantium canonum gratiani auctoris siue compilatoris: cum apparatibus Iohannis ac additionibus Bartholomei brixiensis.* Norimbergae per Antonium Koburger anno 1493. in fol.

Integrum hoc opus in duabus columnis gothico charactere impressum 42 plagularum fasciculos, litteris signatos, complectitur. Caret initialibus litteris maioribus, custodibus, paginarum numeris. Rubricae omnes rubro colore sunt exscriptae. Verba supra relata in primo folio tantum leguntur. Ad calcem operis rubro colore legitur impressum: *Diuinus is ac insignis decretorum codex accuratissime impensis Antonii Koberger Nurenberge feliciter est consummatus. Anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo nonagesimo tercio pridie Kalendas decembris.*

XV. *Decretales cum summariis suis & textuum diuisionibus ac etiam rubricarum continuationibus.* Norimbergae per Antonium Koberger anno 1493. in fol.

Verba ista in prima pagina primi folii rubro colore leguntur impressa. Opus istud, quod quoad externam formam cum praecedenti conuenit, 382 foliis constat. Folia sunt tam numeris quam litteris signata. In fine adjecta est *Tabula omnium rubricarum* quatuor foliis contenta: ad cuius calcem legitur: *Decretalium hanc Gregorianam compilationem cum apparatu domini Bernardi candide lector habes illustratam lucubrationibus clarissimi vtriusque iuris doctoris domini Hieroclarii brix. cum quibusdam additamentis suis preter emendationem: rem certe nouam: tam pro summulis additis singulis decretalibus cum earum diuisionibus ac continuatio-*



tinuationibus Rubricarumque etiam casibus presertim difficilioribus sine quibus quam plures decretales intelligi non possunt. Per Antonium Koberger non sine exacta diligentia Nuremberge impressam & feliciter consummatam Anno salutis. M. CCCC. XCIII. X. die mensis marcii.

XVI. Abbreuiatura recessuum capitularium Patrum Ord. S. Benedicti Prouinciae Moguntinae a tempore concilii Constantiensis vsque ad annum 1493 celebratorum. Norimbergae per Georgium Stöchs anno 1493. in 4.

In fronte primae impressae paginae rubro colore leguntur sequentia exscripta: *Abbreuiatura recessuum capitularium patrum ordinis diui Benedicti per prouinciam moguntinam & dyocesim Bambergensem. a tempore concilii Constantiensis vsque ad annum dominica incarnationis millesimum quadringentesimum nonagesimum tercium celebratorum. Necnon modus visitandi monasteria vtriusque sexus, vnacum summario priuilegiorum prouincie & dyocesis ac ordinis prefatorum incipiunt feliciter.* Auersa folii 76. pagina statuta capitularia terminantur. Folio sequenti incipiunt priuilegia, quae folio 218 *Breuis & sumaria recapitulatio siue epilogus omnium predictorum* excipit. Ad calcem operis prima scilicet pagina folii 88 sequens habetur notitia: *Volumini presenti in formam visitandi tam monialium quam monachorum monasteria ordinis sancti Benedicti per prouinciam moguntinam & diocesim bambergensem: in modum capitulum prouinciale eorundem de triennio in triennium celebrandi: in abbreuiaturam recessus cuiuslibet capituli prouincialis ab anno gratie. 1417. actenus celebrati: in summa priuilegiorum prefato ordini indultorum: in epilogum precedentium sub breuitate ordinata expressiuum partito & diuiso Ad instantiam reuerendi in christo patris domini domini abbatis monasterii apud sanctum Egidium Nurenberge memorati ordinis prelati (cui morem gerere admodum cupit) Georius Stöchs ex Sulzbach ciuis Nurenbergensis arte sua duce ac fortuna comite preconceptum & intentum finem dedit Anno incarnationis verbi intelligibilis diuini de spiritu sancto ex Maria semper virgine. ·1493 die XII. ante calendas mensis octobris. Ad cuius limpidam visionem intellectiuam & beatissimam volitionem seu fruitionem charitatiuam preces & merita beatissimi Benedicti nobis prosint nanciscendam Amen.* Typus, quo impressum hoc opus, est gothicus. Rubricae rubro colore sunt expressae. Folia 76 priora numeris romanis sunt signata, reliqua vero iisdem carent. Initiales litteras rubro colore adpressit typographus, signaturasque adiecit. Custodes desiderantur.

XVII. Hieroclis Philosophi Stoici in aureos versus Pithagorae opusculum religioni christianae consentaneum. Romae per Ioan. Besicken & Sigismundum Mayr anno 1493. in 4.

Praemittitur operi romano, ac nitido charactere impresso ad NICOLAVM V. S. P. AVRISPAE praefatio, quae prima pagina secundi folii, linea 13 terminatur. Tum immediate legitur capitalibus litteris impressum: HIEROCLIS PHILOSOPHI STOICI ET SANCTISSIMI IN AVREOS VERSVS PITAGORAE OPVSCVLVM PRAESTANTISSIMVM ET RELIGIONI CHRISTIANAE CONSENTANEVM INCIPIT. Octo plagularum fasciculis integrum opus absoluitur. Caret custodibus, plagularum numeris, & initialibus litteris, praeter duas priores, quae ligno sunt incisae. Ad calcem operis legitur: *Hieroclis philosophi & sanctiss. in aureos versus Pytagore opusculum prestantiss. & religioni cristiane consentaneum hic feliciter completum est. Impressum Romae per Iohannem Besicken & Sigismundum maer Anno M. CCCC. XCIII.*

die



die XIX. Decembris. Idem opus iam anno 1474 Patauii, & 1475 Romae in lucem prodiit. Huius editionis AVDIFREDVS *in Catal. Rom. Edit.* p. 316. meminit.

XVIII. Breuiarium secundum ritum Monachorum Ord. Montisoliuetani. Venetiis per Andream Torresanum de Asula anno 1493. in 8.

Praemittuntur breuiario calendarium, & rubricae. Deinde ipsum Breuiarium 423 foliis contentum, & gothico charactere praestanti chartae in duabus columnis impressum, incipit. Signaturas, & foliorum numeros, & initiales litteras typographus adposuit. In fronte illius rubro colore impressum legitur: *In nomine sanctissime & indiuidue trinitatis: & beate Virginis marie: ac almi confessoris Christi beati Benedicti patris nostri: totiusque curie triumphantis. Incipit ordo breuiarii secundum ritum monachorum ordinis montis oliueti.* Auersa folii 423 pagina *Explicit Breuiarium secundum morem monachorum sancte marie montis oliueti. Impressum Venetiis per Andream Torresanum de Asula. primo Iunii.* 1493. His subiecta sunt typographi insignia rubro colore expressa. Sequuntur dein festa Inuentionis, & Exaltationis S. Crucis quatuor foliis contenta.

XIX. Antonii Mancinelli Carmina de floribus, de figuris, de poetica virtute & vitae. Venetiis per Ioannem de Cereto de Tridino anno 1493. in 4.

Opus istud nouem plagularum fasciculis contentum, romano impressum est charactere; signaturis quoque, ac initialibus litteris ligno incisis, nullis vero custodibus, aut paginarum numeris est instructum. Primam paginam primi folii operis tituli, auersam vero MANCINELLI carmen ad *Vrsum* VRSINVM Episcopum Thean directum occupat. Prima pagina folii secundi legitur auctoris epistola ad lectorem; in auersa incipit primum carmen de floribus ordine alphabetico dispositum. Secundum carmen *Michaeli* PANONIO, tertium Antonio PETRICAE inscriptum est. In fine sequentia habentur: *Impressum Venetiis. M CCCCLXXXXIII. die Madii XI. Per Ioannem de Cereto de Tridino.* His subiectum est typographi symbolum.

XX. *Scribendi Orandique Modus per Ant. Mancinellum.* Venetiis per Bernardinum Benalium anno 1493. in 4.

Inscriptio ista in prima folii primi pagina habetur; in auersa *Operis Tituli* leguntur. Primam paginam folii secundi eiusdem dedicatio ad *Valerium* CRISPINVM Ciuem Veliternum, Anno 1493 Venetiis scripta occupat. In auersa eiusdem primus inchoat titulus. Typus, quo impressum est hoc opus, nouem plagularum fasciculis contentum, romanus maiusculus est. Desunt custodes, & paginarum numeri, fasciculi litteris sunt signati, & initiales litterae paruae sunt adiectae. Priores viginti tituli integris lineis sunt impressi, vltimus vero abruptis, seu in duabus columnis. Ad calcem operis legitur: *Impressum Venetiis per Bernardinum Benalium.* Anni nota non habetur adiecta, haud alia ex causa arbitror, quam quod ea iam in dedicationis fine fuerit indicata.

Antonius MANCINELLVS, Veliternus natus 1452. Originem duxit e familia di Palombo, MANCINELLI cognomen ab auo, qui e leuinis erat, in posteros propagatum fuit.



In patria, Sermoneti, Romae, Fani, Venetiis, aliisque Italiae vrbibus grammaticam in scholis professus, multaque scripsit, quae ad grammaticam, veteresque auctores enucleandos spectant. In *sylua de vita sua*, operum, quae ad annum vsque 1492 in lucem emisit, nobis reliquit notitiam.

XXI. *Instituta cum summariis.* Venetiis per Hieronymum de Paganinis anno 1493. in 8.

Institutiones istae IVSTINIANI Imperatoris, quae titulum hunc habent praefixum, in duabus columnis praestanti chartae gothico charactere sunt excusae, ac 192 foliis constant. Custodes tantum desiderantur; signaturas vero, foliorum numeros, & initiales litteras typographus adiecit. Rubricae rubro colore sunt expressae. In fine sequentia habentur: *Impressum Venetiis per Hieronymum de paganinis Brixiensem. Anno Incarnationis Domini. M. CCCC. LXXXXIII. Die. XXVIIII. Martii.* His subiectum est chartarum registrum.

XXII. C. Crispi Salustii bellum Catilinarium cum Laurentii Vallensis Commentariis. II. Eiusdem bellum Iugurthinum, orationes ex libris eiusdem excerptae, eiusque vita. Venetiis per Ioannem de Cereto de Tridino anno 1493. in fol.

Prima pagina primi folii operis contenta complectitur. Auersam occupat *Pomponii* LAETI, qui opera ista Romae emendauit, epistola ad *Augustinum* MAFFEVM. Folio secundo SALVSTII bellum Catilinarium incipit, & auersa folii 25 terminatur. Folio 26 inchoat PORTII LATRONIS *Declamatio Contra Lucium Sergium Catilinam*, quam prima folii 29 pagina *liber de bello Iugurthino* excipit. Orationes ex SALVSTII libris excerptae auersa folii 40 paginae initium sumunt, quas auersa folii 44 eiusdem vita sequitur. Terminantur haec opuscula prima folii 26 pagina, in qua sequentia leguntur adiecta: *Venetiis impressum est hoc Salustius opus cum commento per Ioannem de cereto de Tridino Anno domini. M. CCCC. LXXXXIII. V. die Augusti.* His subnexa sunt chartarum registrum & typographi symbolum. Typus est romanus. Custodes, paginarum numeri & initiales litterae desiderantur. Alteram horum editionem iam supra p. 40. N. LXXIX. descripsimus.

XXIII. *Quintilianus cum commento.* Venetiis per Bonetum Locatellum anno 1493. in fol.

Duo priora folia titulum istum, & capitulorum argumenta exhibent. Tum QVINTILIANI opus institutionis oratoriae vnacum *Raphaelis* REGII in deprauationes oratoriae illius institutionis adnotationibus, 26 plagularum fasciculis contentum, romanoque charactere impressum incipit. Initialis littera cuiuslibet libri florens ligno incisa est; reliquae vero minutiori charactere sunt indicatae. Desunt custodes, & paginarum numeri. In fine duodecimi libri legitur: *M. Fabii Quintiliani oratoriarum institutionum. Vnacum annotationibus in deprauationes eiusdem. Finis. Venetiis per Bonetum Locatellum: mandato ac sumptibus Nobilis Viri Octauiani Scoti Ciuis Modoetiensis Anno ab incarnatione Redemptoris nostri Christi Iesu optimi Maximique M. CCCC. LXCIII.* 1493 - *XVI. - Kalendas Sextiles.* Prima vltimi folii pagina QVINTILIANI vita legitur. *Marcus. F. Quintilianus Romae natus est. Quibus consuli-*

consulibus aut quo imperante Caesare non legi. Verissima coniectura adducor ut fidem libris temporum non habeam: ubi legitur Quintilianus Calagura urbe hispaniae oriundus. Adducit dein auctor *Valerium* MARTIALEM, & SENECAM, qui QVINTILIANI meminere, quin Calagurae illum natum fuisse adfirmarent. Paulo inferius pergit auctor: *Domitiani Caesaris nepotum cura ei delegata fuit: disciplinae eius castigatissime plenissimum testimonium Caius Celius affert . . . . Duxit uxorem ex nobili familia: ex qua liberos suscepit quae acerbissima fatorum sorte in primo iuuentute flore rapta fuit - - - - Quo tempore decesserit affirmare non audeo: quoniam is qui tradit fide caret.* Auersam paginam chartarum registrum, & Modoetiensis insignia occupant.

QVINTILIANI institutiones ab eruditis maximis laudum encomiis decantatae, vix orta arte typographica, Romae annis 1468, 1470. Venetiis 1471. Mediolani 1476 in lucem prodiere. Ast cum *Adnotationibus Raphaelis* REGII praesentem nulla alia praecedit. V. FABRIC. *Bibl. Lat.* L. II p. 528. HARWOOD *Classic. Lat.* p. 289.

XXIV. Petri de Natalibus Catalogus Sanctorum. Accedit Adpendix. Vicentiae per Henricum de S. Vrsio anno 1493. in fol.

In prima pagina folii primi legitur capitalibus litteris expressum: OMNIPOTENTI DEO: IMMACVLATAE SEMPER VIRGINI MARIAE: VNIVERSAEQVE CAELESTI CVRIAE SPLENDORI: ET ANIMABVS NOSTRIS VTILITATI. Quae sequuntur, rubro colore sunt exscripta. CATALOGVS SANCTORVM ET GESTORVM EORVM EX DIVERSIS VOLVMINIBVS COLLECTVS EDITVS A REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRE DOMINO PETRO DE NATALIBVS DE VENETIIS DEI GRATIA EPISCOPO EQVILINO. Hac in eadem pagina sequitur *Antonii Verli Vicentini ad lectorem endecasyllabon.* Auersam eiusdem praefatio occupat. Folio secundo incipit prologus, quem folio tertio *Diuisio totius operis: per tempora reuolutionis anni* excipit, folio quinto istam argumenta capitulorum libri primi, quae etiam reliquis libris sunt praefixa. Folio sexto, praemisso prologo, columna secunda *Incipit liber primus ab aduentu domini usque ad eius natiuitatem.* In auersa folii 326 pagina *Catalogi sanctorum per reuerendissimum dominum petrum de natalibus uenetum episcopum equilinum editi opus finit: Vicentiae per Henricum de sancto ursio librarium solerti cura impressum: Augustino Barbadico inclyto uenetiarum Duce: Anno salutis. M. CCCC. LXXXXIII· pridie idus decembris. Laus Deo.* His subiecta sunt chartarum registrum, & typographi symbolum. Quinque vltima folia adpendix, gesta quorumdam sanctorum in catalogo omissorum continens, complectitur.

Integrum hoc opus, romano charactere praestanti chartae nitidissime impressum, 331 foliis constat. Caret paginarum numeris, & custodibus. Initiales litterae ligno incisae occurrunt. Plagularum fasciculi litteris sunt signati. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas.

Hac de editione mentionem faciunt FREYTAG in *Notit. Libr. rar.* T. I. p. 178. GEMEINER in *Notit. Bibl. Ratisbon. libr. rar.* praesentem ob silentium tot Bibliographorum rarissimis adnumerat, eamque principem adpellat.

Petrus NATALIS, seu de NATALIBVS, patria Venetus, ex Parocho in dioecesi Castellanensi Episcopus Equilinus factus, claruit 1470. Superfuit anno 1482, quo catalogo suo, fabulis etiam referto, vltimam manum adhibuit. *Henr.* WARTHON *in Apend. ad* CAVEVM p. 186.



XXV. *Dyalogus magistri Pauli Niauis paruulis scolaribus ad latinum idioma perutilissimus.* Vlmae per Ioan. Schaefler anno 1493. in 4.

Verbis istis in prima pagina folii primi figura ligno incisa subiecta habetur. In auersa incipit auctoris praefatio, quam folio tertio ipse dialogus excipit. Initiales litterae ligno incisae, ac signaturae occurrunt; nulli vero custodes, aut paginarum numeri. Character est gothico-germanus, quem tabula III. N. IV. exhibet. Prima pagina folii 18 terminatur *Latinum idioma magistri Pauli Niauis breui hoc dyalogo. compendiose editum Primis scolarum alumnis perutilissimum Impressum per Iohannem Schäfler Vlme morantem. Anno M. CCCC. XCIII. In vigilia Exaltationis sancte Crucis.*

XXVI. *De Valore & vtilitate missarum pro defunctis celebratarum per fratrem theologie professorem. Iacobum ordinis: cartusiensis edita.* Anno 1493. in 4.

Verba ista in prima pagina primi folii leguntur. In auersa *Contenta huius opusculi* reperiuntur. Folio secundo incipit ipsum opusculum gothico charactere impressum, quod litteris initialibus ligno incisis, & signaturis, nullis vero custodibus, aut paginarum numeris est instructum. Auersa folii 14 pagina his verbis terminatur: *Et sic est finis huius operis. Anno. M. CCCC. XCIII.* Accedit IOANNIS de *Mechlinia* determinatio, *vtrum perfecta Dei opera possint impediri.* Prima folii 19 pagina *Explicit determinatio eximii & desertissimi-sic-doctoris sacre theologie Magistri iohannis de mechlinia habita in vniuersitate colonien. in scolis artistarum in quotlibet.*

XXVII. Alberti de Eub Margarita poetica. Anno 1493. in fol.

Opus istud 21 plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, contentum, romano, ac eleganti charactere, absque litteris initialibus, custodibus, aut paginarum numeris, est impressum. In fronte operis legitur: *Oratorum omnium Poetarum: Hystoricorum: ac Philosophorum elegantes-sic-dicta: per Clarissimum uirum Albertum de Eüb in unum collecta foeliciter incipiunt.* Haec sequitur operis dedicatio ad IOANNEM Episcopum Monasteriensem Bauariae Ducem, quo instigante praesens opus perfecit, directa, in qua haec notatu digna sunt: *Nunc hoc unum princeps clamentissime: aequo fer animo uelim: ut meum huic sit operi consecrare nomen Margarita poetica haud abs re opus clarissimum tibi nomen sume. tum a genetrice mea dignissima: domina Margarita de iuolmershausen: foemina quidem clarissima: a qua tanquam magistra optima litterarum prima hausi elementa.* Dedicationem in eadem pagina *Eloquentiae, & perfectae elocutionis praecepta* excipiunt. Ad calcem operis sequentia leguntur: *Summa Oratorum omnium: Poetarum: Historicorum: ac Philosophorum Auctoritates in unum collectae per clarissimum uirum Albertum de Eyb Vtriusque iuris doctorem eximium: quae Margarita poetica dicitur: foeliciter finem adepta est. M. CCCC. LXXXXIII. Kalen. Ianuarii.* Quam gratum hoc opus seculi XV. eruditis fuerit, plures editiones primis typographiae annis elucubratae produnt; praesens enim iam nona a BAVR in *Bibl. libr. rar.* T. I. pag. 268. numeratur.

XXVIII.



XXVIII. *Iacobi Vympbelingi Sletſtatenſis elegantiarum medulla, oratoriaque precepta. In ordinem iuuentu facilem, copioſe, clare breuiterque reducta.* Anno 1493. in 4.

Verba iſta in prima pagina folii primi leguntur. In auerſa incipit auctoris epiſtola dedicatoria ad *Theodericum* GRESMVND Moguntinum anno 1493 ſcripta, quam illa GRESMVNDI ad WIMPFELINGVM excipit. Folio tertio *Capitulum primum de litterarum ſyllabarumque iunctura* initium ſumit. In prima vltimi folii pagina habetur *Theoderici* GRESMVND epiſtola ad lectorem Moguntiae XVII. Cal. Nouembris anno 1493 ſcripta, in qua opus praeſens iſti maximopere commendat. Conſtat iſtud ſex plagularum faſciculis. Initiales litterae, cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur. Typus gothicus eſt. Iſtud anno 1493, & quidem Moguntiae typis fuiſſe excluſum, tum ex WIMPFELINGI, tum ex GRESMVNDI epiſtolis ſatis colligitur.

Anno MCCCCXCIV.

I. *Sermones uenerabilis magiſtri Nicolai de blony decretorum doctoris. capellani epiſcopi Boſnonienſis. ualde deſeruientes populo. ſed & clero utcunque docto eos digne legenti, predicanti, aut audienti. de tempore & ſanctis.* Argentinae anno 1494. in fol.

Verba iſta in prima pagina primi folii leguntur. Sequitur deinde alphabeticus materiarum index vndeuiginti foliis contentus. Tandem ipſi ſermones in duabus columnis gothico charactere impreſſi, ac 54 plagularum faſciculis comprehenſi incipiunt. Initiales litteras paruas, & ſignaturas adiecit typographus; cuſtodes vero, paginarum numeros omiſit. In fine ſequentia habentur: *Finiunt ſermones venerabilis magiſtri Nicolai blony decretorum doctoris de tempore impreſſi Argentine Anno domini. M. CCCC. XCIIII. Finiti in die ſancte Cecilie virginis & martyris.*

II.. *Sermones quadrageſimales Theſauri noui.* Argentinae anno 1494 in fol.

Titulus iſte primum, folium ſecundum operis tabula occupat. Folio tertio *Incipiunt ſermones quadrageſimales notabiles atque perutiles qui theſaurus nouus intitulantur.* Integrum hoc opus in duabus columnis litteris gothicis exſcriptum viginti plagularum faſciculos, litteris ſignatos, complectitur. Caret cuſtodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae paruae ſunt adiectae. Ad calcem operis legitur: *Opus perutile ſermonum quadrageſimalium Theſaurus nouus nuncupatum Argentine impreſſum. Anno domini. M. CCCC. LXXXXIIII. Finit feliciter.*

III. *Exercicium puerorum grammaticale per dietas diſtributum.* Argentinae anno 149.. in 4.

Verbis iſtis, quae in prima pagina primi folii leguntur, figura ligno inciſa, magiſtrum diſcipulos ſuos erudientem exhibens, ſubiecta eſt. In auerſa incipit prologus, in quo grammatices neceſſitas demonſtratur. Iſtum excipit *Diuiſio libri.* Prima pagina folii quarti Dieta prima initium ſumit. Opus iſtud viginti plagularum faſciculis contentum gothico

 impreſſum-



deflorationum siue excerptionum ex melliflua diuersorum patrum signanter: Augustini: Hieronymi: Ambrosii: Gregorii: Hilarii: Chrisostomi: Maximi: Origenis: Remigii: Cassiodori Bede: Alcuini: aliorumque doctorum orthodoxorum doctrina: super euangelia de tempore: per anni circulum: per reuerendum patrem dominum Wernerum Abbatem monasterii sancti Blasii martiris & pontificis: in nigra silua: ordinis sancti benedicti: Constan. dioceß conscriptarum: in sermones postillares subsequentes: sintagmizati siue compositi. Auersam eiusdem occupat figura ligno incisa SS. Trinitatem sub vna persona & tribus faciebus, SS. Euangelistas, B. V. MARIAM, S. BLASIVM, SS. Doctores supra memoratos, & Abbates WERNERVM & GEORGIVM exhibens. Folio secundo incipit prologus, quem expositiones seu capitula primi libri, & ista Auctoris Confessio fidei excipiunt. Columna tertia folii terii *Incipit liber primus deflorationum.* Ad calcem operis legitur: *Explicit liber: Deflorationum patrum: Basilee impressus: anno domini M. CCCC. LXXXXIIII.* Typus est gothicus: quaeuis pagina in duas columnas distincta: initiales litteras paruas & signaturas adiecit typographus: custodes, paginarum numeri desiderantur. Auctor huius operis initio seculi XIII. floruit.

VII. Ioannis Trithemii Ord. S. Ben. Abbat. Liber de scriptoribus ecclesiasticis. Basileae per Ioan. de Amerbach anno 1494. in fol.

Prima pagina primi folii habetur operis titulus. In auersa legitur epistola *Ioannis* de LAPIDE Carthusiani, qui praesens recognouit opus, ad *Ioannem* de AMERBACH, in qua haec in auctoris eiusque operis laudem leguntur:

Non reperi ullum opus oportunis his nostris temporibus manus meas incidere potuisse: quod mihi acceptius & cunctis litterarum ac ueritatis amatoribus utilius magisque necessarium existimauerim. Inueniuntur etenim multa præclara volumina: quorum cum Tituli & auctores vel incogniti vel incerti habeantur: fit ut inter apocrypha deputentur: Et ea inde in neglectum & in contemptum penitus venire: nemo qui recte sapit, ignorat. Reperiuntur præterea & nunc præsertim inter libros impressos plurimi: quos suis auctoribus iniuste detractos & alienis falso ascriptos esse cognoscimus. Quod utrum librariorum ignorantia: an odio uel fauore aut utilitatis cuiusuis gratia factum sit: meum non est diiudicare. Eo tamen fit: ut & illi afficiantur iniuria: & isti aliorum studiis uane laudentur: lectoribus quoque uaria errandi prastetur occasio. Opere precium igitur erat ut huiuscemodi uitiis & erroribus quoquo modo occurreretur. Quod mea sententia neque commodius neque satius effici poterot: quam ut e doctorum uirorum numero quispiam uniuersos, qui recte de rebus honestis scripserunt: siue uita defuncti sint: siue adhuc ea fungantur: quoad fieri posset: in unum colligeret uolumen: singulis singula sua opera adnectendo. Verum cum huiusmodi officium perdifficile sit & immensi Laboris: uirum requirens industrium: eruditum: rerum gestarum cognitorem: lectionisque ac librorum reuolutionis infatigabilem: non est quisquam inuentus usque ad hoc præsens tempus, qui hoc attemptare præsumpserit: præter illum ante memoratum dignissimum uirum: qui (haud dubium) diuino spiritu afflatus & suscitatus: ausus est id aggredi & peruigili suo studio: singulari adinuento modo & ordine: narratione uera: elegantique sermone: cœpit & fœliciter perfecit. Cui reuera totus litteratorum præteritorum: præsentium: futurorumque cœtus minime condignas ac debitas reddere poterit gratias. &c.

Folio secundo inchoat auctorum in hoc libro contentorum index, quinqe foliis contentus. Tandem ipsum opus 140 foliis comprehensum incipit a TRITHEMII epistola dedicatoria ad *Ioannem* de DALBERG Episcopum Wormatiensem directa, in qua sequentia in eiusdem



dem laudem ſcripta ſunt: *Cum multa cogitatio mihi ſuccreuiſſet: cui eandem lucubratiunculam conſiderem gratiorem: ſe multi obtulere uaeillanti: de quorum doctrina & beneuolentia ſpes non modica promiſſa uigebat, inter quos tu mihi pater reuerendiſſime: potior: eminentior: doctiorque occurriſti: qui omnes doctrina uincis: & eruditione ſuperas uniuerſos. In te nobilitas generis alti relucet: epiſcopalis auctoritas eminet: honeſtas morum conſpicitur: bonarum artium omnimoda ſcientia collaudatur. . . . Inter Alemanos neminem tibi pater reuerendiſſime noui aequalem: in quo genus: dignitas & eruditio tanta reſulgeant. Non loquor ad aurem; teſtis aſſit omnipotens: nec blandus capto laudator: quoniam germania omnis te uirum undecunque peritiſſimum non ignorat. Te colunt docti: te nobiles ac principes obſeruant: tu nobis quod Plato narratur fuiſſe Antimacho: tuo comprobatus eloquio: doctus merito iudicatur. Publica fama quae non mentitur agnouimus: quam profunda ſcientia in ſacris litteris tibi abundet: quam perſpicax interpretatio iuris: quanta denique ſuauitas: dulcedo: leporque dicendi ac perorandi: ut doctiſſimis uiris: quorum in catalogo mentionem feeimus: te conferendum non dubitemus. Teſtantur hoc lucidiſſimae orationes, quas habuiſſe diceris: teſtantur epiſtolae: teſtantur epigrammata plura. Siquidem elariſſima nominis tui fama: non ſolum noſtris Germanis: ſed & Italis & Gallis cum laude innotuit.* Scripta fuit haec epiſtola VI. Kal. Maii anno 1492.

In auerſa epiſtolam excipit auctoris prologus, & folio ſecundo iſtum ſcriptorum catalogus. Auerſa folii 140 pagina *Explicitus eſt liber de Scriptoribus eccleſiaſticis diſertiſſimi patris domini Iohaunis de Trittenhem abbatis Spanhemenſis: Baſileae: Anno domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto.* Sequitur deinde in folio ſeparato TRITHEMII epiſtola ad *Albertum* MORDERER Ord. Min. cui rationem reddit, cur eccleſiaſticis ſcriptoribus etiam ſecularibus diſciplinis intentos adſociauerit. *Neque enim*, inquit, *ſatis eruditum in diuinis ſcripturis quemquam dici poſſe arbitor: ubi ſaecularis litteraturae diſciplinam ignorarit. Quomodo autem eam diſcet theologus: ſi non ſit, qui tradiderit? Quis neſciat quantum chriſtianus & fidelis philoſophus proſit eccleſiae: qui gentilium errores deſtruit: argumenta & fallaces ſyllogoſmos aperit: dogmata infidelium confundit? &c. Vt ergo claudam epiſtolam: ego philoſophos: poetas caeterarumque bonarum artium cultores fideles & chriſtianos: qui aliquid utile ſcripſerunt eccleſiaſticis ſcriptoribus connumerandos exiſtimaui triplici ratione. Prima quod eorum opuſcula ad ſcientiam ſanctarum ſcripturarum: non modieum conducere poſſe arbitratus ſum. Seeunda quod veriſimile mihi uiſum ſit eos aliqua eccleſiaſtice ſcripſiſſe, quae me lateant. Vltima: quod occaſione ſibi per nos data intelligant: ut eccleſiaſtice deineeps ſcribentes: loeum ſuſceptum condignis laboribus exornent.* Huic epiſtolae ſubiecta eſt *Sebaſtiani* BRANT commendatio huius operis pedeſtri ſermone ſcripta.

Typus, quo impreſſum hoc opus, eſt romanus. Cuſtodes deſiderantur. Initiales litteras paruas adiecit typographus, foliaque litteris, & plagularum faſciculos litteris adnotauit. Editio haec eſt prima, ac rariſſima, ab eruditis debitis laudibus exornata.

VIII. *Secundum ſententiarum ſancti thome aquinatis ordinis predicatorum.* Bononie per Benedictum Hectorem anno 1494. in fol.

Ita in prima pagina primi folii legitur. Duo ſequentia operis tabula complectitur. Folio quarto *Incipit ſecundus liber ſententiarum clariſſimi & ſummi theologorum principis ſancti Thome aquinatis ordinis predicatorum*, vndetriginta plagularum faſciculis, qui litteris ſignati ſunt, contentus. Impreſſus eſt in duabus columnis praeſtanti chartae gothico charactere, nullos exhibens cuſtodes, aut paginarum numeros. Initiales litterae paruae ſunt adiectae. Ad finem vltimae diſtinctionis ſequentia habentur: *Explicit ſcriptum Angelici doctoris*

doctoris sancti Thome aquinatis ordinis predicatorum in secundum sententiarum: acuratissime emendatum: per venerabilem patrem fratrem Paulum Soncinatem ex eodem ordine sacrarum litterarum perspicacissimum baccalarium: Necnon diligentissime reuisum: per venerabilem patrem fratrem Marcum de Beneuento ordinis sancti Benedicti congregationis Celestinorum: artium bacalarium: Impressum Bononie impensis Benedicti Hectoris bononiensis. Anno christi M. CCCC LXXXXIIII. die vigesimo septimo madi. Ioanne bentiuolo secundo reiuu. Bononiensis habenas feliciter moderante. Laus Deo. Sequuntur dein articulorum tituli, quibus typographi symbolum subiectum est. Primam vltimi folii paginam chartarum registrum occupat.

IX. Guilelmi Paraldi Ord. Praed. *Summa aurea de virtutibus & viciis.* Brixiae per Angelum & Iacobum de Britannicis de Pallazolo anno 1494. in 4.

Integrum hoc opus gothico ac nitido charactere eleganti chartae in duabus columnis impressum 47 plagularum fasciculos, litteris signatos, complectitur. Initiales litterae paruae occurrunt; nulli vero custodes, aut paginarum numeri. Priora duodecim folia operis titulus, eiusque tabula occupant. Folio 13 ipsum opus sequentibus verbis rubro colore expressis inchoat: *Reuerendissimi ac eximii sacre theologie doctoris fratris. Gulielmi paraldi Episcopi Lugdunensis. ex sacro. ordine predicatorum In summam suam de virtutibus & vitiis. Prologus feliciter Incipit.* Ad calcem operis legitur: *Ad laudem & honorem domini nostri iesu christi. necnon matris eius virginis Marie: Hoc preclarum opus Summe virtutum & viciorum: litteris aureis merito scribendum. Imprimi fecerunt his pulcherrimis litterarum characteribus Angelus & Iacobus de Britannicis de pallazolo: fratres, In Alma ciuitate. Brixie. die 24 Decembris. 1494. In quo quidem opere quanta sit adhibita diligentia, Lector facillime dignoscet.* His subnexum est chartarum registrum.

Guilelmus PERALDVS natione Gallus, vix ordine Praedicatorum exorto, eiusdem habitum induit. Archiepiscopum fuisse Lugdunensem, vix non communis ferebatur opinio; ast QVETIF T. I. *Script. Ord. Pred.* p. 132. solidis argumentis eam refellere nisus est. Claruit vir iste, doctrina, ac pietate insignis circa annum 1250. Scripsit praeter praesens opus plura alia, quae QVETIF l. cit. recenset.

X. *Cato cum glosa & moralisatione.* Coloniae per Henricum Quentell anno 1494. in 4.

Inscriptionem istam in prima pagina primi folii figura ligno incisa, magistrum cum discipulis suis exhibens, excipit. In auersa eiusdem incipit glosatoris prologus. In auersa vero folii tertii ipse CATO initium sumit. Hoc opus gothico charactere impressum tredecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Initiales litterae custodes, & paginarum numeri desiderantur. Ad finem sequenia habentur: *Expliciunt glosule Cathonis valde vtiles volentibus instrui in bonorum morum acceptatione. malorum fuga. optime correcte. Impresse anno salutis M. CCCC. XCIIII. per Henricum Quentell in Colonia.*

XI. *Quattuor nouissima cum multis exemplis pulcherrimis.* Dauentriae per Richardum Pafraet anno 1494. in 4.



Verba ista in primo folio tantum leguntur. Opus istud gothico charactere impressum est. Caret initialibus litteris paginarum numeris, & custodibus. Plagularum fasciculi litteris sunt signati. Ad calcem operis legitur: *finiunt exempla de gaudiis regni celorum. Et aliorum trium nouissimorum. Impressa Dauentrie per me Richardum pafraet Anno domini M. CCCC. XCIIII. Decima sexta Decembris.*

XII. *Augustinus de Ciuitate dei cum commento.* Friburgi anno 1494. in fol.

Opus istud 42 plagularum fasciculis contentum, in duabus columnis gothico charactere est impressum. Custodes, & paginarum numeri desiderantur; signaturas vero, & initiales litteras paruas adiecit typographus. Cuilibet libro capitulorum argumenta sunt praefixa. Titulus supra relatus in prima pagina folii primi legitur. Folio secundo habetur S. Doctoris *argumentum operis totius ex libro retractationum* desumtum; istud sequuntur capitula primi libri; haec vero folio tertio *Thome* VALOIS & *Nicolai* TRIVETH commentarii. Folio denique quarto ipse primus liber initium sumit. In vltimi folii fine legitur: *finitum est hoc opus in friburga. Anno incarnationis domini. M. CCCC. XCIIII.* Adiecta est operis tabula alphabetica, sexdecim columnis contenta.

XIII. *Augustinus de Trinitate* Friburgi anno 1494. in fol.

Haec verba solum in primo folio leguntur. Praemissis argumento operis, & primi libri capitulis in auersa folii secundi pagina *Aurelii Augustini episcopi de trinitate liber primus incipit.* Ad calcem libri XV. sequentia habentur: *Aurelii Augustini de trinitate liber explicitus est Anno domini. M. CCCC. XCIIII.* Sequitur deinde alphabeticus index, duodecim columnis contentus. Plagularum fasciculi, litteris signati, tredecim numerantur. Externa operis facies cum immediate praecedente in omnibus conuenit, vnde, idem Friburgi typis fuisse euulgatum, haud dubito.

XIV. *Fundamentum scolarium.* Hagenoae per Henricum Gran anno 1494. in 4.

Verba ista titulum operis constituunt. His subiecta est figura N. X. adumbrata. Folio secundo *Regule Remigii emendate correcteque In primum scholarium fundamentum feliciter incipiunt.* Opusculum istud gothico minusculo charactere impressum septem plagularum fasciculos, litteris signatos, complectitur. Caret custodibus, paginarum numeris, & initialibus litteris. Ad calcem eiusdem operis legitur: *Regule partium grammatice artis fundamentales. totum latinitatis fundamentum continentes feliciter finiunt Impresse In Hagenaw per me Henricum Gran Anno nostre salutis. M. CCCC. XCIIII.*

XV. *Latina ydeomata Magistri Pauli Niauis.* Lipsiae per Conradum Cachelossen anno 1494. in 4.

Titulus iste primam folii primi paginam occupat. In auersa legitur NIAVIS epistola ad ERASMVM quemdam Presbiterum in Kemnitz. Hunc tractatum duodecim foliis contentum, alter subsequenti titulo excipit: *Latinum ydeoma magistri Pauli Niauis pro paruulis editum.* Inscripsit istud Senatui Kemnicensi, in qua vrbe scholis praefuisse in epistola scribit.

bit. Istud quatuordecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Typus gothicus est. In fine legitur: *Impressum Liptzk per Cunradum Cachelossen Anno domini XCIIII.*

Paulus NIAVIS seu Schneuogel, natione Germanus, vir in litteris humanitatis egregie doctus, philosophus & Rhetor celeberrimus, docendo, & scribendo varia, in gymnasio Lipsiensi magnam nomini suo famam acquisiuit. Claruit ad finem seculi XV.

XVI. *Floretus in quo flores omnium virtutum & detestationes viciorum metrice continentur vnacum commento.* Lugduni per Ioann. Fabri anno 1494. in fol.

Verba ista in primi folii prima pagina impressa habentur. His subiectum est typographi symbolum. Folio secundo operis prooemium cum commentariis incipit. Istud 25 plagularum fasciculis contentum gothico charactere est expressum, signaturas, & initiales litteras paruas exhibens; nullos vero custodes, aut paginarum numeros. Ad indicis operi subnexi finem sequentia leguntur: *Summa ad modum vtilis & fructuosa theologalis & canonica edita super floretum per magne Literature virum sacre Theologie doctorem parisien. famatissimum magistrum Iohannem Iarson cancellarium insignis ecclesie cathedralis parisien. Finit feliciter Impressa lugduni per magistrum Ioannem fabri alemanum. Anno domini M. CCCC. XCIIII. die vero XXI Iunii.*

XVII. *Ain wunderbare instruction vnd vnderwysung wider die pestilenz herfliessend von kaiserlichen Hoff vnd aller bewärtesten doctoribus in Christenlicher vnd haydescher nacion funden wärden mügen.* Memmingae per Albertum Kunne anno 1494. in 4.

In primi folii prima pagina ista verba leguntur. In auersa incipit opusculi huius registrum, quod auersa folii secundi terminatur. Folio tertio ipsum opus his verbis inchoat: *Hie nach volget ein gut regiment vnd ordnung vnd bewert preseruatiua vnd ler, wie man sich wider den gebrechen der pestilentz auffhalten vnd bewaren sol &c.* Constat istud vndetriginta foliis, estque germanico charactere impressum. Custodes solummodo desiderantur. In fine sequentia habentur: *Gedruckt zu Memmingen durch Albrecht Künen von duderstat &c. Nach cristi gepurt M. CCCC. LXXXXIIII.*

XVIII. *De laudibus sanctissime matris anne tractatus perquam vtilis domini Iohannis trithemii abbatis spanhemensis ordinis diui patris benedicti.* Moguntiae per Petrum Fridbergensem anno 1494. in 4.

Titulus iste rubro colore impressus legitur. Primam folii secundi paginam occupat TRITHEMII ad *Rumoldum* LAVPACH Ord. Carmelitarum Priorem in conuentu Francofordiensi epistola, in qua haec memoratu digna leguntur: *De historia* — *S.* ANNAE nimirum — *que satis vulgata est nihil aut parum assumpsimus: quia nobis & minus probata visa est: & in plerisque locis apocrifa: Neque tamen redarguere illam voluimus: ne simplicibus occasionem preberemus murmurandi: si (vt ipsi estimant) antiquitate probatam, noua presumtione carperemus. Dimisimus ergo intactam historiam; & que apertissima fide, veritate ac ratione nota*

fuerant



fuerant ex dono dei ad honorem fancte matris contulimus. Miracula quoque fancte anne ab hoc volumine reiecimus : ne viris eruditis (qui his non facile adhibent fidem) tractatum nostrum suspectum redderemus. In auerfa eiusdem capitulorum argumenta exhibentur. Folio tertio *Incipit tractatus domini ioannis tritemii . . . de laudibus venerabilis & beatissime matris dei genitricis anne.* Auerfa folii 24 pagina *Explicit liber domini ioannis tritemii abbatis spanhemensis ordinis diui patris benedicti de laudibus fancte anne.* Vltimum plagularum fasciculum quaedam carmina in S. ANNAE laudem a diuerfis fcriptoribus compofita complectuntur. In eorum fine fequentia habentur : *Impressum in nobili ciuitate Moguntina per Petrum Fredbergensem Anno virginei partus. M. CCCC. XCIIII. XII. Kalenda s Augusti.* Hoc opus quinque plagularum fafciculis contentum gothico, ac nitido character praeftanti chartae impreffum eft. Caret initialibus litteris, cuftodibus, & paginarum numeris.

XIX. *De laude fcriptorum pulcherrimus tractatus domini Iohannis tritemii abbatis Spanhemensis ordinis fancti Benedicti de obferuantia burssfelden, ad Gerlacum abbatem tuiciensem.* Moguntiae per Petrum Fridbergenfem anno 1494 in 4.

Opus iftud, cuius externa forma cum praecedenti quoad omnia conuenit, viginti conftat plagularum fafciculis, qui litteris funt fignati. Primum folium titulus fupra relatus occupat; fecundo *Incipit epiftola Iohannis tritemii abbatis fpanhemenfis. ad dominum Gerlacum abbatem tuicienfis Cenobii*, ad cuius inftantiam praefentem tractatum ea de caufa fcripfit, vt eius lectione fratres ad amorem fcripturarum excitentur. Vtinam & noftra aetate ifte ab omnibus facris ordinibus initiatis repetita vice legeretur, vt magis ad libros confcribendos, & ad facrarum fcripturarum lectionem, in qua noftrae religionis fplendor, & gloria confiftebat, adcenderentur, atque ex iis folidiorem eruditionem, ac magis fundatam pietatem fibi compararent pretiofumque tempus vtilius confummere edocerentur. Folio tertio ipfe tractatus incipit. Prima folii vicefimi pagina *Defideratus finis huic perquam eleganti opufculo faufte imponitur per Petrum Friedbergen. impreſſorem Maguntinum Anno virginei partus. M. CCCC. XCIIII.*

XX. *Epigrammata Sancti Profperi epifcopi regienfis de viciis & virtutibus ex dictis Auguftini.* Moguntiae per Perrum Fridbergenfem anno 1494. in 4.

Titulus ifte in prima pagina folii primi legitur. In auerfa habetur PROSPERI Biographia *ex libro de ecclefiafticis fcriptoribus Iohannis de Trittenhem abbatis fpanhemenfis ordinis fancti Benedicti.* Folio fecundo *Incipiunt epigramata fancti Profperi epifcopi hexametro & penthametro digefta.* Auerfa pagina folii 22 *Expliciunt Epigrammata fancti Profperi epifcopi regienfis de viciis & virtutibus ex dictis Auguftini. Impreffa Moguntie per Petrum Friedbergen. Anno virginei partus. XCIIII.* Sequitur deinde PROSPERI tractatus de fide, & moribus Chriftianorum, & martyrum, ac de contemtu, & breuitate praefentis vitae, in cuius fine commendatio cuiusdam anonymi in eiusdem Doctoris laudem pedeftri fermone fcripta habetur. Hac de editione cl WVERDTWEIN in Bibl. Mog. nullam fecit mentionem.

XXI. *Malleus maleficarum.* Norimbergae per Antonium Koburger anno 1494. in 4.

Ifta



Ista verba in prima pagina folii primi leguntur impressa. Primam paginam secundi folii *Apologia auctoris in malleum maleficarum* occupat. In auersa eiusdem *Tenor bulle apostolice aduersus herefim maleficarum cum approbatione & subscriptione doctorum alme uniuersitatis Colonien. in sequentem tractatum Incipit feliciter.* Istum sequitur operis tabula, quae quarta folii septimi columna terminatur. Dein ipsum opus 187 foliis contentum, & in duabus columnis gothico charactere impressum initium sumit. Caret initialibus litteris, & custodibus; signaturae vero, & foliorum numeri a typographo sunt adiecti. Ad calcem eiusdem legitur: *Anno deitatis. M. CCCC. XCIIII. presens liber quem editor Malleum malleficarum intitulauit per Antonium Koberger Nurbergen. ciuem est impressus & ad hunc finem perductus. XVII. die mensis Marcii.* Alterius editionis, ac ipsius auctoris iam supra p. 2. N. III. mentionem fecimus.

XXII. *Homeliarius doctorum.* Norimbergae per Antonium Koberger anno 1494. in 4.

In duas partes praesens diuisum est opus. Prima homilias de tempore, secunda istas de sanctis complectitur. Integrum opus 348 plagularum fasciculis constat. Homiliae gothico charactere in duabus columnis eleganter sunt impressae. Signaturae, & foliorum numeri occurrunt, nulli autem custodes. Initiales litterae partim sunt omissae, partim paruis indicatae. Primae partis tabula ad finem est adiecta, secundae vero homiliis praemissa. Primam paginam occupat figura ligno incisa, in cuius medio ecclesia militans, a dextris & a sinistris eiusdem doctores exhibentur. In superiori margine titulus supra relatus legitur, in lateralibus vero nomina doctorum habentur. In fine secundae partis sequentia leguntur: *Omeliarum opus egregium: plurimorum sanctorum aliorumque famosissimorum doctorum: super euangeliis de tempore & sanctis: quibusdam eorundem annexis sermonibus: factore Anthonio Koburberger* - sic - *in inclyta Nurmbergensium urbe impressum. Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. pridie Kalendas octobris Finit feliciter.*

XXIII. *Psalterium beati Brunonis episcopi herbipolensis*, Norimbergae per Antonium Koberger anno 1494. in 4.

Titulus iste tantum in primo legitur folio. Folia vndecim sequentia *Operis & auctoris commendatio*, animaduersio, quod *regulae gramaticales in S. Scriptura non semper sint obseruandae, temporum correctio* &c. complectuntur. Fasciculo tertio Psalmorum expositio initium sumit. Psalmos sequuntur canticorum, orationis dominicae symbolorum tam apostolorum, quam S. ATHANASII explanatio. Ad calcem operis legitur: *Beati brunonis psalterium ex doctorum dictis collectum per Antonium Koberger impressum : Anno incarnationis deitatis millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto finit feliciter.* Desunt custodes, & paginarum numeri. Initiales litterae paruae sunt a typographo adiectae. Plagularum fasciculi, litteris signati, 22 numerantur. Alterius editionis ab eodem typographo anno 1497 typis excusae infra mentionem faciemus.

XXIV. *Modus legendi abbreuiaturas in vtroque iure siue processus iuris.* Norimbergae per Ant. Koberger anno 1494. in 4.

Inte-



Integrum hoc opus, in duabus columnis gothico charactere impressum, 21 plagularum fasciculis constat. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae paruae, & signaturae occurrunt. Verba supra relata in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo *Incipit libellus dans modum legendi abbreuiaturas in vtroque iure.* Folio 64 *Incipit processus iudiciarius eximii doctoris iuris canonici Iohannis de Vrbach.* Sequuntur deinde plures alii iuris tractatus, ad quorum finem haec habentur: *Finit liber plurimorum tractatum iuris impressus per Anthonium Koberger Nuremberge. Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto in vigilia S. Iohannis baptiste.* Aliam huius operis editionem supra pag. 34 descripsimus.

XXV. *Opera & libri vite fratris Thome de Kempis ordinis canonicorum regularium quorum titulos vide in primo folio.* Norimbergae per Casparum Hochfeder anno 1494. in fol.

In prima pagina primi folii verba supra relata, in auersa vero librorum tituli leguntur. Folium secundum occupat *Georgii* BIRCKHAMER Carthusianorum Prioris Norimbergae ad *Petrum* DANHAVSSER; primam folii tertii paginam DANHAVSSERI ad Carthusiae Priorem. Istas excipit operis index sex columnis contentus. His absolutis primum opus, libri scilicet quatuor de imitatione Christi, inchoat. Constant ista opera foliis 178. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Folia numeris signauit typographus: plagularum fasciculos litteris notauit. Initiales litterae vel omnino nullae, vel paruae tantum adparent. Custodes desiderantur. Characteres sunt gothici. Secunda folii 178 columna *Opera & libri vite Thome de Kempis hac charta quam salutari fine clauduntur in viglia Andree apostoli Anno christi.* 1494. *Nuremberge per Caspar Hochfeder opificem accuratissime impressi.*

Thomas a KEMPIS, cognomento HAMMERLEIN siue MALLEOLVS ex oppidulo cognomine *Kempis* dioecefeos Coloniensis oriundus, natus est circa annum 1381. Studiorum curriculo absoluto, anno 1399 monasterium Canonicorum Regularium S. AVGVSTINI congregationis Windesimensis in monte S. AGNETIS prope Swollensem ciuitatem situm petiit. Vir pietate & vitae sanctitate, ac doctrina insignis, grandaeuus anno 1471. aetatis suae 92 obiit. WARTHON in *Adpend.* ad CAVEVM p. 164.

XXVI. *Tractatus de arte bene viuendi beneque moriendi.* Parisiis per Guidonem Mercatoris anno 1494. in 12.

Opusculum istud gothico charactere impressum sexque plagularum fasciculis contentum titulum supra relatum sibi habet praefixum. Isti figura ligno incisa subiecta est. Auersam alia, duos viros exhibens, occupat. Folio secundo ipse tractatus inchoat. Folio 33 *Incipit speculum peccatoris*, quod auersa folii 40 pagina *Bernardus de contemptu mundi* excipit. In fine eiusdem ita legitur: *De arte bene viuendi beneque moriendi tractatus finit feliciter: Impressus parisiis in campo Gaillardi per Guidonem mercatoris. Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto die vero vltima mensis Iulii.* Vltimo folio duae figurae conspiciuntur.

XXVII. Ciceronis orationes pro Aulo Licinio & Marcello cum argumentis Iac. Locher. Reutlingae per Ioan. Otmar anno 1494. in 4.

Hoc

Hoc opuſculum tribus plagularum faſciculis contentum, gothico charactere eſt impreſſum. Caret initialibus litteris, paginarum numeris, & cuſtodibus. Eiusdem titulum ob primi folii defectum exſcribere nequeo. Folio ſecundo incipit *Iacobi* LOCHER ad *Chriſtophorum* de KNOERINGEN epiſtola dedicatoria, quam auerſa eiusdem in CICERONIS orationes praefatio excipit. Auerſa folii quarti pagina incipit *Ciceronis pro aulo licinio Oratio.* Folio 15. praemiſſo argumento, oratio pro MARCELLO initium ſumit. Orationibus ſubiecta ſunt duo carmina, vnum ad lectorem, alterum de artis oratoriae effectu. His ſubnexum legitur: *Impreſſum Reutlingn ordinatione magiſtri Iohannis Otmar. Anno domini. M. CCCC, LXXXXIIII.*


XXVIII. Laurentii Vallenſis Epitome, ac elegantiae portus, eiusdemque Lima. Ciceronis rhetorica ad Herennium eiusdemque commentariolus. Venetiis per Simonem Bibilaquam anno 1494 in 4.

Singula haec opuſcula quatuordecim plagularum faſciculis contenta, romanoque charactere impreſſa per *Antonium* MANCINELLVM fuere elucubrata. Initiales litterae duae priores ligno ſunt inciſae, reliquae vero minutiori charactere indicatae. Cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur. In prima pagina primi folii leguntur opuſculorum tituli vnacum *Domici* PALLADII Sorani carmine. In auerſa habetur MANCINELLI praefatio ad Amicorum filios. Folio tertio incipit *Laurentii Vallenſis Epitome: Portuſque Elegantiae per Ant' Mancinellum Veliternum Amicorum filiis.* Prima pagina primi folii decimi faſciculi *Finit Epithome: Portusque Elegantiae* in auerſa legitur MANCINELLI epiſtola ad *Nicolaum* RVBEVM aedis Geminianae Antiſtitem & D. MARCI Canonicum, cui LAVRENTII *Vallenſis* Limam inſcripſit. Folio ſequenti incipit praefatio, quam tituli huius opuſculi excipiunt. Rhetoricae ad HERENNIVM praefixum eſt *Domici* PALLADII ad RVBEVM epigramma, quod ipſa Rhetorica cum commentariolo *Hieronymo Omnibone li* IVSTINIANO Veneto a MANCINELLO inſcripta ſequitur. Ad calcem eiusdem legitur: *Impreſſum Venetiis per Simonem Bibilaquam Papienſem. M. CCCC. XCIIII. Nonis Aprilis.*

XXIX. Luciani Samoſatenſis XIV diuerſa opuſcula. Venetiis per Simonem Biuilaquam anno 1494. in 4.

Plagularum faſciculi in hoc volumine quindecim, litteris ſignati, numerantur. Typus eſt romanus ac ſatis luculentus. Charta eſt alba admodum & laeuigata. Cuſtodes, paginarum numeri, & initiales litterae deſiderantur. Primam paginam folii primi operum in hoc volumine contentorum elenchus occupat. Folio ſecundo incipit prooemium in opus de *veris Narrationibus*. Iſtud prima folii 25 pagina excipit liber de *aſino auro:* hunc ſuo ordine ſequuntur eiusdem LVCIANI *Philoſophorum vitae, Scipio, Tyrannus, Schaphidium, Palinurus, Charon, Diogenes, Terpſion, Hercules, Virtus Deo, in Amorem & Timon.* In fine vltimi libri habetur epiſtola BENEDICTI *Miniatoris* ad Ducem Venetorum, in qua duo ab illa poſtulat, primo, vt opera LVCIANI imprimi concedat: ſecundo: vt nullus alius per decennium ſub poena lib. XX. nec imprimere, nec vendere valeat. Quod etiam eidem conceſſum conſiliariorum ſubſcriptio teſtatur. Deinde legitur: *Impreſſum Venetiis per Simonem beuilaquam papienſem anno domini. M. CCCC. XCIIII. die XXV. auguſti.* Vltimum folium errata occupant. Haec eſt prima, eaque rariſſima editio, quae merito Bibliothecarum cimeliis adnumeratur.

LVCIA-



LVCIANVS *Samosatensis*, genere humili natus, ad artificia mechanica haud idoneus, studia amplexus est, somnio monitus. Declamator insignis, scriptor praestantissimus & facetissimus, primum Christianus, demum fidei desertor, sed tandem suae improbitatis luit poenas grauissimas; nam a canibus deuoratus misere interiit. Claruit sub *Marco* AVRELIO Imperatore circa annum CHRISTI 170. BLONT *Cens. Celebr. Auth.* p. 121.

XXX. *Strabo de situ Orbis.* Anno 1494. in fol.

Praemittuntur operi titulus iste capitalibus litteris expressus, & index alphabeticus, cui in auersa folii 16 pagina MANCINELLI epistola ad *Iustinum* CAROSIVM Veliternum Ciuem subiecta est. In hac memorat, quod indicem confecerit, ac id onus non tam mercede, quam vt studiosis consuleret, libenter adsumserit. Opus STRABONIS in XVII. libros diuisum 150 foliis constat. Impressum est romano charactere praestanti chartae. Desunt custodes, & initiales litterae; foliorum numeri, & signaturae, ac notae mariginales a typographo sunt adpositae. Prima folii 150 pagina: *Strabonis Amasini Scriptoris illustris geographiae opus finit: quod Ioannes Vercellensis propria impensa uiuentibus posterisque exactissima diligentia imprimi curauit. Anno Sal. M. CCCC. LXXXXIIII. die XXIIII. aprilis.* His subnexum est chartarum registrum. *Ioannes* RVBEVS Vercellensis primo Taruisii, dein Venetiis pluribus annis praelum habuit; ex quo & praesens opus Venetiis typis euulgatum fuisse, colligi datur, quod & epistola MANCINELLI supra memorata Venetiis 1494 scripta adfirmare videtur. Praesentem editionem duae aliae, vna anno 1472, & altera 1480 Venetiis typis excusae, praecesserunt.

STRABO Amasiae ciuitate Ponti natus, XXVII. geographiae libros scripsit. Vt eo accuratiorem regionum, ac locorum descriptionem procuraret, Asiam, Aegyptum, Graeciam, Italiam, Sardiniam & alias regiones peragrauit. Nec de populorum moribus, consuetudinibus, regionum constitutionibus, ac de illustribus viris quaedam animaduertere, oblitus erat.

XXXI. *Doctissimi viri artium liberalium magistri Petri tartareti Parisiensis regentis secundum subtilissimi doctoris Scoti doctrinam. atque conformiter ad mentem Stephani pruliferi fidelissimi Scoti interpretis doctoris theologi ordinis minorum Summularum Petri de Hyspania explanationes quam vtilissime.* Anno 1494. in fol.

Opus istud gothico charactere impressum, vndecim plagularum fasciculis constat. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. Verba supra relata in primi folii prima pagina leguntur. In fine vero sequentia habentur: *Commentariis in magistrum Petrum hyspanum cum tractatibus consequentiarum & sophismatum insertis. & tractatibus insolubilium & de descensu emendatis per Martinum Molenfelt ex liuonia artium magistrum. & sacre theologie baccalarium qui & passus Scoti ad dicta cuiusque tractatus addiderat. & insuper tractatum Obligatorium In alma vniuersitate Friburgensi. Anno dominice incarnationis Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto Finis impositus est. Finis.* Vix dubito, quin & hoc ipso anno & quidem Friburgi hoc opus typis euulgatum fuerit.



Anno MCCCCXCV.

I. S. Bonauenturae Ord. Min. paruorum opufculorum partes II. Argentinae anno 1495. in fol.

Opufcula praefentia in duabus columnis gothico charactere funt impreffa. Carent folummodo cuftodibus, fignaturas enim, foliorum numeros, & initiales litteras paruas adpofuit typographus. Vtrique parti fequens infcriptio legitur praefixa: *Egregium opus fubtilitate & deuoto exercitio precellens paruorum opufculorum doctoris feraphici fancti Bonauenture.* Auerfam paginam primi folii in qualibet parte figura ligno incifa occupat. Deinde in vtramque partem fequitur prologus, quem tabula feu operis index excipit. Pars prima 355 foliis, iftis, quae prologus & tabulae complectuntur, non computatis, conftat. Quarta columna folii 355 *Finiunt tractatus quam plurimi fancti Bonauenture de volumine prime partis. Impreffi argentine. Anno domini. M. CCCC. XCV.* Secunda pars foliis 349 comprehenditur. Primum locum in eadem obtinet *Octauiani* de MARTINIS oratio in vitam S. BONAVENTVRE, euiusque Canonizatio, quam quarta columna folii 24 prologus in *fpeculum difciplinae* excipit. Folii 349 quarta columna *Finiunt tractatus quamplurimi fancti Bonauenture de volumine fecunde partis. Impreffi Argentine Anno domini. M. CCCC. XCV. Finiunt fexta feria ante feftum fancti Thome apoftoli.*

II. *Sermones Nicolai de Blony de fanctis.* Argentinae anno 1495. in fol.

Verba ifta in prima pagina folii primi leguntur. In auerfa *Incipit tabula Alphabetica fuper fermones de fanctis venerabilis magiftri Nicolai Blony*, quatuor foliis contenta. Deinde incipiunt fermones, in duabus columnis gothico charactere impreffi, qui quatuordecim plagularum fafciculis conftant. Cuftodes, & paginarum numeri defiderantur. Initiales litteras paruas, & fignaturas typographus adiecit. Ad calcem operis fequentia habentur: *Finiunt fermones magiftri Nicolai Blony decretorum doctoris Capellani epifcopi Pofnonienfis. de tempore & fanctis. Confcripti ab eodem Anno domini. M. CCCC. XXXVIII. vt videtur capi ex fermone CXIII. circa medium membri primi eiufdem fermones. Impreffi Argentine Anno domini. M. CCCC. XCV.* Sermones de tempore anno fuperiori Argentinae quoque in lucem prodierunt.

III. *Sermones dominicales per totum annum (cum fuis concordantiis veteris & noui teftamenti iurifque canonici marginibus inferte) per Anthonium de Bitonto ordinis fratrum minorum de obferuantia.* Argentinae per Ioan Grüninger anno 1495. in 8.

Verba ifta in primo leguntur folio. Deinde fequitur operis tabula fex foliis conftans. Tandem *Incipiunt fermones dominicales* per totum annum &c. *Friderico* Vrbini Duci infcripti. Impreffi funt in duabus columnis gothico charactere, ac 260 foliis contenti exftant. Folia numeris, fafciculi plagularum litteris fignauit typographus, cuftodes vero & initiales litteras omifit. Quarta columna folii 260 *Expliciunt fermones dominicales per totum anni circulum Reuerendiffimi patris fratris anthonii de Bitonto. ordinis fratrum minorum de obferuantia. Diligenter examinati per venerabilem patrem eius ordinis: Philippo de rhotingo. - - - - Actumque per prouidum virum magiftrum Iohannem grüninger in vrbe argentina diligentiffime* elabo-



elaboratum. Annò christianissimi partus post millesimum quaterque centesimum nonagesimo quinto Decima Kalendarum Martii.

IV. *Biblia Aurea veteris ac noui testamenti vocitatus.* Argentinae per Ioannem Grüninger anno 1495. in 4.

Opus istud in duabus columnis gothico charactere impressum 136 foliis constat. Caret custodibus & initialibus litteris. Foliorum numeri, & signaturae conspiciuntur. Titulus supra relatus in primo legitur folio. Folio secundo *Incipit liber manualis ac introductorius in biblie historias figurasque veteris ac noui testamenti peroptimus aurea biblia vocitatus.* Haec excipit auctoris, nimirum *Antonii* RAMPIGOLLI, prologus ad fratres Ord. Eremit. S. AVGVSTINI conuentus Neapolitani. Istum mox sequitur primum capitulum de *abstinentia.* In fine legitur: *Peracta est Biblia aurea veteris ac noui testamenti magna cum diligentia. & fideli studio reuisa. Impressaque per magistrum Iohannem Grüninger Dominice natiuitatis anno M. CCCC. XCV. Denique Idus Augusti finit feliciter.* Aliam huius operis editionem P. I. p. 47. descripsimus.

V. *Das Buch Regimen sanitatis genannt. Das ist. wie sich der mensch halten sol das er in gesundheit beleib.* Augustae per Ioan. Froschauer anno 1495. in 4.

Folium primum titulus iste tantum complectitur. In fronte folii secundi legitur: *Hienach volget ein nüczlich Regiment wer sich darnach haltet der mag sein leben lang in gesuntheit behalten.* Auersa folii 70 pagina opus terminatur. Sequitur deinde operis index, qui prima folii 72 pagina his verbis finitur: *Hie endet sich das Register vnd büchlin genannt Regimen sanitatis, das ist, wye sich ein mensch halten sol das er gesund beleib Vnd ob er Kranck wär vnderweisung vnd gut ler, auch heylsame erczneí das er wider zu gesundheyt Komme. Getruckt vnd vollendet in der Keyserlichen stat Augspurg von Hannsen Forschauer. am mitwochen nach Letare. Nach der menschwerdung Cristi. M. CCCC. vnd XCV. iar.* Meminit huius editionis Cl. ZAPFIVS in *Annal.typogr.August.*p. 114. Et Cl. PANZER in *Annal. Litterat. teuton.* p. 219.

VI. *Flores Albumasaris.* c. figg. Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1495. in 4.

Opusculum istud, gothico charactere impressum, ac figuris & initialibus litteris florentibus illustratum, tribus plagularum fasciculis constat. Caret custodibus, & paginarum numeris. Titulus supra relatus in primo folio legitur. Secundo *Incipit tractatus Albumasaris florum astrologie.* Ad calcem sequentia habentur: *Opus florum Albumasaris explicit feliciter Erhardi ratdolt Augustensis viri solertis eximia industria: & mira imprimendi arte qua nuper venetiis: nunc auguste vindelicorum excellit nominatissimus XVIII. Kal. Octobris. M. CCCC. XCV.* Alterius editionis anno 1488. Augustae a RATDOLT typis euulgatae supra meminimus.

VII. *Biblia integra: summata: distincta: accuratius reemendata: vtriusque testamenti concordantiis illustrata.* Basileae per Ioan. Froben anno 1495. in 8.

Ista

Iſta inſcriptio legitur Bibliis praefixa. Tunc ſequuntur alphabetica hiſtoriarum tabula, exhortatio ad S. Scripturae amatores, ordo librorum & ſummarium, quae omnia vndecim foliis, & vna pagina conſtant. Auerſam duodecimi folii paginam figura ligno inciſa S. HIERONYMVM exhibens, occupat. Sub iſta habentur quatuor diſticha. Biblia vnacum prologis 453 folia complectuntur. Impreſſa ſunt in duabus columnis gothico ac minuſculo charactere. Cuſtodes & paginarum numeri deſiderantur. Initiales litterae paruae, ac ſignaturae occurrunt. In laterali margine loci paralleli ſunt adnotati. Folio quarto, praemiſſis S. HIERONYMI epiſtola & prologo, *Incipit liber Geneſis qui dicitur hebraice breſith.* Prima columna folii 361 *Explicit ſecundus liber Machabeorum*. Euangeliis praemiſſi ſunt prologi & capitulorum argumenta. In fine apocalypſeos ſequens carmen habetur:

Aduena percurras cunctos ſi forte libellos:
Quem noſtro opponas non facile inuenies.
Lex vetus hic Moyſi: lex & diuina: prophete:
Hiſtorie: & forti prelia geſta manu.
Moribus inſtruit hic: viuendi & dogmata ſana
Edocet: & tutam monſtrat ad aſtra viam.
Sed tibi precipuum quid enim memorabo laborem
Quem manus artificis contulit? ecce vides.
Huic neque conſimilem reputes quem preſſimus olim:
Nam veterem errorem terſimus atque notas:
Proinde poteſ poſito librum hunc tractare timore
Quem Baſilea tibi (pacis alumna) tradit.

Huic legitur ſubiectum: *Finit per Iohannem Froben de Hamelburgck ciuem Baſilien. Anno domini. M. CCCC. XCV. ſexto Kalendas Nouembres. Deo gratias.* Additae ſunt interpretiones nominum hebraicorum 38 foliis contentae. Prima vltimi folii pagina reperiuntur translatores Bibliorum.

VIII. *Quadrageſimale nouum editum ac predicatum a quodam fratre minore de obſeruantia in inclita ciuitate Baſilien. de filio prodigo & de angeli ipſius ammonitione ſalubri per ſermones diuiſum.* c. figg. Baſileae per Michaelem Furter anno 1495. in 8.

¶Quadrageſimale iſtud 29 plagularum faſciculis, qui litteris ſunt ſignati, contentum, praeſtanti chartae in duabus columnis gothico charactere eſt impreſſum. Initiales litteras exhibet minutiore charactere expreſſas, nullos vero cuſtodes, aut paginarum numeros. Figurae ligno inciſae, materiae adcommodatae per integrum opus occurrunt. In prima pagina folii primi verba ſupra relata, in auerſa vero *Sebaſtiani* BRANT carmina de filio prodigo leguntur. Folio ſecundo *Incipit quadrageſimale nouum editum & predicatum a quodam fratre minore de obſeruantia de filio prodigo in inclita ciuitate Baſilien. Anno d. M.CCCC.XCIIII.* In vltimi ſermonis fine in folio ſeparato ſequentia habentur: *Explicit quadrageſimale de perfecta conuerſione peccatoris ad deum per veram penitentiam ſub parabola filii prodigi exaratum. Impreſſum Baſilee per Michaelem furter Ciuem Baſilien. Anno incarnationis domini. M.CCCC. XCV.* His ſubiecta ſunt typographi inſignia. Sequitur deinde alphabeticus operis index.



IX. *Diui Thome de Aquino ordinis predicatorum commentaria in omnes epiſtolas beati Pauli Apoſtoli: glorioſiſſimi gentium doctoris: profundiora theologie accurate dilucidantia.* Baſileae per Michaelem Furter anno 1495. in fol.

In primo folio titulus iſte legitur. Folio ſecundo *Feliciter incipiunt commentaria clariſſimi doctoris. angelicique ac communis ſancti Thome de aquino ordinis predicatorum: ſuper epiſtolas ſanctiſſimi gentium doctoris pauli apoſtoli. correcta emendataque ſumma cum diligentia, ac ingenti ſollicitudine per me fratrem petrum de bergamo. ordinis fratrum predicatorum ſacre pagine minimum profeſſorem.* Opus iſtud in duabus columnis gothico charactere eſt impreſſum ac 46 plagularum faſciculis contentum. Caret paginarum numeris, & cuſtodibus. Initiales paruas litteras & ſignaturas typographus adiecit. Ad calcem operis legitur: *Finit explanatio ſancti Thome de aquino ordinis fratrum predicatorum in omnes epiſtolas beati Pauli apoſtoli caracteribus Michaelis furter Baſilee Impreſſa: ductu vero. & impenſis Wolfgangi Lachner ſtudioſis in medium data feliciter Anno Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quinto. Die vero decima ſexta menſis Octobris.* Auerſam paginam chartarum regiſtrum occupat. Accedit adhuc alphabetica materiarum tabula, tredecim foliis comprehenſa. Huius editionis meminit QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedicat.* p. 331. qui & duas editiones recenſet, quarum prima Baſileae 1475 & altera Bononiae anno 1491 in lucem prodiere.

X. *Sermones breues ſed perutiles Amici dicte, diuerſis ex doctoribus eorumque dictis ſparſim hinc inde collate in parteſque de tempore & ſanctis diuiſe.* Baſileae per Nicolaum Keſler anno 1495. in 4.

Titulum iſtum ex MAITTAIRE Annalibus exſcripſi, eoquod primum folium in noſtro exemplari deſideretur. Iſte vero illum ita fuiſſe expreſſum, teſtatur. In fronte folii ſecundi legitur: *Incipiunt Diſtinctiones Sermonum Amici.* Deſunt cuſtodes, & initiales litterae. Folia numeris romanis, & plagularum faſciculi litteris ſunt inſigniti. Typus eſt gothicus. Prima folii 172 pagina habetur regiſtrum, cui ſubiectum legitur: *Exaratum Baſilee per venerabilem Nicolaum Keſler Anno ſalutis. M. CCCC. XCV.*

XI. Ioannis Pici Mirandulani aduerſus Aſtrologos libri XII. Bononiae per Benedictum Hectoris anno 1495. in fol.

Integrum hoc opus romano, ac ſatis luculento charactere impreſſum 20 plagularum faſciculis conſtat. Prima initialis cuiuslibet libri ligno inciſa eſt; reliquae minutiori charactere ſunt indicatae. Cuſtodes, paginarum numeri deſiderantur. Faſciculi litteris ſunt ſignati. In fronte primae paginae capitalibus litteris legitur impreſſum: IOANNIS PICI MIRANDVLAE CONCORDIAE COMITIS DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER PRIMVS. In fine libri duodecimi ſequentia habentur: *Diſputationes has Ioannis Pici Mirandulæ concordiæ Comitis litterarum principis aduerſus aſtrologos: diligenter impreſſit Benedictus Hectoris Bononienſis adhibita pro viribus diligentia ne ab archetypo aberraret. Bononiæ Anno ſaltutis. M. CCCC. LXXXXV. Die vero. XVI. Iulii.* Accedunt PROOEMIVM OPERIS CONTRA ASTROLOGOS, *Ioannis Franciſci* PICI Mirandulani, qui operis praeſentis editionem procurauit, epiſtola ad *Oliuerium* CARAFAM Epiſcopum Sabinenſem, eiusdem epiſtola ad veritatis amatores, & operis tabula, quae vltimum plagularum faſciculum complectuntur. Hac

de

de ediione MAITTAIRE nullam habuit notitiam. BAVR eiusdem meminit, ac perraram adpellat.

XII. Ioannis de Lapide Carthufiani Refolutorium dubiorum circa celebrationem Miffae occurrentium. Coloniae per Henricum Quentell anno 1495. in 4.

In fronte operis, gothico charactere impreff, legitur: *Refolutorium dubiorum circa celebrationem miffarum occurrentium. per venerabilem patrem dominum Iohannem de lapide doctorem theologum parifienfem. ordinis Cartufienfis, ex facrorum canonum probatorumque doctorum fententiis diligenter collectum.* His fubiecta eft figura ligno incifa. Folio fecundo incipit operis Summarium, quod auerfa folii quinti pagina ipfum opus excipit. Defunt cuftodes, paginarum numeri, & initiales litterae. Ad calcem operis fequentia habentur: *Explicit refolutorium dubiorum circa celebrationem miffarum occurrentium Impreffum Colonie per Henricum Quentell. Anno domini. M. CCCC. XCV.* Aliam huius operis editionem fupra p. 23. N. III. recenfuimus.

XIII. *Egloga Theoduli* cum commentariis. Coloniae per Henricum Quentell anno 1495. in 4.

Opus iftud gothico charactere impreffum, excepto folio, quod titulus tantum occupat, 51 foliis conftat. Caret initialibus litteris, & cuftodibus. Folia tam numeris quam litteris funt infignita. In prima pagina legitur auctoris commentariorum prologus, quem mox in eadem pagina THEODVLI opus absque titulo excipit. Prima folii 50 pagina *Egloge Theoduli cum notabili commento feliciter finem habent. Impreffe in fancta ciuitate Colonienfi per Henricum Quentell Anno incarnationis domini. M. CCCC. XCV. Tertio Idus Februarii.* Auerfam eiusdem, & primam vltimi folii paginam *Regiftrum egloge Theoduli fecundum ordinem alphabeti formatum* implet.

THEODVLVS natione Italus, primum in Italia, deinde Athenis fcientiarum difciplinis vacauit, & Epifcopus conftitutus eft. Sunt, qui eum Caeles Syriae Presbyterum vocant, quos HONORIVS Augultodunenfis, THEODORVM & THEODVLVM diftinguens, refutat. Vixit feculo X. Scripfit vnam tantum Eclogam in tres libros diftinctam, qua Miracula V. T. cum veterum poetarum commentis compararantur. FABRIC, Bibl. *med. infim. Latin.* L. XIX. p. 232.

XIV. *Synonoma magiftri Ioannis de garlandia.* Coloniae per Henricum Quentell anno 1495. in 4.

Duodecim plagularum fafciculi, litteris fignati. in hoc opufculo litteris gothicis impreffo, numerantur. Caret initialibus litteris, cuftodibus, & paginarum numeris. Primam paginam occupat figura ligno incifa, *Ioannem* de GARLANDIA cum difcipulis exhibens, fupra quam titulus fupra memoratus legitur. Folio fecundo ipfum opus cum fuo commentario initium fumit. Ad finem fequentia habentur: *Impreffum Colonie per Henricum Quentel Anno domini. M. CCCC. XCV. Decimo quinto Aprilis.*



XV. *Textus equivocorum cum commento.* Anno 1495. in 4.

Externa huius editionis forma in omnibus praecedenti consonat. Eadem figura, supra quam titulus iste habetur, idem typus, eademque charta, ex quibus, & hoc opus ex eadem officina in lucem prodiisse, colligendum erit. Constat nouem plagularum fasciculis. In fronte secundi folii legitur: *Iohannes de* GARLANDIA. In fine vero: *Expliciunt equivocationes cum notabili expositione. Anno domini M. CCCC. XCV. mense Aprilis.*

XVI. *Libellus perutilis de fraternitate sanctissima & Rosario beate marie virginis fratris Iohannis de Lansßheym Canonici regularis in Kirßgarten prope Vuormaciam.* Moguntiae per Petrum Friedbergensem anno 1495. in 4.

Verba ista in primo folio reperiuntur impressa. Folio secundo praemissa *Ioannis* de VETERI AQVA Carmelitae ad auctorem epistola, incipit prologus operis, ipsum vero opus folio quarto. Octauum capitulum agit de Fraternitate S. ANNAE. Folio 16 *Sequuntur copie approbationis confirmacionis atque concessarum indulgentiarum pro fraternitate beate marie virginis de rosario siue psalterio.* Copias istas excipiunt quaedam miracula; ista autem *Rutgeri* SICAMBRI carmen in praesens opus, aliud in laudem Fraternitatis de Rosario & Hymnus in eiusdem encomium. In auersa folii 24 pagina *Desideratus iam pridem finis huic tersissimo opusculo imponitur per Petrum Friedbergensem Impressorie artis non ignarum in Aurea Maguncia Anno humane restaurationis. M. CCCC. XCV.*

XVII. *De proprietate monachorum tractatus perquam vtilis domini Iohannis tritemii abbatis spanhemensis ordinis sancti Benedicti.* Moguntiae per Petrum Friedbergensem anno 1494

Primam paginam folii primi titulus, auersam capitulorum argumenta occupant. Folio secundo *Incipit liber de proprietate monachorum &c.* Auersa folii 17 pagina iste terminantur. Tunc sequuntur duo carmina in eumdem librum, primum *Rutgeri* SICAMBRI, alterum *Theodorici* GRESENMVNDI, cui prima folii 18 pagina haec leguntur subiecta: *Impressum in nobile Ciuitate moguntina per Petrum. Friedbergensem Anno virginei partus Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto.* Praesens & immediate praecedens opusculum gothico charactere est impressum. Plagularum fasciculi litteris sunt insigniti: initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur.

XVIII. Alexandri Grammatici partes quatuor Doctrinalis cum sententiis notabilibus & vocabulorum expositione, nonnullisque adnexis argumentis, Norimbergae per Antonium Koberger anno 1495. in 4.

Prima pars 130 foliis constat. Primum folium operis titulus, duo sequentia prologus in illud complectitur. Folio quarto Textus ALEXANDRI cum expositione eiusdem incipit. Prima pagina folii 130 *Expositio exemplorum textus prime partis Alexandri equiuocorum & sinonimorum cum differentialibus* [illegible] *&c. Explicit feliciter Impressum per Anthonium Koberger in fam* [illegible] *Anno salutis. MCCCC. XCV.* Pars secunda in nostro exempla[illegible] & quarta 48 foliis comprehenduntur.

In

In fine legitur : *Alexandri grammatici due partes : tercia videlicet & quarta finiunt feliciter. Impresse per Antonium Koberger.* Doctrinale illud gothico charactere est impressum. Caret custodibus., & initialibus litteris. Plagularum fasciculos litteris, & folia primae partis, non vero tertiae, & quartae numeris signauit typographus.

XXI. *Vita Christi siue meditationes secundum seriem euangelistarum. per dominum Leutolphum de Saxonia patrem deuotum argentine in Carthusia professum ob laudem dei compilata.* Norimbergae per Antonium Koberger anno 1495. in fol.

Integrum hoc opus in duabus columnis gothico typo exscriptum 39. plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Custodes nulli occurrunt, nullique paginarum numeri. Initiales litterae potissimum paruae adparent. In prima pagina folii primi titulus supra relatus legitur; auersam capitulorum argumenta occupant. Folio secundo *Prologus Ludolphi Carthusiensis in meditationes vite iesu christi incipit.* Secunda columna folii quarti *Incipit liber de vita iesu christi.* In fine secundae partis sequentia habentur: *Presens opus vite christi secundum seriem euangelistarum. per Leutolphum de Saxonia patrem deuotum Argentine in Carthusia professum ob laudem dei & profectum proximi est effectum. & in inclita ciuitate Nurnberga per Anthonium Koberger bene visum sic effigiatum. Gratias & merito agimus deo altissimo quod vitam iesu christi eius vnigeniti filii hoc estiuali tempore perfecimus in vigilia Assumptionis virginis gloriose. Anno videlicet Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto.* Adiectum est registrum in euangelia totius anni, octo columnis contentum. Haec est quarta inter Norimbergenses editio, prima anno 1478, secunda 1483., tertia 1493 in lucem prodiere. Prima omnium, cuius cl. SEEMILLER Fasc. I. p. 60. meminit, anno 1474 sine typographi & loci indicio elucubrata est.

LVDOLPHVS *Saxo*, natione Germanus, patria Saxo post peractos in Professione Dominicana 26 vel 30 annos Carthusianis in Moguntino Coenobio nomen dedit, postea prior Carthusianorum Argentinensium electus est.

XX. *Specula omnis status humane vite Venerabilis patris Dyonisii prioris domus Carthusie in Ruremund.* Norimbergae per Petrum Wagner anno 1495 in 4.

Praemittuntur operi titulus iste, eiusdem contenta, *Petri* DANHAVSER epistola ad *Georgium* PIRCKAMER Priorem Carthusiae Norimbergensis, & capitulorum argumenta. Folio quinto *incipit Prologus libri sequentis qui continet quinque specula*, quorum primum folio septimo initium sumit. Constat hoc opus gothico charactere impressum quindecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt insigniti. Custodes nulli obseruantur, nulli paginarum numeri, aut initiales litterae. Ad calcem operis legitur: *Opus presens insigne & admodum vtile impensis Petri Wagner Nürenberge effigiatum feliciter finit Anno salutis cristiane millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto feria quarta post conuersionem sancti Pauli.*

XXI. S. Gregorii M. Moralium Libri XXXV. Parisiis per Vdalricum Gering & Berchtoldum Rembolt anno 1495. in fol.

In



In fronte operis legitur. *Moralia Diui Gregorii omni eruditione sacrarum Scripturarum refertissima : cum gemina tabula (quarum vna alphabetica serie materias singulas complectitur: altera passus sacre scripture extra Iob allegatos declaratosque continet) Nuper emendatissime Parisiis In sole aureo vici sorbonici Impressa.* In auersa folii primi pagina habetur miraculum de inuentione librorum moralium. Deinde folio secundo sequitur S. Doctoris epistola ad LEANDRVM Episcopum Hispalensem, quam tertia columna folii tertii praefatio excipit. Columna tertia sexti folii *Liber primus feliciter incipit.* Integrum hoc opus in duabus columnis praestanti admodum chartae, gothico pereleganti charactere nitidissime impressum, 42 plagularum fasciculis, qui litteris sunt insigniti, constat. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litteras paruas adiecit typographus, locos S. Scripturae in laterali margine adnotauit. In fine vltimi libri sequentia leguntur: *Expletum est opus istud Moralium beati Gregorii pape: summaque diligentia emendatum: cum suis allegationibus in margine cuiusque folii signatis. Impressum Parisiis per Vdalricum Gering Constan. & magistrum Berchtoldum Rembold Argen. sociorum. In sole aureo vici sorbonici commorantium. Anno ab incarnatione Domini M. CCCC. XCV. Die vero vltima octobris.* Accedunt duae tabulae, prima, cui DOMINICI *Brixiensis* Episcopi praefatio est praemissa, alphabetica est, secunda, quae romanis litteris est exscripta, Bibliorum sententias complectitur. Ad huius finem subiectum habetur *Berchtoldi* REMBOLD typographi symbolum. Aliam huius operis excellentissimi editionem P. I. p. 54 fusius descripsimus.

XXII. *Sophismata Alberti de Saxonia nupera emendata,* Parisiis per Felicem Baligault anno 1495. in 4.

Opus istud quatuordecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, contentum, in duabus columnis, rubris lineis vndique inclusis, albae, ac laeuigatae chartae gothico, ac nitido charactere impressum est. Initiales litterae paruae obseruantur, nulli vero custodes, aut paginarum numeri. In prima pagina folii primi legitur titulus supra relatus, cui typographi insignia subiecta habentur. Folio secundo *Sophismata viri acutissimi. Magistri Alberti de Saxonia: feliciter incipiunt.* Istis accedunt eiusdem *insolubilia*, ad quorum finem legitur: *Impressum est Parisii hoc opusculum sophismatum obligationum & insolubilium litteratissimi viri magistri Alberti de saxonia opera ac impensa. Magistri felicis baligault (prius tamen exactissime emendatum) In aedibus e regione domus collegiate Remensis nuper constructis ymagine diui stephani ornatis. Anno ab incarnatione dominica millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto.* Haec sequitur *Tabula Sophismatum Alberti de saxonia.* Editio haec est elegantissima, ac rarissima, de qua Bibliographi parum notitiae habuerunt.

ALBERTVS, natione Germanus, patria Saxo, ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI Alumnus, S. Theologiae Doctor Parisiensis, Viennensis Academiae Rector, ac Episcopus Halberstadiensis, pluribus doctrinae suae monumentis clarus, vixit Seculo XIV. OSSINGER *Bibl. August.* p. 798.

XXIII. *Opuscula diui Bernardi abbatis clarevallensis.* Venetiis per Simonem Biuilaquam anno 1495. in 8.

Praemittuntur opusculis istis praeter titulum *Philothei monachi*: *De vita & moribus Diui Bernardi abbatis Clareuallis: congregationis cisterciensis: ex ordine Beatissimi patris Benedicti Carmen encominasticon*, & opusculorum tabula, quae litteris romanis sunt expressae.

Deinde



Deinde incipiunt S. Doctoris opuscula, in duabus columnis gothico charactere impressa, & 41 plagularum fasciculis contenta. Signaturae, & litterae initiales paruae occurrunt, nulli vero custodes, aut paginarum numeri. In fine legitur ad lectorem editoris epilogus, cui subiectum habetur: *Castigata sunt hec opera Diui Bernardi Abbatis Clareuallensis per venerabilem Monachum dominum P. de Brixia. Impressaque per Simonem Biuilaqua Papiensem Venetiis: ad laudem omnipotentis dei nec non & matris eius Virginis marie. Quin etiam & Diui Bernardi. die. XVII. M. CCCCLXXXXV.*

XXIV. S. Antonini Archiep. Florent. trialogus super euangelium de duobus discipulis euntibus in Emaus. II. Baptistae de Finaria trialogus de contemtu mundi. III. Humberti epistola de votis & tractatus de veris & falsis virtutibus. Venetiis per Ioannem Emericum de Spira anno 1495. in 8.

In prima pagina folii primi leguntur huius voluminis contenta rubro colore expressa. Auersam figura ligno incisa CHRISTVM & duos discipulos euntes in Emaus exhibens, occupat. In fronte secundi folii rubro colore impressum habetur: *Disputatio domini Iesu in effigie peregrini cum duobus discipulis euntibus in Emaus facta: complectens declarationem figurarum sacre scripture de christi incarnatione passione & resurrectione loquentium a reuerendissimo & sanctissimo patre & domino beato Antonino archiepiscopo florentino ordinis predicatorum per modum trialogi edita incipit.* Ad huius trialogi finem folio 59 legitur epistola FRANCISCI *Castilionensis* super vita B. Antonini, cum epitaphio eiusdem sancti. Haec priores nouem plagularum fasciculos complectuntur. Sequitur deinde BAPTISTAE *Finariensis* Ord. Praedic. trialogus de contemtu mundi *Thomae* de LEVCO Generali eiusdem ordinis inscriptus, cui quaedam ex S. BERNARDO excerpta sunt subnexa. Constat hic trialogus tribus fasciculis. Istum excipiunt HVMBERTI eiusdem ordinis alumni epistola, & tractatus, quibus adnexae sunt *Hieronymi* SAVONAROLAE regulae quaedam, & HIERONYMI *Ferrariensis* oratio. Ad finem istorum legitur: *In nomine sancte trinitatis isti tres tractatus vtilissimi feliciter expliciunt. Impressi venetiis per Ioannem Emericum de Spira. Anno incarnationis M. CCCC. XCV. sexto Klas Maii.* His subiectum est typographi symbolum. Typus est gothicus minusculus. Singulae paginae in duas distinctae sunt columnas. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Primae litterae initialis loco cuiuslibet tractatus figura ligno incisa episcopum exhibens posita est.

XXV. *Liuii Decades.* Venetiis per Philippum Pincium anno 1495. in fol.

Praemittuntur operi IOANNIS *Aleriensis*, qui editionem Romanam anni 1470 procurauit, ad PAVLVM II. epistola, & L. FLORI Epitoma XIV. Decadum, praesentis operis capita, LIVII praefatio, & *Antonii* SABELLICI adnotationes in LIVII decades, in quarum fine praefatio memorata repetitur. Haec omnia viginti foliis constant. Primae paginae partem potissimam figura ligno incisa occupat, in qua etiam ipsum opus incipit. Constat illud 253 foliis, quae numeris romanis, & litteris signata sunt. Typus est romanus, ac elegans. Initiales litterae epitomae, & primae librorum florentes sunt ligno incisae, reliquarum vero locum figurae aeque ligno incisae, & materiae adcommodatae occupant. Custodes desiderantur. Auersa folii 253 pagina *T. Liuii patauini Decades expliciunt. Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum: summa cura & diligenti studio Impressae. Anno*



ab Incarnatione domini. M. CCCCXCV. III. nonas nouembris. Imperante Sereniſſimo Auguſtino Barbadico Venetiarum duce fœliciſſimo. His ſubiecta ſunt chartarum regiſtrum & ſymbolum litteris L. & A. ſignatum ac rubro colore expreſſum. Eodem anno idem opus Mediolani typis excuſum eſt, de quo MAITTAIRE & HARWOOD mentionem faciunt. Alia huius operis editio P. I. p. 92 deſcripta habetur.

XXVI. Heſiodi, Theocriti, Theognidis opera: Pytagorae aurea carmina, Phocylidis; Verſus Sibyllae Erythreae: ſententiae ſapientum, Catonis Romani monita & Diſticha. Graece per Aldum Venetiis anno 1495. in fol.

Hoc volumen 140. foliis conſtat. Initiales litterae florentes ligno elegantiſſime inciſae conſpiciuntur. Cuſtodes, & ſignaturas adponi curauit typographus. Paginarum numeri deſiderantur. Charta tam albedine, quam nitore, ac marginum amplitudine ſuperbit. In prima pagina folii primi ea, quae in hoc volumine continentur, opera tam graece quam latine adſignata ſunt. In auerſa eiusdem legitur *Aldi Manutii* Romani ad *Baptiſtam* GACARINVM epiſtola, in qua primo, quae opera in hac collectione comprehendantur, diſſerit. Deinde pergit: *Siqua leges incaſtigata magiſter doctiſſime tam hic quam in cæteris libris: quos ego ad communem ſtudioſorum omnium utilitatem curo imprimendis (nam eſſe aliqua non eo inficias) non mihi imputes: ſed exemplaribus. Non enim recipio me emendaturum libros. nam in quibuſdam Oedipo coniectore opus eſſet, ita enim mutilati quidam ſunt & inuerſi: ut ne ille quidem qui compoſuit ſi reuiuiſceret: emendare poſſet. Sed curaturum ſummo ſtudio ut uel ipſo exemplari imprimantur correctiores. Sic in Appollonio grammatico fecimus. . . . . . Sed periniqui ſunt & ingrati ſi qui ſunt qui me accuſent. His ego nihil imprecarer: niſi ut quemadmodum ego: ita & ipſi curarent aliquando imprimendos græcos libros. Sentirent certe longe aliter.* Deinde incipiunt THEOCRITI opera, quae prima folii 50 pagina terminantur. THEOCRITVM excipiunt CATONIS monita. Vltimum locum obtinent HESIODI opera. In prima vltimi folii pagina haec tantum leguntur: *Impreſſum Venetiis characteribus ac ſtudio Aldi Manucii Romani cum gratia &c. M. CCCC. XCV. Menſe Febuario.* In auerſa vero HESIODI operum elenchus habetur. Editio elegantiſſima haec, ac excellentiſſima typo nitido admodum & praeſtanti expreſſa bibliothecarum cimeliis merito adnumeratur.

XXVII. Alphabetum graecum cum multiplicibus litteris: de poteſtate litterarum omnium & diphtongorum: Abbreuiationes perpulchrae: Oratio Dominica: Salutationes duae ad B V. Mariam: Symbolum Nicaenum: Initium Euangelii S. Ioannis: carmina aurea Pythagorae: Phoclidis poema. Graece & latine. Venetiis per Aldum Anno 1495. in 4.

Praemittitur his opuſculis ALDI ad Studioſos epiſtola, digna, ut integra exſcripta ab omnibus legatur. Eſt ſequentis tenoris. *Nihil Præmittere eſt animus, quod utile credamus futurum iis, qui græcas litteras diſcere concupiſcunt optimeque ſcire latine. Quam ob rem græcas litteras omnis ac diphtongos earumque nomina & poteſtatem ac quemadmodum in latinum traſſerantur cum exemplis ad id accommodatis annotauimus.. addidimus etiam abbreuiationes ſcitu quidem pulcherrimas & quia operæ pretium exiſtimauimus ſcire græce adoleſcentulos ſalutationem Angeli ad Beatiſſimam Virginem: exulumque filiorum Euæ ad eandem necnon*

Diui



Diui Ioannis Euangelium In principio erat uerbum. Item symbolum Apostolorum. haec omnia graece curauimus imprimenda: atque e regione latinam interpretationem &c. . . . Omnem uitam decreuimus ad hominum utilitatem consumere. Deus est mihi testis nihil me magis desyderare quam prodesse hominibus. quod & anteacta uita nostra ostendit ubicunque uiximus & ostensurum speramus (quando id uolumus) in dies magis quamdiu uiuimus in hac lachrymarum ualle & plena miseriae Dabo equidem operam ut quantum in me est semper prosim. nam etsi quietam & tranquillam agere uitam possumus: negotiosam tamen eligimus & plenam laboribus. natus est enim homo non ad indignas bono uiro & doctos voluptates. sed ad laborem & ad agendum semper aliquid uiro dignum. non torpeamus igitur non uitam in otio uentri somnoque reliquisque uoluptatibus indulgentes transeamus ueluti pecora. Nam (ut inquit Cato) Vita hominis prope uti ferrum est. ferrum. si exerceas, conteritur, si non exerceas tamen rubigo interficit. ita si homo exerceat consumitur, si non exerceat torpedo plus detrimenti affert quam exercitatio. Sed omissis de re dicere incipiamus. hæc tam multis uerbis dixi amore incredibili erga omnes homines incitatus meo.

Folio secundo incipit Alphabetum, quod auersa folii septimi abbreuiationes, istas auersa folii octaui oratio dominica excipiunt. Auersa folii 24 pagina legitur ALDI epilogus ad studiosos sequenti cum subscriptione: VALETE VENETIIS M. CCCC. LXXXXV. OCTAVO MARTII. Desunt custodes, & paginarum numeri. Typus tam graecus, quam romanus elegans est, & praesentem maxime commendat editionem, cuius MAITTAIRE T. IV. P. II. p. 593 meminit.

XXVIII. *Biblia cum glosis ordinariis: & interlinearibus: excerptis ex omnibus ferme Ecclesie sancte doctoribus: simulque cum expositione Nicolai de lyra: & cum concordantiis in margine.* **Voll. IV. Venetiis per Paganinum de Paganinis anno 1495. in fol.**

In fronte primi voluminis, quod 484 foliis constat, conspicitur figura ligno incisa S. PETRUM exhibens, super quam haec legitur inscriptio: *Liber uite*; infra vero verba supra relata habentur impressa. In auersa folii primi pagina legitur animaduersio ad intelligentiam ordinis, & signorum huius operis. In prima folii secundi columna habetur *Bernardini* GADOLI, qui praesentem editionem eodem anno procurauit, ad *Franciscum* PICOLOMINEUM Cardinalem epistola, quam in eadem columna tractatus de *libris canonicis & non canonicis*, & istum Bibliorum translatores excipiunt. Folio tertio incipit primus *Nicolai* de LYRA prologus. Tertia columna folii quarti inchoat S. HIERONYMI epistola. Folio 15. *Incipit liber Genesis, qui dicitur hebraice Bresith.* Primum volumen libros *Moysis, Iosue, Iudicum, Regum, Paralypomenonis, Esdrae, Tobiae, Iudith, & Hester* complectitur. Volumen secundum, foliis 196. contentum, librum *Iob, Psalterium*, libros SALOMONIS & *Ecclesiasticum* comprehendit. Volumen tertium *Prophetas*, & libros *Machabaeorum*, & quartum nouum testamentum continent. In fine adiectae habentur *Nicolai* de LYRA quaestiones iudaicam perfidiam improbantes. Ad calcem operis legitur: *Glosa ordinaria vnacum postill ve. f. Nicolai de lyra or. mi. feliciter finit. anno salutis nostre M. CCCCLXXXXV. die vero aprilis XVIII. Venetiis impressa per Paganinum de paganinis brix. summo labore ac studio: nec non & emendata per ven. fratrem Bernardinum gadolum diui Michaelis murani priorem. Laus honor & gloria summo deo patri omnipotenti atque beatissime virgini Marie. Amen.*



Integrum hoc opus in duabus columnis eleganti chartae charactere gothico impressum 1398. foliis 15 exceptis foliis, quae Genesin praecedunt, constat. Signaturas, foliorum numeros, initiales litteras paruas ac custodes typographus adiecit.

XXIX. *Sermones Peregrini de tempore & de sanctis per anni circulum.* Anno 1495. in 4.

Verba ista primo folio leguntur. Sequitur alphabeticus materiarum index, quem tabulae sermonum & chartarum registrum excipiunt. Folio nono *Incipiunt Sermones notabiles & compendiosi De tempore & sanctis. fratris Peregrini sacre theologie professoris &c.* Impressi sunt isti gothico charactere in duabus columnis, & 29 fasciculis plagularum, qui litteris sunt signati, comprehenduntur. Carent initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. Ad calcem eorum sequentia habentur: *Fratris Peregrini in regionem diuine pagine peregre proficiscentis doctoris clarissimi de tempore sanctisque per circulum anni sermones populares quam vigili cura denuo correcti. hic finem comprehendunt feliciter. Anno domini M. CCCC. XCV. Pridie denique Nonarum Septembrum.* Alia huius operis editio P. I. p. 78. descripta habetur, vbi quoque de auctore agitur.

XXX. Feliciani Ord. Praed. tractatus de Praedestinatione diuina. Anno 1495. in 4.

Tractatus iste gothico charactere exscriptus quindecim folia complectitur. Desunt initiales litterae, custodes, & paginarum numeri. Primam paginam occupat figura ligno incisa, exhibens diuinam prouidentiam, in cuius sinu homo quiescit, & quam supra p. 133. N. XII. descripsimus. In auersa leguntur diuersae sententiae de diuina praedestinatione. In prima folii secundi pagina *Registrum huius opusculi* reperitur. In auersa eiusdem *Incipit tractatus fratris feliciani ordinis predicatorum doctoris eximii de diuina predestinatione intitulatus.* Prima pagina folii 15. *Explicit tractatulus fratris Feliciani &c Impressus Anno salutis nostre M. CCCC. XCV.*

XXXI. *Stilpho Iacobi Vympfelingi.* Anno 1495. in 4.

Inscriptio ista in prima pagina folii primi habetur. In auersa eiusdem legitur *Eucharii Gallinarii* BRETHEMII ad *Bertholdum* KYRSMANNVM epistola. Folio secundo incipit ipsum opusculum, decem foliis contentum, & gothico charactere impressum, quod apologiam quamdam instar Comoediae, in qua auctor ex diuerso duarum personarum statu vacillantem mundi fortunam canit, complectitur. STYLPHO enim ad romanam curiam se recipit, Roma dein profectus, saccum bullis apostolicis & processibus plenum asportabat; ast per ignorantiam coactus renuntiare bullis, demum pascendorum porcorum prouinciam suscepit. Alter VINCENTIVS iurium litteris inuigilans, Palatini Principis gratia, primum Cancellarius, dein Praesul renuntiatus est. In fine conclusionis legitur: *Anno christi impressum M. CCCC. XCV.* Desunt custodes, & paginarum numeri, & initiales litterae.

Anno



Anno MCCCCXCVI.

I. *Secunda pars totius summe maioris beati Antonini.* Argentinae per Ioan. Grüninger anno 1496. in fol.

Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis impressum 34 plagularum fasciculis constat. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. In laterali margine ea, quae in opere pertractantur, adnotata sunt. Titulus supra relatus in prima pagina folii primi maiusculis litteris impressus habetur. Folio secundo *Incipit proemium Secunde partis summe Clarissimi ac doctissimi viri fratris domini Antonini ordinis predicatorum archiepiscopi Florentini*, quod tabula generalis excipit. Folio quinto *Incipit secunda pars summe* &c. Ad calcem operis legitur: *Pars hec summe Secunda domini Anthonini archiantistitis florentin. preclarissimi, in nobili urbe Argentina per magistrum Iohannem Grüninger accuratissime: nitidissimeque elaborata: & denuo reuisa Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Kalendarum vero Maii octauo. Finit feliciter.* Non secundam partem solum, sed integram Summam quatuor voluminibus contentam Argentinae fuisse impressam, MAITTAIRE T. IV. p. 616 testatur.

II. *Mariale eximii viri Bernardini de busto ordinis seraphici Francisci: de singulis festiuitatibus beate virginis per modum sermonum tractans, omni theologia copiosum denique vtriusque iuris auctoritatibus applicatis; & arte humanitatis refertum in omnibus allegationibus promptissimus.* Argentinae per Martinum Flach. Anno 1496. in fol.

Verba ista in prima pagina folii primi impressa leguntur. Folio secundo legitur operis dedicatio ad ALEXANDRVM VI. quam alphabeticus materiarum index, qui tertia columna folii 14 terminatur excipit. Huic carmina operis contenta explicantia habentur subiecta. Folio 15, praemisso prologo, primus sermo incipit. In fine operis legitur: *Mariale De excellentiis Regine celi, Impressum per Martinum flach inibi conciuem. Anno a natiuitate domini Millesimo quadringentesimo, nonagesimo sexto. Mensis vero Iulii die vicesimo sexto Finit feliciter.* Opus istud 53 plagularum fasciculos, litteris signatos, complectitur. Typus est gothicus. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Initiales litterae paruae adparent. Custodes, & paginarum numeri desiderantur.

Bernardus de BVSTIS, natione Italus, patria Mediolanensis, ex *Bustorum* familia oriundus, Ordinis Minorum Alumnus, vir fuit doctus in litteris humanioribus, in Theologia, Philosophia, Iurisprudentia, Poesi, atque in S. Scriptura versatissimus, ac concionator in Italia suo aeuo celebratissimus. Obiit tam doctrina, quam vitae sanctitate conspicuus in Melegnani oppido anno 1480; iuxta alios vero annum 1500 superuixit. *Philipp.* ARGELATI in *Bibl. Script. Mediol.* col. 244.

III. *Postilla cum sermonibus euangeliorum dominicalium eximii doctoris Nicolai de dynckelspuel per circulum anni.* Argentinae anno 1495. in 4.

Integrum hoc opus, gothico charactere in duabus columnis impressum, 34 plagularum fasciculis comprehenditur. Signaturas, & initiales litteras paruas adiecit typographus; custodes vero, & paginarum numeros omisit. Verba supra relata in prima leguntur pagina.

 Folio



Folio fecundo incipit tabula alphabetica fex foliis contenta. Folio feptimo *Sermones refolutiffimi doctoris Nicolai dynkelfpuel de tempore per circulum anni feliciter incipiunt.* Ad calcem operis fequentia habentur : *Opus poftillarum euangeliorum dominicalium per circulum anni vulgatiffimi doctoris Nicolai de dynckelfpuel: quem dominus Anthoniuus in fua tercia parte pro autentico allegat atque in conftantienfi concilio nominatiffimum. quod teftatur fe feciffe Anno. M. CCCCXX. non minus diligenter reuifum atque impreffum quam vtile in infigni ciuitate Argentin. anno. M. CCCC. XCVI.*

IV. *Paftorale Sancti Gregorii pape.* Argentinae anno 1496. in 4.

Titulus ifte in folio feparato legitur operi praefixus. Opus hoc in duabus columnis gothico charactere impreffum tredecim plagularum fafciculis, qui litteris funt fignati, conftat, & nullos exhibet cuftodes, aut paginarum numeros, nullasque maxima ex parte initiales litteras. In fronte eiusdem legitur : *Incipit liber regule paftoral. Gregorii pape ad Iohannem archiepifcopum Rauennenfem.* In fine fequentia habentur : *Explicit liber regule paftoralis Gregorii pape. ad Iohannem archiepifcopum Rauennenfem. Impreffus Argentine. Anno domini M. CCCC. XCVI. Finito in die eiusdem fancti Gregorii pape.*

V. Wolfgangi Aitinger Tractatus fuper textum reuelationum Methodii Epifcopi Partinenfis. Auguftae per Ioan. Frofchauer anno 1496. in 4.

Octo tantum plagularum fafciculis hoc opufculum gothico charactere impreffum conftat. Signaturas, & litteras initiales ligno incifas adpofuit typographus, nullos vero cuftodes, aut paginarum numeros. In prima folii primi pagina legitur : *Titulus in libellum fancti Methodii martyris & epifcopi Partinenfis ecclefie prouincie grecorum continens in fe reuelationes diuinas a fanctis angelis factas de principio mundi & eradicatione variorum regnorum atque vltimi regis romanorum geftis & futuro triumpho in turcos atque deliberatione chriftianorum ac oppreffione farracenorum. de reftauratione ecclefie & vniuerfali pace cum autenticis concordantiis prophetiarum deque confummatione feculi hic annotatur.* In auerfa eiusdem incipit praefatio, quam auerfa folii fecundi pagina ipfae S. METHODII reuelationes, charactere, quem tabula I. N. V. exhibet, impreffae, fequuntur. Finiuntur iftae auerfa folii 18 pagina, linea vndeuicefima, cui fubiectum habetur : *Et tantum de libello fancti Methodii martyris & epifcopi Partinenfis prouincie Grecorum qui propter fidem catholicam mancipatus fuit carceribus angelo fibi reuelante hunc confcripfit libellum quem beatus Hieronymus in opufculis fuis inter viros illuftres & antiquiffimos hyftoriographos multum commendat. & de hoc reperies etiam in lira fuper prefatione Danielis.* Folio vicefimo *Incipit Tractatus fuper Methodium qui in fe continebit quinque capitula. quorum primum eft de profeffione terre fancte.* Hic tractatus minufculo charactere eft expreffus. In fine fequens legitur notitia :

Tractatus continens in fe quinque capitula de fine quinti flagelli ecclefie fuper textum diuinarum reuelationum beati Methodii martyris cum prefatione ac concordantiis autenticis notabilibusque diuerfis textui conformiter applicatis. Hic completur laboriofa cura & ingenio Wolfgangi Aytinger clerici ac incole Auguften. vindelicorum Artium magiftri necnon Iuris vtriusque promotum Qui motu compaffionis orthodoxe fidelium modo mancipatorum in altera fecundaque Babylonia videlicet Turcia qui in fanguine agni nobifcum redempti funt. Ac pro fpeciali confolamine deliberationis eorundem per magnum triumphum regis Romanorum & catholicos in proximo conflictu habendo cum Ifmaheliticis. ficut libellus prefentis opufculi vere delucidat pro quo feliciter orate.

orate. Impressum per sagacem virum Iohannem Froschauer conciuem vrbis prefate. Anno salutis nostre. M. CCCC. XCVI. Kalendas Septembris.

Editio praesens prima omnium laudatur, quam & aliae, tum seculo XV, tum XVI. typis euulgatae, & a Cl. DENIS in *Histor. typogr. Vienn.* p. 427. & a Cl. VEITHIO in *Alphab.* IV. *Bibl. August.* p. 427. recensitae, fuerunt secutae. Reuelationum auctor non senior METHODIVS, qui DIOCLETIANI tempore Martyrium subiit, sed iunior, Patriarcha Constantinopolitanus, qui seculo IX. florebat, ab eruditis celebratur. Commentarios *Wolfgangus* AITINGER, qui temporibus *Friderici* a ZOLERN, & *Henrici* a LICHTENAV Episc. August. vixit, composuit. V. Cl. VEITHII *Bibl. August. Alph. IV.* l. cit.

VI. *Viola sanctorum seu Martyrologium.* Augustae per Ioan. Froschauer anno 1496. in 4.

Titulum istum excipit *Registrum sanctorum in hoc libello contentorum dirigens a numero foliorum.* Registrum sequitur opus, cui breuis praemissus est prologus. Constat istud 134 foliis. Characteres, quibus impressum, sunt plane iidem, quos tabula I. N.V. exhibet. Litteras initiales ligno incisas, signaturas, &foliorum numeros typographus adiecit. Custodes desiderantur. Prima folii 134 pagina *Viola sanctorum finit feliciter Anno domini. M.CCCC. XCVI. X. Kal. Ianuarii. Auguste impressum per Iohannem Froschauer.*

VII. *Ein guts nuczlichs buchlin von den aussgeprenten wassern.* Augustae per Ioan. Froschauer anno 1496. in 4.

Hoc opusculum duobus fasciculis plagularum contentum eodem typo, quo immediate praecedens, impressum est. Caret custodibus, & paginarum numeris. Signaturas, & initiales litteras typographus adposuit. Titulus supra relatus solummodo in primo folio legitur. In fronte secundi folii sequentia habentur: *Hienach steend verzeichnet die aussgeprantten wasser. in wölcher maß man die zu den gelidern nützen vnd brauchen sol. alsdann meister Michel Schrick doctor der ertznei die beschriben hat. vnd ist güt vnd nützlich zewissen.* Ad calcem operis legitur: *Getruckt vnd vollenndet von Iohanni Froschauer in der Kaiserlichen stat Augspurg. Anno domini. M. CCCC. XCVI.* Editionem praesentem Cl. ZAPFIVS, & Cl. PANZER qui plures, quae nostram praecesserunt, memorarunt, penitus ignorauerunt; ex quo insignis eiusdem raritas elucescit.

VIII. *Composita verborum cum commento notabili.* Augustae per Ioan. Froschauer anno 1496. in 4.

Titulo isti figura ligno incisa, saluatorem exhibens, in prima pagina folii primi subiecta conspicitur, Folio secundo ipsum opus absque titulo incipit. Caret paginarum numeris, &custodibus. Character est idem, quo immediate praecedentia sunt impressa. Plagularum fasciculi septem numerantur. Ad calcem operis legitur: *Impressum Auguste per Iohannem Froschauer. Anno domini. M. CCCC. XCVI.* Accedit tractatus de verbis deponentialibus, tribus plagularum fasciculis contentus. In prima eiusdem pagina figura supra relata cum sequenti inscriptione occurrit: *Verba deponentalia Iohannis Sinthen.* In fine vero haec tantum habentur: *Finiunt verba deponentalia.* Alterius editionis p. 51 mentio facta fuit. De praesenti cl. ZAPFIVS nullam habuit notitiam.

IX. *Ex-*

IX. *Expositio beati Gregorii pape super Cantica canticorum.* Basileae per Michaelem Furter anno 1946. in 4.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur. Folio secundo *Prefatio beati Gregorii pape super Cantica canticorum feliciter incipit.* Ipsa expositio tertia columna folii secundi initium sumit. Ad calcem operis haec habentur: *Expositio beati Gregorii pape super Cantica canticorum feliciter explicit. Impressa Basilee Anno domini. Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Die vero decimo tertio Mensis martii. Laus deo.* Quatuor plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, absoluuntur. Desunt custodes, paginarum numeri. Initiales litterae paruis sunt adnotatae.

X. *Libri dialogorum sancti Gregorii pape.* Basileae per Michaelem Furter anno 1496. in 4.

Nouem plagularum fasciculis hoc opusculum absoluitur. Externa eiusdem forma in omnibus cum immediate praecedente conuenit. Titulus supra relatus in prima pagina folii primi legitur. In auersa eiusdem incipiunt capitulorum argumenta. Folio quarto, praemissa praefatione, liber primus dialogorum initium sumit. In prima columna vltimi folii haec tantum leguntur: *Libri dyalogorum beati Gregorii pape: vnacum annotationibus capitulorum feliciter expliciunt. Impressi ac diligentissime correcti Basilee per Michaelem Furter: sub anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Laus deo.*

XI. *Pastorale beati Gregorii pape.* Basileae per Michaelem Furter anno 1496. in 4.

Verba ista tantum in primo folio leguntur. Secundum adnotationes capitulorum occupant. Folio tertio *Beati Gregorii pape: in librum pastoralis cure ad Iohannem Rauennatis vrbis Episcopum Prologus feliciter incipit;* secunda vero eiusdem columna prima pars inchoat. Opusculum istud, cuius externa forma immediate praecedenti correspondet, septem plagularum fasciculis constat. Ad calcem eiusdem sequentia habentur: *Beati Gregorii pape: Liber cure pastoralis insigni laude commendatus: diligenti studio emendatus ac debita distinctione partitus: vigilantique cura in vrbe Basiliensi arte impressoria perfectus: feliciter explicit. Sub anno domini. Millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto: die vero decimo quinto Mensis Februarii. Laus deo.*

Liber iste regulae pastoralis a S. GREGORIO in ipso sui Pontificatus exordio scriptus, ex omnibus eiusdem elucubrationibus praestantissima censetur, ac vtilissima non solum Episcopis aliisque animarum Pastoribus, & Rectoribus, sed etiam omnibus & singulis Christianis, maxime quibus regendae familiae cura incumbit. Hinc ab vniuersis tam Graecis, quam Latinis auide expetitus, magno adplausu exceptus est. *Patres Mauriani in Praefat. ad Lib. Reg. Pastor.*

XII. *Moralia Sancti Gregorii* vnacum auctoritatum S. Scripturae tabula. Basileae per Nicolaum Kesler anno 1496. in fol.

Verba ista in primo folio leguntur maioribus litteris ligno incisis impressa. Deinde sequitur alphabeticus materiarum index sexdecim foliis contentus. Ipsum opus in duabus colum-

columnis gothico charactere impressum, & 54 plagularum fasciculis comprehensum ab epistola S. Doctoris ad Leandrum incipit. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. In fine vltimi libri legitur: *Exaratum diligentissimeque emendatum est opus presens moralium sancti Gregorii pape In officina Nicolai Keßlers Basilien. Anno domini. M. CCCC. LXXXXVI.* His subiecta sunt typographi insignia. Adcedit *Tabula Auctoritatum Biblie* quindecim foliis contenta. Alterius editionis P. I. p. 54 mentionem fecimus.

XIII. Francisci Petrarchae opuscula. Basileae per Ioannem de Amerbach anno 1496. in fol.

Praemissa est opusculis istis principalium sententiarum adnotatio 121 foliis contenta. In prima pagina folii primi legitur *Librorum Francisci Petrarchæ Basileæ Impressorum Annotatio*; in auersa vero *De Commendatione Impressionis Francisci Petrarchæ Elogium Sebastiani Brant.* Folio secundo *Clarissimi & insignis uiri Francisci Petrarchæ Romanæ-* sic *- nuper laureati Bucolicum Carmen in duodecim Aeglogas distinctum: Quarum prima cui Titulus est Parthenias: Fæliciter incipit.* Carmen istud tribus plagularum fasciculis constat. Deinde sequitur *Franciscus Petrarcha: De Vita Solitaria.* Hic liber, PHILIPPO Caualliscensi Episcopo inscriptus, vnacum libro de *uera sapientia* sex fasciculos complectitur. Illos excipiunt dialogi de *remediis vtriusque fortunae* sexdecim fasciculis contenti; istos vero PETRARCHAE *Secretum*, in quo de contemtu mundi colloquio trium dierum disputatur; Secretum libri IV. de *rebus memorandis*, & alii libri quatuor *inuectiuarum contra quemdam medicum.* His Adcedunt *opus Epistolarum* & *septem psalmi poenitentiales*, quae duodecim fasciculos comprehendunt. Subiungitur deinde *epitoma illustrium virorum*, in cuius fine haec legitur notitia: *Cum ad hoc opusculum intentus hactenus scripsisset ipse uates celeberrimus Franciscus Petrarcha: obiit rediturus ad astra: Cuius Epitoma uirorum Illustrium: Explicit.* Istam mox excipit eiusdem Supplementum A LORBARDO de SIRICHO Patauino compositum. Finem imponit *Beneuenuti* de RAMBALDIS libellus, qui *Augustalis* dicitur, NICOLAO *Marchioni Aestensi* inscriptus. Ad calcem istius sequentia habentur: *Explicit Liber Augustalis: Beneuenuti de Rambaldis cum pluribus aliis opusculis Francisci Petrarchæ: Impressis Basileæ per Magistrum Ioannem de Amerbach: Anno salutiferi uirginitatis partus: Nonagesimo sexto supra millesimum quaterque centesimum.*

Characteres, quibus haec opuscula impressa, sunt romani, ac perelegantes. Signaturas, & initiales litteras paruas adiecit typographus. Custodes, paginarum numeri desiderantur. Editionis huius praeter MAITTAIRE meminit & BAVR T. III. *Bibl. vniuers.* p. 189. vbi per typographicum errorem pro anno 1496. annus 1469 legitur expressus.

XIV. Epitomata seu reparationes totius philosophiae naturalis Alberti M. scriptis conformes. Coloniae per Henricum Quentell anno 1496. in 4.

Integrum hoc opus gothico charactere impressum, 58 plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Initiales litterae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Primam paginam folii primi figura ligno incisa, ALBRRTVM ad discipulos loquentem, exhibens occupat, supra quam sequentia habentur impressa: *In Epitomata totius naturalis philosophie que trito sermone reparationes appellantur Alberto centonas continentia. in bursa Laurentiana florentissimi Agrippinensis gymnasii castigatissime edita epigramma ad lectorem*, quod in auersa eiusdem legitur. Folio secundo incipiunt reparationes octo librorum physico-

 lib.



rum, quas illae de coelo & mundo excipiunt. Deinde sequuntur reparationes in libros de *generatione*, *metheororum*, de *anima*, de *sensu* &. *sensato*, de *memoria* & *reminiscentia*, de *somno* & *vigilia*, & de *longitudine*, ac *breuitate* vitae. Ad calcem sequens habetur notitia: *Epitomata totius philosophie naturalis que vulgato sermone Reparationes appellantur Alberti magni philosophi acutissimi & theologi profundissimi scriptis conformia per Magistrum gerardum herderwicensem sacre theologie licentiatum. quo ad octo libros physicorum duos de anima & primum paruorum naturalium. & quo ad reliquos omnes per reuerendum virum artium liberalium magistrum & sacre theologie baccalaurium Burse laurencii famosissimi agrippinen. Colonie gymnasii cum aliis sacre theologie professoribus & licentiatis regentes emendatissime ad vtilitatem omnium textum Aresloteles intelligere cupientium elaborata. & per honestum virum Henricum quentel Coloniensem ciuem nitidissime characterizata Anno virginalis partus Millesimo quadringentesimo supra nonagesimum sexto pridie calendas martias. ad finem desideratum non exilibus impensis sunt producta ad laudem summi naturatoris a quo cunctis entibus deriuatum est esse & viuere. His quidem clarius his vero obscurius in secula seculorum benedicti. Telos totius operis multis retro temporibus a studentibus liberalium artium desiderati.*

XV. Nicolai de Lyra Praeceptorium cum aliis breuibus tractatibus. Coloniae per Ioan. Landen anno 1496. in 8. min.

Opusculum istud 21 plagularum fasciculis contentum, gothico charactere impressum est. Caret initialibus litteris, custodibus, & paginarum numeris. Primam paginam primi folii tituli tractatuum, auersam vero *Antonii* LIBERI Susatensis in laudem vrbis Coloniae Epigramma occupant. Folio secundo *Venerabilis fratris Nicolai de lyra ordinis seraphici Francisci. preceptorium siue expositio triphariа breuis & vtilis in decalogum legis diuine Incipit feliciter.* Praeceptorium excipiunt tractatulus de *decimis*, compendium de *vita Antichristi interrogationes faciendae infirmo*, rubricae de *articulis fidei*, de *septem peccatis capitalibus*, & de *extremo iudicio.* In fine legitur: *Explicit preceptorium vene. Nicolay de lyra cum aliis quibusdam tractatulis perutilibus. predicantibus necnon confessiones audientibus multum conueniens Impressum Colonie per me Ioannem Landen. Anno domini M.CCCC.XCVI. Nono mensis Marcii.*

XVI. *Tractatus descriptionum morborum in corpore humano existentium. Cum tractatulo de virtutibus benedicte quercus in foliis* &c. Anno 1496. in 4.

Titulus iste in primi folii prima pagina legitur; in auersa vero habentur antidota contra venenum, & *tabula terminorum in libello isto contentorum cum eorum theacnico.* Folio secundo *Incipiuntur descriptiones morborum in corpore humanorum existentium Aliqui curas eorum continentes secundum ordinem Alphabeti.* Auersa folii noni pagina *Expliciunt descriptiones morborum in corpore humanorum existentium.* 1496. Folio decimo *Incipit tractatus de virtutibus benedicte quercus: in foliis: glandinibus: capulis & fisco: atque gallis.* Hunc tractatum *Arnoldus de* VILLA NOVA composuit, ac Richardo Cantuariensi Episcopo inscripsit. Definit auersa foli vndecimi pagina, linea tricesima, cui anni 1496 nota adiecta habetur. Signaturas, & initiales litteras paruas adiecit typographus. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Character plane idem est, quo *Albertus* KUNNE Memmingae anno 1486 PAULI Florentini *Breuiarium totius iuris* euulgauerat; ex quo praesens quoque opusculum ab eodem impressum fuisse, coniiciendum erit.

XVII.



XVII. *Preceptorium diuine legis venerabilis fratris Ioannis Nider de ordine predicatorum.* Norimbergae per Antonium Koberger anno 1496. in 4.

Praemittuntur operi titulus fupra relatus, & alphabeticus materiarum index 22 foliis contentus. Opus ipfum gothico charactere impreffum 25 plagularum fafciculis conftat, nullasque exhibet cuftodes, aut paginarum numeros. Initiales litterae paruae funt adiectae. Singulae paginae in duas funt diftinctae columnas. In eiusdem fronte legitur: *Incipit prologus in preceptorium diuine legis venerabilis patris. fratris Iohannis Nider facre theologie profefforis ordinis predicatorum.* Ad calcem fequentia habentur: *Preceptorium diuine legis venerabilis patris Iohannis Nider de ordine predicatorum facre theologie profefforis. Impreffum Nurnberge. Impenfis Anthonii Koburgers. Anno domini. M. CCCC. XCVI. Quinto Kl. Augufti. Finit feliciter.*

Cl. PANZER in *Hift. typogr. Norimb.* p. 147 huius operis editionem eodem anno, aft in folii forma, typis euulgatam memorat. Vtrum autem in indicanda forma vir ifte errauerit, & ideo ab eo recenfita eadem cum praefente fit, vix dubito.

XVIII. Henrici Inftitoris Ord. Praedic. tractatus varii cum fermonibus contra quatuor errores aduerfus Sacramentum Euchariftiae exortos. Norimbergae per Anton. Koberger anno 1496. in 4.

Opufculum iftud gothico charactere in duabus columnis impreffum, fexdecim plagularum fafciculis conftat. Initiales litterae paruae funt adiectae. Cuftodes, paginarum numeri defunt. Folio primo haec tantum leguntur: *Tractatus varii cum fermonibus plurimis contra quatuor errores nouiffime exortos aduerfus diuiniffimum euchariftie facramentum: collecti a lectore ecclefie Saltzburgen. facre pagine profeffore: ac heredice prauitatis inquifitore fratre Henrico Inftitoris: ordinis predicatorum.* Folio fecundo incipit prologus, quem tractatus erroneus, quod Euchariftia fub conditione omni loco & tempore fit adoranda, cum eiusdem dilutione excipit. Deinde, praemiffa tabula, fequuntur tres fermonum partes: fermones *Auifamenta pro clericis*, & haec duo tractatus de *facramento miraculofo, eiusdemque durotione.* Ad calcem operis legitur: *Finitum eft hoc opus per fratrem Henricum inftitoris facre pagine profefforem ac heretice prauitatis inftitorem. lectorifque ecclefie Saltzburgen. ordi. predicatorum. Anno domini millefimo quadringentefimo quinto. XI. Augufti. Ac anno fequenti per Anthonium Koberger in famofa ciuitate Nurenberg impreffum. XXVI. Ianuarii ad laudem dei confummatum.*

XIX. Thomae Aquinatis prima & tertia partes Summae. Norimbergae per Antonium Koberger anno 1496. in fol.

Iuxta cl. PANZER in *Hift. typogr. Norimb.* p. 142. tres Summae partes praefenti anno funt typis excufae; cum vero fecunda nobis defideratur, eamdem defcribere haud poffumus.

Prima pars vnacum tabula 28 plagularum fafciculis conprehenditur. In primo eiusdem folio legitur: *Prima pars fumme fancti Thome de aquino doctoris Angelici de ordine predicatorum.* In fine tabulae fequentia habentur: *Expliciunt capitula prime partis fumme fratris Thome de Aquino ordinis predicatorum.* Tertia pars, 28 plagularum fafciculis contenta, fequentem titulum fibi habet praefixum: *Tertia pars fumme theologie angelici doctoris Thome*



Thome de Aquino de predicatorum ordine. Ad calcem eiusdem legitur: *Tertia pars summe theologie Angelici doctoris Thome de Aquino ordinis predicatorum per Anthonium Koberger in imperiali ciuitate Nurnberg non sine exacta diligentia impressa : Anno incarnate deitatis. M. CCCC. XCVI. die XV. mensis Ianuarii: finit feliciter.* Typus est gothicus. Pagina quaeuis in duas est distincta columnas. Initiales litteras, & signaturas adposuit typographus; custodes vero, & paginarum numeros omisit.

XX. *Flores legum.* Parisiis per Guidonem Mercatoris anno 1496. in 12.

Titulo isti in prima pagina typographi symbolum subiectum est hac cum inscriptione: *fides ficit.* Auersam occupat figura ligno incisa, MOYSEN adorantem Deum in rubro ardenti adparentem, exhibens. Folio secundo *Incipiunt flores legum secundum ordinem alphabeti.* Integrum hoc opusculum, gothico charactere impressum, octo plagularum fasciculis constat. Caret paginarum numeris & custodibus. In fine legitur : *Finit tractatulus nuncupatus Flores legum aut Congeries auctoritatum iuris ciuilis. In quo auctoritates ordinantur secundum ordinem alphabeti cum allegationibus librorum ex quibus sumuntur & l. & §. Impressus Parisius per Magistrum Guidonem Mercatoris Anno domini.* 1496. *die* 30 *Decembris.*

XXI. Liber precatorius. Parisiis per Philippum Pigouchet anno 1496. in 8.

Editio praesens omnium aestimationem, ac bibliothecarum cimeliis adnumerari meretur, siue pergameni, cui impressa est, praestantia, siue characteris gothici elegantia, siue figurarum ligno incisarum, quibus paginarum margines ex ornatae, & quae in ipso opere adparent, excellentia, siue denique initiales litterae deauratae & diuersis coloribus distinctae spectentur. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Plagularum fasciculi, litteris signati, vndecim numerantur.

Primam paginam folii primi occupat typographi symbolum, cui subiectum habetur maiusculis litteris impressum : *Philippe Pigouchet.* In auersa eiusdem festa mobilia ab anno 1488 vsque 1508 sunt indicata. Deinde sequitur calendarium, quod prima pagina folii octaui terminatur. In auersa eiusdem conspicitur figura S. IOANNEM Euangelistam in vase oleo ardenti repleto, exhibens. Folio nono ipsum opus a IOANNIS Euangelio : *In principio erat Verbum*, initium sumit. Sequuntur deinde alia Euangelia cum precibus, & passionis D. I. Ch. lectio. Istam excipit Officium B. V. MARIAE, hoc psalmi poenitentiales, & officium defunctorum, & tandem aliae preces. In fine sequens habetur notitia, gallico ideomate impressa : *Ces presentes heures a lusage de Romme furent acheuees le. XXIII. iour de Ianuier Lan M. CCCC. IIII. XX. & XVI. pour Simon vostre Libraire demourant a la rue neuue a len seigne sainct Iehan le euangeliste.*

XXII. *Speculum conscientie. & Nouissimorum. Soliloquium regis eterni superni. Soliloquium anime delicate. Alphabetum exhortatorium.* Spirae per Conradum Hist anno 1495. in 4.

Verba supra relata in prima pagina folii primi leguntur. In auersa habetur *Metra in speculum conscientie & nouissimorum.* Folio secundo incipit *Prologus in Speculum conscientie & Nouissimorum fratris Ioannis lamysshey. Canoni regularis.* Prima pagina folii 17 *Soliloquium Regis superni* inchoat, quod auersa folii 19. *Soliloquium animae* excipit, folium vltimum *alphabe-*



alphabetum exhortatorium occupat. In eius fine legitur : *Impressum Spire per Conradum hist. Anno domini. M. CCCC. XLVI.* - sic - *Laus deo.* Typographum in anni nota adprimenda erraffe , ac pro numero XL. numerum XC. ponendum effe , facile quilibet animaduertet. Opufculum iftud gothico charactere impreffum 21 foliis conftat. Caret initialibus litteris , ac cuftodibus. Foliorum numeros , ac fignaturas adpofuit typographus.

XXIII. Ariftotelis opera. Venetiis per Gregorium de Gregoriis anno 1496. in fol.

Integrum hoc volumen foliis 404 , exceptis quatuor prioribus , conftat. Initiales litterae ligno incifae adparent. Folia numeris , & plagularum fafciculi litteris funt notati. Cuftodes quoque in qualibet auerfa pagina confpiciuntur. Paginarum infcriptiones litteris gothicis maiufculis funt exfcriptae, operum vero textus romano ac nitido typo eft impreffus. In prima pagina folii primi ea , quae in hoc volumine funt contenta , leguntur. Auerfa vacua eft. Folii fecundi prima pagina habetur DEMOCRITI epiftola ad *Benedictum* FVNTANAM, ac recudendi prohibitio. In auerfa *Incipit Epiftola Arifto. ad Alexandrum* , quam vita ARISTOTELIS excipit. Tandem praemiffa *Ioannis* ARGIROPOLI Bizantini praefatione ad *Petrum* MEDICEM Liber Phificorum , ab ifto e graeco in latinum translatus incipit. Folio 63 *Incipit Liber Metaphifica Ariftotelis primus : Quem Iohannes Argiropilus bizantius caufa magnifici uiri Cofme Medices Florentini traduxit.* In prima pagina vltimi folii haec tantum habentur impreffa : *Impreffum eft prefens opus Venetiis per Gregorium de Gregoriis expenfis Benedicti Fontanæ Anno falutifere incarnationis domini noftri. M. CCCC. XCVI. Die vero XIII. Iulii.* His fubiectum eft *Benedicti* FONTANAE fymbolum.

XXIV. Clementinae. Venetiis per Baptiftam de Tortis anno 1496. in fol. mag.

Illud verbum tantummodo in primo folio rubro colore expreffum legitur. Folio fecundo *Incipiunt conftitutiones Clementis pape quinti vnacum apparatu domini Ioannis andree.* Conftant 57 foliis , impreffaeque funt gothico charactere in duabus columnis. Rubricae rubro colore funt exfcriptae. Initiales litterae , & cuftodes defiderantur ; foliorum vero numeri , & fignaturae a typographo funt adiectae. Folio 50 *Incipiunt decretales extrauagantes* , ad quarum finem haec leguntur : *Venetiis per Baptiftam de tortis. M. CCCC. LXXXXVI. die XX. decembris.*

XXV. *M. T. C. Rhetoricorum Libri cum tribus Commentis.* Venetiis per Philippum Pincium anno 1496. in fol.

Titulus ifte in prima folii primi pagina reperitur. In auerfa leguntur epiftolae *Francifci* MATVRANTII Perufini ad *Antonium* MORETVM, & huius ad illum. Folio fecundo habetur epiftola *Antonii* MANCINELLI ad *Hieronymum* OMPHREDVM. Folio tertio *M. T. Ciceronis Oratoris clariffimi Rhetorices noua liber primus incipit.* Auerfa folii 107 pagina *M. T. C. Rhetorices nouæ Finis* confpicitur. Huius Rhetorices commentarios *Francifcus* MATVRANTIVS & *Antonius* MANCINELLVS compofuerunt. Prima folii 108 pagina vacua eft. In auerfa *Marcii Fabii* VICTORINI in Rhetoricam veterem prologus legitur. Folio 109. *M. T. Ciceronis Oratoris Clariffimi Rhetoricæ veteris Liber primus incipit* cum VICTORINI commen-



mentariis. Ad calcem operis sequens habetur notitia : *M. T. C. Rhetoricorum : cum commentariis eruditissimorum uirorum : Fabii Victorini. Francisci Maturantii : & Antonii Mancinelli : finis. Impressum Venetiisper Philippum Pincium Mantuanum Anno domini MCCCC-XCVI. die. VIII. Iulii. Cum priuilegio ne quis audeat imprimere usque ad annos decem sub pena in eo contenta.* Auersam folii vltimi paginam regi trum chartarum occupat. Integrum hoc opus romano charactere impressum 27 plagularum fasciculos, litteris signatos complectitur. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae ligno incisae conspiciuntur.

Hac de editione nec MAITTAIRE, nec FABRICIVS, nec HAVR, licet plures alias memorarunt, notitiam habuere, ex quo insignis eiusdem raritas elucescit.

XXVI. Nestoris Dionysii Vocabulistae opus. Venetiis per Philippum Pincium anno 1496. in fol.

Opus istud foliis 151 contentum, romano charactere est expressum. Initiales litras ligno incisas adposuit typographus foliaque numeris, ac plagularum fasciculos litteris insigniuit. Custodes desiderantur. In marginibus lateralibus tum ipsum verbum explicandum, tum auctores, quibus vtebatur, sunt adnotati.

In prima pagina folii haec tantum litteris capitalibus impressa leguntur: NESTOR VOCABVLISTA. In auersa *Nestoris Dionysii Nouariensis ordinis Minorum de obseruantia ad illustrissimum principem Ludouicum Sphortiam in opus eius excellentiæ dicatum uersus incipit.* Folio secundo Liber primus initium sumit. Auersa folii 147 pagina *Nestoris Dionysii Nouariensis liber VIII. & ultimus explicit.* Vocabulario alia tum pedestri tum soluto, tum latino tum italico sermone scripta habentur subiecta. Ad calcem operis legitur: *Impressum Venetiis per Philippum pinzium Mantuanum Anno domini. M. CCCCXCVI. Regnante Serenissimo domino Augustino Barbadico Venetiarum duce fœlicissimo.* Prima huius operis editio iuxta SAXIVM Mediolani anno 1483, secunda Venetiis 1488 prodiit, tertia praesens laudatur. Altera eodem anno Parisiis typis euulgata est.

Nestor DIONYSIVS, natione Italus, patria Nouariensis, Ordinis Minorum Alumnus, seculo XV. iam adulto cum aliis viris eruditione praeclaris latinum sermonem penitus in barbarie sepultum ad pristinum splendorem reuocare studuit. *Mathias* MARTINIVS istum vocat „ virum sane quam doctissimum, qui vocabula suis locis collocata, ante CALEPI-„ NVM conscripsit. Ita nuncupat dictionarium ordine alphabetico conscriptum, breue qui-„ dem sed pereruditum, in quo, somnia *Catholici & Vgutionis* prope omnibus paginis re-„ darguit, & allegatis testimoniis fidem se non tam veteres Grammaticos & Criticos me-„ lioris notae, SERVIVM, DONATVM, PRISCIANVM, & similes grauiter, & cum accu-„ rati cuiusdam iudicii vigore euoluisse, sed & classicos scriptores, historicos, poetas, & „ oratores haud segniter perlustrasse, “ SAXIVS in Hist. typogr. Mediol. col. CCLVIII.

XXVII. *Antonii Mancinelli Epitoma seu Regulae Constructionis.* Venetiis per Ioannem Tacuinum anno 1496. in 4.

Titulus iste in prima pagina primi folii capitalibus litteris expressus legitur: cui mox operis huius tituli sunt subnexi. In auersa eiusdem habetur auctoris dedicatio ad *Nicolaum* RVBEVM Patritium Venetum directa, & omnium operum a MANCINELLO elucubratorum catalogus. Folio secundo incipiunt *Anto. Mancinelli Regulæ constructionis*, quinque Plagula-



plagularum fasciculis contentae, initiales litterae partim sunt praetermissae, partim paruis indicatae; vnica vero ligno incisa adparet. Custodes, & paginarum numeri nulli conspiciuntur. In fine erratis legitur subiectum: *Impressum Venetiis per Ioannem tacuinum. M. CCCC. LXXXXVI. die XXI. Ianua.*

XXVIII. *Scribendi Orandique Modus Per Ant. Mancinellum.* Venetiis per Ioan.de Cereto de Tridino alias Tacuinum anno 1496. in 4.

Nouem plagularum fasciculis hoc opus romano charactere impressum absoluitur: prima initialis ligno inc a est, reliquae vero paruis sunt adnotatae. Desunt custodes & paginarum numeri. Titulus supra relatus primo folio legitur. Primam paginam folii secundi operis tituli, auersam vero auctoris epistola dedicatoria ad *Valerium* CRISPINVM Veliternum anno 1493. scripta occupat Folio tertio ipsum opus initium sumit. In eius fine legitur: *Impressum Venetiis per Ioannem de Cerreto de Tridino alias Tacuinum Anno salutis dominice. M. CCCC. LXXXXVI. III. Kl. nouembris Imperante Serenissimo principe domino Augustino Barbadico.* His registrum chartarum est subiectum.

XXIX. *Epitoma Ioannis De monte regio In almagestum ptolomei.* Venetiis per Ioan. Hamman dictum Hertzog anno 1496. in fol.

Opus istud gothico charactere praestanti admodum papyro impressum sexdecim plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Initiales litterae, & figurae astronomicae ligno incisae adparent. Desunt custodes, & paginarum numeri. Titulus supra relatus litteris maximae formae, quae ligno incisae videntur, expressus, primum occupat folium. Secundo deinde incipit *Ioannis* de MONTE REGIO ad BESSARIONEM Cardinalem epistola dedicatoria, quam carmen ad lectorem excipit. Auersam folii tertii paginam figura, coelestem globum exhibens, implet. Quarto folio ipsum opus in tredecim libros diuisum, initium sumit. Ad calcem eiusdem sequens legitur notitia: *Explicit Magne Compositionis Astronomicon Epitoma Iohannis de Regio monte. Impensis non minimis: curaque & emendatione non mediocri virorum prestantium Casparis Grossch: & Stephani Roemer. Opera quoque & arte impressionis mirifica viri solertis Iohannis hamman de Landoia: dictus Hertzog: felicibus astris expletum. Anno a prima rerum etherearum circuitione. 8480. Sole in parte Sexta decima virginis gradiente. In hemisphaerio Veneto: Anno salutis 1496. currente: Pridie Calenn. Septembris Venetiis: Maximiliano Romanorum rege primo faustissime imperante.* His subiectum est typographi symbolum.

Hoc opus *Georgius* PEVRBACHIVS gente Germanus, patria Austriacus, arte mathematica celeberrimus, eiusdemque Viennae in Austria Professor, BESSARIONIS Cardinalis hortatu incepit; ast anno 1461 immatura morte correptus sex tantummodo libros ad finem perduxit. Reliquos vero *Ioanni* de MONTE REGIO discipulo suo suprema voluntate perficiendos iniunxit. Praeter praesentem editionem nullam aliam seculo XV. typis euulgatam apud Bibliographos inuenire potui.

XXX. *Aureum Repertorium guilelmi duranti. Super toto corpore Iuris canonici per titulos & rubricas distinctum. perutillimum & ad omnia vtriusque iuris dubia enucleanda accommodatum, diligentissime & exactissime emendatum*

datum. *Nouiter inuentum.* Venetiis per Paganinum de Paganinis anno 1496. in fol. mai.

Verba ista in prima pagina folii primi rubro colore expressa leguntur. Supra ista conspicitur figura ligno incisa S. PETRVM Apostolum repraesentans. In auersa habetur *Andreae* GVIDARELLI epistola dedicatoria ad *Fabium* ASTOCIVM. Folium secundum rubricarum tabula occupat. Folio tertio *Incipit Repertorium aureum magistri Guilelmi duranti*, quod 79 foliis constat, ac gothico charactere in duabus columnis impressum est. Initiales litterae partim sunt omissae, partim paruis indicatae. Foliorum numeri, & signaturae obseruantur; nulli vero custodes. Tertia columna folii 79 terminatur *Repertorium aureum domini Guilelmi Duranti vtriusque iuris doctoris famosissimi. Impressum Venetiis per Paganinum de paganinis Brixiensem. Anno domini. M. CCCC. XCVI. die vero XXI. Mensis februarii Regnante inclyto Venetorum Serenissimo duce domino Augustino Barbadico.* Quartam columnam chartarum registrum occupat.

XXXI Hugonis de S. Charo Ord. Praed. Postilla in Psalmos. Venetiis per Gregorium de Gregoriis Anno 1496. in fol.

Praemittitur operi huic alphabeticus materiarum index quindecim foliis contentus. Deinde ipsum opus, 389 foliis comprehensum, & in duabus columnis gothico charactere impressum, ab auctoris prooemio initium sumit. Foliorum numeros, signaturas, initiales litteras ligno incisas, & custodes typographus adposuit. In marginibus etiam adnotationes conspiciuntur. Ad calcem operis legitur: *Et sic est finis huius vtilis & suauis postille super totum psalterium. Impressa autem fuit Venetiis per Iohannem & Gregorium de gregoriis fratres impensis Stefani & Bernardini de Nallis fratrum suasu reuerendissimi patris & predicatoris egregii fratris Dominici Ponzoni. Habita tamen gratia ab excelso venetorum dominio ne quis per decennium proximum imprimere poss:t aut imprimi facere seu alibi impressam venderè per totum dominium &c. prout in ipsa gratia plenius continetur Completa vero fuit die.* 12 *Nouembris* 1496. His subnexum habetur typographi symbolum. Auersam folii vltimi paginam chartarum registrum occupat.

Auctorem huius operis WADDINGVS & ALVA laudant ALEXANDRVM Halensem ord. Min Alumnum; his vero sese opposuit QVETIF, qui ex coaeuis testimoniis sat sufficienter, postillam istam a *Hugone* de S. CHARO fuisse compositam, demonstrat. QVETIF *Script. Ord. Predic.* p. 199.

XXXII. *Suetonius Tranquillus cum Philippi Beroaldi Et Marci Antonii Sabellici Commentariis*, Venetiis per Simonem Beuilaquam anno 1496. in fol.

Titulus iste capitalibus litteris expressus in prima folii primi pagina legitur. In auersa eiusdem incipit *Philippi* BEROALDI ad *Annibalem* BENTIVOLVM epistola, cui folio tertio subiunctum habetur breuiarium rerum aliquod memorabilium. Istud SABELLICI epistola ad *Augustinum* BARBADICVM excipit. Folio quinto initium sumit CAII SVETONII TRANQVILLI DE VITA DVODECIM CAESARVM LIBER PRIMVS. Libro vltimo subnexa sunt *Tetrasticha de Caesaribus post Tranquillum*, SVETONII vita a BEROALDO & SABELLICO descripta, BEROALDI *Adpendix adnotamentorum.* Ad calcem operis sequentia habentur: *Commentaria Philippi Barualdi necnon Marci Antonii Sabellici In Suetonium Tranquillum feliciter Venetiis exacta. . per*

Simonem



Simonem cognomento Beuilaqua Papienſem. *Anno Chriſtianae Salutis MCCCCLXXXXVI. Finis.* His Typographi ſymbolum adiectum eſt. Auerſam vltimi folii paginam chartarum regiſtrum occupat.

Integrum hoc opus romano charactere impreſſum 44 plagularum faſciculis conſtat, nullos exhibens cuſtodes, aut paginarum numeros. Initiales litteras ligno inciſas typographus adpoſuit. Editionem praeſentem plures praeceſſere: prima Romae anno 1470: ſecunda Venetiis anno 1471: tertia Mediolani anno 1475 & quarta 1480: quinta anno 1490 Venetiis cum SABELLICI & ſexta anno 1493. cum BEROALDI commentariis: Septima praeſens a Bibliographis laudatur.

Anno MCCCCXCVII.

I. *Libri philomuſi. Panegyrici ad Regem Tragediam de Thurcis & Suldano Dyalogus de hereſiarchis.* Argentinae per Ioannem Grüninger anno 1497. c. figg. in 4.

Opus iſtud vndecim plagularum faſciculis contentum romano charactere eſt impreſſum, nullosque paginarum numeros, aut cuſtodes exhibet. Verba ſupra relata in prima pagina folii primi maiuſculis gothicis litteris impreſſa leguntur. Auerſam occupat figura ligno inciſa *Iacobum* LOCHER repraeſentans. Folio ſecundo ipſum opus ab epigrammate ad lectorem incipit. Iſtud mox excipit LOCHERI epiſtola dedicatoria ad *Conradum* STVRZEL de Bucham, in qua de ſemetipſo ita ſcribit: *Me tenuem adoleſcentulum imperitum. nulloque muſarum liquamine ablactatum. tuis ſacratiſſimis afflatibus erexiſti. vt hedera lauroque dignus iudicatus ſim &c.* Epiſtolam carmen ad eumdem ſequitur, carmen epiſtola & epigramma ad *Sigismundum* KRVTZER Brixinenſis, Ratisbonenſis & Patauienſis eccleſiarum Canonicum, iſtud *Verba Regis* — ſc. MAXIMILIANI I. — *ad Poetam*, Panegyris ad Caeſarem, epiſtola ad IACOBVM Marchionem Badenſem, Tragoediae de bello turcico, in cuius fine ſequentia habentur: *Actum in Celebratiſſimo Friburgenſi gymnaſio a Iacobo locher Philomuſo Ehingenſi Poetà laureato. Regnantibus Alexandro Summo pontifice, & Maximiliano Romanorum Rege ſemper Auguſto Idibus Maiis. M. CCCC.. XC. VII.* Tragoediam *Sequitur dyalogus de hereſiar. Iacobi Locher Philomuſi Ad Vdalricum Zaſium Ludi Magiſtrum Friburgenſem optimarum artium profeſſorem.* Subnexa eſt iſti ZASII ad LOCHERVM epiſtola, in qua magnis laudum encomiis eius tragoediam extollit. In fine legitur: *Actum Argentine per Magiſtrum Iohannem Grüninger. Anno chriſto ſalutifero.* 1497. Huius editionis cl. DENIS in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 176. meminit.

Iacobus LOCHER Ehingae in Sueuia natus, Philomuſus dictus, a MAXIMILIANO I. patrocinante *Conrado* STVRZEL laurea donatus, tam Friburgi, quam Ingolſtadii humaniores ſcientias e cathedra publice docuit. Obiit circa annum 1523.

II. *Secreta Sacerdotum magiſtri Henrici de Haſſia. Que ſibi placent vel diſplicent in miſſa &c. Per egregium ſacre theologie & iuriſcanonici doctorem Magiſtrum Michaelem Lochmayr correcta, & in hanc formam redacta.* Auguſtae per Ioan. Froſchauer anno 1497. in 4.

Duobus tantum plagularum faſciculis abſoluitur hic tractatus, in duabus columnis gothico minuſculo charactere impreſſus. Paginarum numeri, & cuſtodes deſiderantur. Sig-

 naturas



picturas & initiales litteras ligno incisas adiecit typographus. Titulus supra relatus in prima pagina primi folii legitur. Secundo deinde ipsum opus incipit, in cuius fine sequentia habentur: *Impressum Auguste per Ioannem Froschauer. Anno domini. M. CCCC. XCVII.*

III. *Comoedie vtilissime, omnem latini sermonis elegantiam continentes, e quibus quisque optimus latinus euadere potest*, Augustae anno 1497. in 4.

Inscriptio ista in primo legitur folio. In secundo incipit *Iosephi* GRVENBECKII epistola ad *Bernardum* de WALDKIRCH liberalium studiorum Professorem Augustensem, quam prima comoedia anno 1497 X. Cal. Augusti in nuptiarum quorumdam ciuium celebritate ab adolescentibus patricii ordinis dicta sequitur. Auersa folii noni pagina secunda comoedia ab eodem in MAXIMILIANI I. laudem compilata, & *Bernardo* praefato dedicata incipit. Ad huius finem legitur: *Acta a xpi saluatoris nostri nataliciis diebus anno M. CCCC. XCVII. sexto Kalendas decembris. dixere ingenui pueri. Patricii ordinis Augusten. summa modestia atque vrbanitate prediti. egit auctor ipsemet in diui regis Romanorum fauorem. edita Iohanne Langenmantel Ludouico Hofer consulibus.* Nullus dubito, quin hae comoedie eodem anno, quo compilatae fuere, a *Ioanne* FROSCHAVER, vt characteres nos docent, typis excusae prodierint. Signaturae, & initiales litterae ligno incisae conspiciuntur, nulli vero custodes, aut paginarum numeri. Plagularum fasciculi tres tantum numerantur. Editio haec merito rarissimis adnumeratur, cum nullus Bibliographorum mentionem de ea fecerit.

IV. *Breuiarium pro diocesi ecclesie Augustensis*, Augustae per Erhardum Ratdolt anno 1497. in 4.

Integrum hoc opus, gothico charactere impressum quindecim plagularum fasciculis constat. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae florentes ligno incisae, ac signaturae adparent. Prima folii primi pagina vacua est; in auersa legitur prologus, cuius vltimam partem ob eius eruditionem hic adscribam. *Quapropter Fridericus dei & apostolice sedis gratia Augustensis antistes ex generosis comitibus de Zollern ortus filio suo Erhardo ratold conciui prefate vrbis prebuit suum consensum ad imprimendum supradictum indicem sub bona lucidaque littera Quale opus sagacitas sua diligenti discussione ac emendatione per venerabilem virum Iohannem Ziegler sacerdotem ac vicarium chori Augustensis in hac parte expertum ob pias mulsiones precum suarum sub debita distinctione festorum solemnium celebrandorum tam mobilium quam etiam fixorum per rubricas ac modum Kalendarum consummari fecit pro quo orate.* Prologo isto subnexa sunt Episcopi insignia. Folio secundo, & tertio agitur de aureo numero. Folio quarto ipsum breuiarium, seu potius directorium cum inscriptione supra relata, ac rubro colore expressa incipit. Prima folii 123 pagina istud sequenti subscriptione terminatur.; *Libelli completio prout in epistola prefertur facta arte & ingenio fomentisque eiusdem erhardi ratold conciuis vrbis Augusten. vindelicorum Anno salutis nostre Millesimo nonagesimo septimo decimo octauo Kalendas Februarii.* Sequuntur deinde litterae dominicales. Auersam folii vltimi paginam typographi symbolum saepius memoratum occupat.

Iam primis typographiae annis simile directorium Augustae sine loci, anni & typographi indicio impressum, in prima parte p. 45 recensitum est. Praesens eamdem habet quidem dispositionem; sed maius augmentum accepisse mihi videtur. Regulae vero

S.



S. ONVPHRII, S. HENRICI & Praesentationis B. V. MARIAE festa celebrandi in hoc non inueniuntur.

V. Sebastiani Brant stultifera Nauis c. figg. Basileae per Ioan. Bergman de Olpe. anno 1497. in 4.

Opus istud 159 foliis contentum romano impressum est charactere, instructumque est foliorum numeris, signaturis, ac initialibus litteris. Custodes desiderantur. Tituli gothico maiusculo charactere sunt exscripti. Primam paginam folii primi occupat figura ligno incisa, stultorum nauem exhibens, super qua legitur: *Stultifera Nauis*, infra vero: *Narragonice profectionis nunquam satis laudata Nauis: per Sebastianum Brant: vernaculo vulgarique sermone & rhythmo, per cunctorum mortalium fatuitatis semitas effugere cupientium directione, speculo, commodoque & salute: proque inertis ignaueque stultitie perpetua infamia, execratione, & confutatione, nuper fabricata: Atque iam pridem per Iacobum Locher, & noua quedam exactaque emendatione elimata: atque superadditis quibusdam nouis. admirandisque fatuorum generibus suppleta: felici exorditur principio.* 1497. *Nihil sine causa. Io. de. Olpe.* In auersa praemisso epigramate ad lectorem, *Iacobi* LOCHER epistola ad *Sebastianum* BRANT anno 1497 inscripta, incipit. Deinde, praemissis epigrammatis, ipsum opus initium sumit. Auersa folii 156 pagina *Finis stultifere Nauis.* Deinde vix non omnia verba operis initio relata & hic repetuntur: his vero additis: *In laudatissima Germanie vrbe Basiliensi: nuper opera & promotione Iohannis Bergman de Olpe Anno salutis nostre. M. CCCCXCVII. Kl. Augusti.* His typographi symbolum subnexum habetur. Tria vltima folia operis index complectitur.

VI. Sebastiani Brant stultifera nauis c. figg. Basileae per Ioann. Bergman de Olpe anno 1497. in 8.

Huius editionis dispositio cum immediate praecedenti quoad omnia conuenit. Itaque externa tantum eiusdem forma describenda mihi restat. Character, quo ista impressa, est gothicus minusculus. Signaturas, & foliorum numeros adpressit typographus; custodes vero desiderantur. Figurae prioris editionis venustate praesentis longe superant. Auersa folii 145 prolixa legitur finalis subscriptio, quae his verbis concluditur: *In laudatissima Germanie vrbe Basiliensi nuper opera & promotione Iohannis Bergman de Olpe. Anno salutis nostre Millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo Kalendis Martiis Vale inclite lector.* Vltima tria folia operis index occupat.

Quam adceptum hoc carmen in suo ortu omnibus fuerit, inde colligi datur, eoquod quatuor editiones eodem anno typis excusae prodierint. Prima praesens laudatur: secundam *Ioannes* SCHOENSBERGER Augustae Cal. Aprilis in lucem emisit: tertium locum immediate pracedens obtinet: quartam Argentinae *Ioannes* GRVENINGER prelo subiecit. V. GEMEINER *Nachrichten* &c. p. 253.

VII. *Ioannes Cassianus de institutis cenobiorum. Origine: causis & remediis vitiorum. Collationibus patrum.* Basileae per Ioan. Amerbach anno 1497. in 4.

 Titulus



Titulus iste in prima folii primi pagina legitur. In auersa habetur, *Auctor quis ac qualis fuerit: quos libros: ad quos: & de quibus scripserit: commendaticia breuisque expositio.* Sequentia vndecim folia complectitur *Notabilium dictorum Annotatio.* Denique ipsum opus gothico charactere in duabus columnis impressum, ac 27 plagularum fasciculis contentum incipit. Caret paginarum numeris & custodibus. Initiales litteras paruas, & signaturas adiecit typographus. Ad calcem maiusculis litteris legitur impressum: *Expliciunt viginti quattuor collationes sanctorum patrum conscripte ab Ioanne eremita qui & Cassianus dicitur: Impresse Basilee per Magistrum Ioannem Amerbach: Anno domini M. CCCC. LXXXXVII. Deo gratias.* Alterius editionis iam anno 1485 typis Basileae euulgatae supra p. 116 N. VI. meminimus.

VIII. Guilelmi Paraldi Summa virtutum & vitiorum. Basileae per Ioan. Amerbach anno 1497. in 4.

Praemittuntur operi *Principalium sententiarum Summe virtutum Annotatio & Summarium . . . Per figuras*, quae 26 foliis comprehenduntur. Opus in duos distinctum est libros: primus, qui 174 foliis constat, Summam virtutum, & secundus, qui 142 continetur, summam vitiorum complectitur. Impressum est istud in duabus columnis gothico, ac minusculo charactere. Signaturae, foliorum numeri, & initiales litterae paruae adparent, nulli vero custodes. In prima pagina folii primi legitur: *Summa virtutum ac vitiorum Guilelmi Paraldi Episcopi Lugdunen. de ordine predicatorum.* Ad finem secundi libri sequentia habentur: *Explicit opus summe virtutum & vitiorum Reuerendissimi patris patris ac domini Guilhelmi Paraldi episcopi Lugdunensis. Impressum Basilee per magistrum Ioannem de Amerbach: Anno a natali christiano. M. CCCC. XCVII. Laus deo.* Alia huius operis editio supra p. 257 descripta habetur.

IX. *Quadragesimale nouum editum ac predicatum a quodam fratre minore de obseruantia in inclita ciuitate Basilien de filio prodigo & de Angelo ipsius ammonitione salubri per sermones diuisum, c. figg.* Basileae per Michaelem Furter anno 1497. in 8.

Verba ista in prima pagina folii primi habentur impressa: in auersa leguntur *In sermones de filio prodigo Carmina Sebastiani Brant Doctoris vtriusque iuris.* Folio secundo *incipit quadragesimale nouum editum & predicatum a quodam fratre minore de obseruantia de filio prodigo in inclita ciuitate Basilien. Anno domini M. CCCC. XCIIII.* Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis impressum 28 plagularum fasciculis constat, nullos exhibens custodes, aut paginarum numeros. Signaturas, & initiales litteras paruas typographus adpressit. Ad calcem operis legitur: *Explicit quadrogesimale de perfecta conuersione peccatoris ad deum per veram penitentiam sub parabola filii prodigi exaratum. Impressum Basilee per Michaelem furter Ciuem Basilien. Anno incarnationis domini M. CCCC. XCVII.* His subiecta sunt typographi insignia. Idem opus p. 267. N. VIII. descriptum, iam anno 1495. cum iisdem figuris ligno incisis Michael FVRTER prelo subiecit.

X. *Philippi Beroaldi Opusculum eruditum: Quo continentur Declamatio Philosophi Medici Oratoris De excellentia disceptantium. Et libellus de optimo statu: & principe.* Bononiae per Benedictum Hectoris anno 1497. in 4.

Titulus



Titulus iste in prima folii primi pagina legitur. In auersa incipit auctoris epistola ad *Paulum* SIDLOVITIVM Scholasticum Polonum, cui praesens opus inscripsit. Folio tertio initium sumit PHILIPPI BEROALDI DECLAMATIO AN ORATOR SIT PHILOSOPHO ET MEDICO ANTEPONENDVS, quae auersa folii duodecimi pagina terminatur. Folio 13 incipit PHILIPPI BEROALDI LIBELLVS DE OPTIMO STATV, qui auersa folii 38. pagina hac finali subscriptione finitur: *Impressum Bononiae per Benedictum Hectoris bon. anno domini. M. III. D. Eid. Decembr. Io Bentiuolo faeliciter regnante.* Opusculum istud romano, ac nitido charactere papyro praestanti impressum nullos exhibet custodes, aut paginarum numeros. Signaturas & initiales litteras paruas typographus adiecit. Distinctionis signa omnia occurrunt.

XI. Iacobi Philippi Ord. Eremit. S. Augustini opus de claris selectisque mulieribus c. figg. Ferrariae per Laurentium de Rubeis anno 1497. in fol.

Integrum hoc opus gothico charactere impressum, 1010 foliis, prioribus quatuor haud computatis, constat. Folia numeris, plagularumque fasciculos litteris signauit typographus, ac initiales litteras ligno incisas adposuit. Figurae materiis adcommodatae per integrum opus conspiciuntur.

In prima pagina folii primi litteris ligno incisis legitur impressum: *De plurimis claris scelectis* - sic - *Mulieribus Opus prope diuinum nouissime congestum.* Auersam figura auctorem & BEATRICEM Vngarorum Reginam, cui istud inscriptum est, repraesentans occupat. Folia secundum & tertium operis dedicatio, & quartum eiusdem tabula implent. Prima pagina folii primi ipsius operis *Rerum quarundam particularium a claris mulieribus inuentarum . . . specialis apponitur tabula.* In auersa historia B. V. MARIAE, de qua primo loco agit auctor, conspicitur. Prima folii 170 pagina *Opus de claris selectisque plurimis mulieribus a fratre Ia. philippo Bergomense editum explicit: maxima cum diligentia reuisum & castigatum. per Reueren. sacre theologie doctorem magistrum Albertum de placentia: & fratrem Augustinum de Casali maiori eiusdem facultatis Baccalarium ordinis minorum. Ferrarie impressum. Opera & impensa Magistri Laurentii de rubeis de Valentia. tertia Kal. maias. anno salutis nostre. M. CCCCLXXXXVII. Religioso Inuictiss. que principe: Diuo hercule: Duce secundo: Ferrariensibus legiptime Imperante.* His chartarum Registrum & typographi symbolum subnexum habetur.

XII. *Sermones de sanctis perutiles a quodam fratre hungaro ordinis minorum de obseruantia comportati Biga salutis intitulati feliciter incipiunt,* Hagenoae per Henricum Gran anno 1497. in 4.

Verba ista in primo leguntur folio. Tria sequentia folia sermonum argumenta, & ordo complectuntur. Deinde ipsi sermones, in duabus columnis gothico charactere impressi, ac 46 plagularum fasciculis contenti, initium sumunt. Carent custodibus, paginarum numeris. Initiales litterae paruis sunt indicatae. In fine eorum legitur: *Sermones perutiles de sanctis Biga salutis intitulati. a quodam fratre hungaro In conuentu Pesthien. fratrum minorum de obseruantia comportati. Impensis quoque & sumptibus prouidi viri Iohannis ryman per industrium Henricum Gran in imperiali oppido Hagenaw inibi incolam diligentissime impressi ac emendati Finiunt feliciter Anno ab incarnatione domini Millesimo quaterque centesimo nonagesimo septimo. VI. Kal. Augusti.*



XIII. Michaelis Lochmayr, & Pauli Wann fermones de Sanctis. Hagenoae per Henricum Gran anno 1497. in fol.

Priora duodecim folia operis titulus & index conplectuntur. Dein ipfum opus 32 plagularum fafciculis contentum, & in duabus columnis gothico charactere impreffum fequenti infcriptione inchoat: *Sermones perutiles de fanctis per circulum anni eximii doctoris ac ecclefie Patauienfis canonici domini Michaelis lochmair. cum viginti tribus fermonibus magiftri Pauli wann annexis feliciter incipiunt.* Cuftodes, & paginarum numeri defiderantur. Signaturas, & initiales litteras paruas adpofuit typographus. Ad calcem operis fequentia habentur: *Sermones perutiles de fanctis - - - - Expenfis prouidi viri Iohannis Ruman diligenter reuifi & emendati. Impreffique in imperiali oppido Hagenaw per Henricum Gran Finiunt feliciter. ipfa die fancti Iacobi maioris Anno falutis poft Millefimum quaterque centefimum nonagefimum feptimum.*

XIV. Quatuor Nouiffima. Lipfiae per Wolfgangum Monacenfem anno 1497. in 4.

Nouem plagularum fafciculis, qui litteris funt fignati, hoc opufculum gothico charactere impreffum, abfoluitur. Caret paginarum numeris, & cuftodibus. Initiales litterae paruae, & fignaturae adparent. Ad calcem operis legitur: *Finiunt quatuor Nouiffima cum fuis exemplis Impreffa Lipfgck per Baccalaurium wolfgangum Monacenfem. anno chriftiane falutis* 1497. His fubiecta funt typographi infignia.

XV. S. Auguftini Epifc. Hippon. Opus Quaeftionum. Lugduni per Ioan. Trechfel anno 1497. in fol.

Integrum hoc opus in duabus columnis gothico charactere impreffum, 37 plagularum fafciculis comprehenditur. Initiales litteras minutiori charactere indicauit typographus, fafciculosque litteris fignauit; cuftodes vero, & paginarum numeros praetermifit. Prima pagina folii primi operis contenta, & carmen ad diuum AVGVSTINVM leguntur. Auerfam implet *Iodoci* BADII epiftola ad GERARDVM conuentus Parifienfis Ord. Eremitarum S. AVGVSTINI Priorem anno 1497 fcripta. Seqnentia feptem folia tabula occupat. Folio denique nono *Diui Aurelii Auguftini hypponenfis epifcopi doctorifque fancte matris ecclefie longe differtiffimi atque fanctiffimi in queftiones in heptatheucon. Et primo fuper genefim incipit prologus.* In finem fequentia habentur: *Impreffum eft autem hoc opus Lugduni: opera & impenfis M. Iohannis Trechfel alemanni: anno falutis noftre Millefimo quadringentefimo nonagefimo feptimo. VII. Kal. Maias.* His typographi fymbolum confpicitur fubiectum.

XVI. *Ain meifterlichs büchlein der artzney für manigerley Kranckheit vnd fiechtagen der menfchen.* Anno 1497. in 4.

Verba ifta in fronte operis tituli loco leguntur. Dein fequitur prologus, in quo praefens opus pro iis, qui vel paupertate, vel ob aliam caufam medicum aduocare impediuntur, compofitum fuiffe, auctor ait. Prologum auerfa folii fecundi pagina ipfum opus excipit. Media medicinalia ordine alphabetico funt praemiffa. Dein oftenditur, in quibus cafibus,

&

& quomodo iisdem fit vtendum. Auerfa folii 40 pagina fequenti fubfcriptione terminatur opus: *Hye endet fich das meifterlich büchlin der Krütter gefamlet durch Johannem Tollat von vochenberg in der weit berümten vniuerfitet zu wien by dem aller erfarniften mann der artzey doctor Schrick.* Haec fequitur operis index quatuor foliis contentus, in cuius fine legitur : *Hye endet fich das regifter Anno domini.* 1497. Typus idem eft, quo *Albertus* KVNE Memmingae anno 1489 Alphabetum diuini amoris typis excuderat; ex quo, & praefens opus ibidem impreffum fuiffe, coniiciendum erit. Signaturae, & foliorum numeri adparent, nulli vero cuftodes.

XVII. *Ioannes paleonydori bactaui. Carmelitani liber trimereftus, anaphoricus penagyricus, de principio & proceffu ordinis carmelitici. quam laboriofe nuper in lucem editus.* Moguntiae per Petrum de Friedberg anno 1497. in 4.

Titulus ifte in primo folio legitur. Folio fecundo incipit *Matthaei* HERBENI *Bethafii* ad *Gottfridum* CANDELARIVM ordinis Carmelitarum priorem epiftola, quam & aliae tres excipiunt: prima eft *Ioannis* DAMII Monachi Spanheimenfis ad *Arnoldum* BOSTIVM Carmelitam; fecunda *Rutgeri* SYCAMBRI Canonici Dumetenfis ad auctorem, tertia denique Auctoris ad *Rumoldum* LAVPACH Priorem Francofordienfem. Folio octauo primus liber initium fumit. In fine tertii libri legitur : *Explicit liber trimereftus de principio & proceffu ordinis carmelitici impreffum in alma ciuitate moguntinen. impenfis venerabilis patris iohannis de cronenberg prioris conuentus moguntin. ordinis carmelitarum . arte magiftri petri de Friedberg. Anno falutis chriftiane. M. CCCC. XCVII.* Primam paginam folii vltimi *Rutgeri* SYCAMBRI heroicum carmen in praefens opus occupat.

XVIII. *Titulus de Oratore Cum Commento. . Et Alia Opera.* Norimbergae per Antonium Koberger anno 1497. in fol.

Infciptio ifta prima pagina folii primi capitalibus litteris impreffa legitur. In auerfa eiusdem, & folio fecundo *Omniboni* LEONICENI oratio de eloquentiae laude, & praefatio habentur. Folio tertio liber primus de Oratore cum LEONICENI commentariis incipit. Liber tertius prima folii 138 pagina terminatur. Iftos libros fequuntur libri de *perfecto oratore*, *Topicorum*, *Partitionum artis rethoricae* de *claris oratoribus*, Q. CICERONIS liber de *petitione Confolatus*, Oratio AESCHINIS in *Ctefiphontem*, & tandem DEMOSTHENIS oratio in AESCHINEM. Auerfa folii 185 pagina confpicitur *Vniuerfi operis ab Anthonio Koberger impreffi Anno a Natiuitate domini Millefimo quadringentefimo nonagefimo feptimo finis. Die XXVI. Marcii.* Typus eft romanus, ac perelegans. Folia numeris, plagularum fafciculos litteris, & initiales litteras minutiore charactere typographus fignauit. Cuftodes defiderantur. Cl. PANZER huius editionis in *Hift. typogr. Norimb.* p. 149. meminit.

XIX. Iuuenalis Satyrae cum Antonii Mancinelli, Domitii Calderini, & Georgii Vallae commentariis. Norimbergae per Antonium Koberger anno 1497. in fol.

Praemittuntur fatyris praeter titulum, argumenta fatyrarum per *Antonium* MANCINELLVM, commentariorum praefationes, & vocum rerumque regiftrum, quae priora octo



octo folia occupant. Denique ipsae satyrae cum suis commentariis 190 foliis contentae initium sumunt. Externa huius editionis forma cum immediate praecedente conuenit. Satyris adiecta est CALDERINI defensio aduersus BROTHEVM, seu *Nicolaum* PEROTTVM, in cuius fine legitur. *Nurnberge impressum est hoc Iuuenalis opus cum tribus commentis per Antonium Koberger. M. CCCC. XCVII. die vero VI. Decembris.* Huius editionis cl. PANZER l. cit. p. 150 mentionem facit.

XX. *Psalterium beati Brunonis episcopi herbipolensis.* Norimbergae per Antonium Koberger anno 1497. in 4.

Opus istud 22 plagularum fasciculis contentum, gothicoque charactere impressum, nullos custodes aut paginarum numeros exhibet. Initiales litteras paruas, & signaturas adposuit typographus. Titulus supra relatus in primo folio legitur. Octo sequentia folia *operis & auctoris commendatio*, *temporum correctio*, *punctorum diuersa positio*, *vtilitas psalmorum* &c. occupant. Folio decimo Psalterium cum commentariis BRVNONIS incipit. Psalterio adiecta habentur cantica, oratio dominica ac symbola. In fine legitur: *Beati Brunonis psalterium ex doctorum dictis collectum per Anthonium Koberger impressum. Anno incarnate deitatis millesimo quadrigentesimo nonagesimo septimo finit feliciter.* Cl. PANZER huius editionis meminit in *Hist. typogr. Norimb.* p. 151.

XXI. Sextus Decretalium. Venetiis per Baptistam de Tortis anno 1497. in fol. mai.

Praemittuntur tabula rubricarum, & tractatus *Ioan.* ANDREAE de arboribus consanguinitatis, & adfinitatis. Folio quarto incipit sextus liber decretalium. Auersa folii 104 pagina iste sequenti finali subscriptione terminatur: *Venetiis per Baptistam de Tortis XVII. Nouembris. M. CCCC. LXXXXVII.* His subiectum est chartarum registrum. Folia in hoc opere 104 numeris signata numerantur. Initiales litteras, & rubricas rubro expressit colore typographus, signaturasque adiecit; custodes vero omisit. Typus est gothicus

XXII. Iulii firmici Materni de Natiuitatibus libri VII. Venetiis per Simonem Biuilaquam anno 1497. in fol.

In prima pagina legitur litteris ligno incisis impressum: *Iulius Firmicus de Natiuitatibus.* Dein sequitur tabula, cui *Ioannis Pompeii* CORNIANI Brixiani carmen in praesens opus adiectum est. Tabulam excipit operis prooemium, quod sequentem inscriptionem praefixam habet: *Iulii Firmici Materni Iunioris Siculi viri Clarissimi ad Mauortium Lollianum Fa'cibus Campaniæ Romanæ prouinciæ proconsulem designatum: per Diuum Cæsarem Constantinum Maximum Patrocinium defensionis Matheseos incipit.* Prima folii noni columna *Iulii Firmici Materni Iunioris. V. Cla. Matheseos Institutionis Liber Primus Faliciter Incipit.* Vltimo libro habetur subiecta auctoris epistola ad MAVORTIVM, in qua illum rogat, vt solum filiis suis, & amicis, quos fida amoris necessitudo sibi coniungit, tradat; aliis vero celet. In auersa vltimi folii habentur *Nicolai* AMERINI, *Ioan. Testae* CYLLENII, & *Christophori* PIERII in laudem FIRMICI carmina, chartarum registrum, cum sequenti subscriptione: *Impressum Venetiis per Symonem papiensem dictum biuilaqua* 1497. *die* .3 *Iunii.* His subie-

ctum



ctum est typographi symbolum. Typus est romanus. Initiales litterae aut florentes ligno incisae, aut paruis sunt indicatae. Foliorum numeros, & signaturas adiecit typographus.

Cl. DENIS in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 169 & seqq. eamdem editionem descripsit, & tam de auctore quam de typographo notitiam nobis reliquit. *Iulius* FIRMICVS *Maternus* patria Siculus, aetate prouectior Ethnicam, ac astrologicas reliquit superstitiones, & ad Christianae religionis castra accedens, tractatum de *Errore profanarum religionum* ad CONSTANTINVM & CONSTANTEM Augustos post annum *Christi* 340 scripsit. FABRICIVS *in Bibl. Lat. Lib.* 3. *c.* 8. pag. 70.

XXIII. Vitruuii Pollionis de architectura libri X. Venetiis per Simonem Biuilquam anno 1497. in fol.

Vndecim hoc opus, romano charactere impressum, plagularum fasciculis absoluitur. Initiales litteras florentes, ac signaturas adiecit typographus; nullos custodes, aut paginarum numeros. In fronte primae paginae capitalibus litteris impressum habetur: L. VITRVVII POLLIONIS AD CAESAREM AGVSTVM - sic - DE ARCHITECTVRA LIBER PRIMVS. Ad calcem operis legitur: *Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Biuilaquam Anno ab incarnatione*: *M. CCCC. L. XXXXVII. Die Tertio Augusti.* Idem opus iam anno 1496 florentiae in lucem prodiit, vti in GEMEIMERS *Nachrichten* p. 204. videndum erit. BAVR & alterius sine loci & anni indicio editionis meminit; praesentis vero nec iste, nec MAITTAIRE notitiam habuere.

M. VITRVVIVS *Pollio* Scriptor non artis suae solum adprime peritus, sed quod ipse in architecto requirit, alias quoque scientias, & disciplinas doctus, & in graecis scriptoribus diligenter versatus, etsi in eius dictione plebeitatem notent eruditi. Scripsit aetate iam prouectus de architectura ad Imperatorem AVGVSTVM X. libros, in quorum primis septem agit de aedificatione tum publicarum tum priuatarum aedium, octauo de aquaeductibus, nono de Gnomonice, decimo de Mechanice. FABRIC. Bibl. Lat. L. I. p. 338.

XXIV. *Ant. Mancinelli. Spica uoluminum. IIII. Versilogus.* Venetiis anno 1497. in 4.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur. Auersam occupat *Antonii* ILLVMINATI de monte nouo ad *Antonium* MANCINELLVM epistola, in qua istum ob latini sermonis puritatem ac elegantiam restaurandam maximopere laudat. Folio secundo inchoat *Ant. Mancinelli Veliterni Spica. ad inclytum sapientemque uirum Iacobum Sutrinum utriusque Iur. doctorem eximium. Episcopumque calacensem liberalissimum.* Haec excipit opusculi dedicatio pedestri sermone scripta, istam vero eiusdem tituli. Folio denique tertio ipsum incipit opus, sex plagularum fasciculis contentum, & romano charactere impressum. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae minutiori charactere sunt expressae. In fine habentur emendanda, quibus subiectum legitur: *Impressum Venetiis Anno domini M. CCCC. LXXXXVII. die X. iulii.*

XXV. *Regulae Sypontinae.* Venetiis per Ioannem Tacuinum anno 1497. in 4.

Titulus iste capitalibus litteris expressus in prima pagina primi folii inuenitur. In auersa habetur CALFVRNII Brixiensis ad *Antonium* MORETVM epistola, in qua sequentia in



operis laudem scripta leguntur : *Is libellus huius generis est : ut non modo iis qui circa prima elementa adhuc immorantur : sed & altiora quoque tendentibus prodesse possit. Et ut paucis quod sentio absoluam & grammatice & latine loqui docet.* Folio secundo deinde incipiunt NICOLAI PEROTI PONTIFICIS SYPONTINI AD PYRRHVM PEROTVM NEPOTEM EX FRATRE SVAVISSIMVM RVDIMENTA GRAMMATICES, quae romano charactere impressa, decem plagularum fasciculis constant. Initiales ligno incisas, & signaturas adposuit typographus; custodes vero, & paginarum numeros praetermisit. In fine sequentia habentur : *Impressum Venetiis per Ioannem Tacuinum de Tridino : anno salutis dominicæ. M. CCCC.LXXXXVII. pridie idus nouembres.* His chartarum registrum subiectum est.

XXVI. *P. Ouidii Metamorphosis cum integris ac emendissimis Raphaelis Regii enarrationibus & repræhensione illarum ineptiarum . quibus ultimus Quaternio primæ editionis fuit inquinatus.* Venetiis per Simonem Beuilaquam anno 1497. in fol.

Praemittuntur operi , romano ac nitido charactere impresso , ac 21 plagularum fasciculis contento, titulus supra relatus , priuilegium *Raphaeli* REGIO concessum , eiusdem praefatio ad *Franciscum* GONZAGAM directa , OVIDII vita , index & globus , quae sex priora folia occupant. Folio septimo *P. Ouidii Nasonis metamorphoseos Liber I.* cum *Raphaelis* REGII enarrationibus incipit. Finem operi imponunt duae REGII epistolae , vna ad Equites *Antonium* BVLDVNVM , *Ioannem Franciscum* PASCHALICVM , & *Dominicum* BOLLANVM , altera ad *Paulum* CORNELIVM Patritium Venetum , & sequens ad lectorem admonitio : *Si quid forte litterarum immutatione : transpositione . inuersione , appositione . omissione aliaue deprauatione offenderis studiose lector id correctionis difficultati ascribas rogat Simon Ticinensis cognomento bibilaqua : cuius industria Raphael Regius in hoc opere describendo usus est Venetiis Principe felicis. Augustino Barbadico . octauo idus iulii MCCCCXCVII.* His subnexa sunt chartarum registrum, & typographi symbolum. Typus est romanus. Initiales litterae ligno incisae , & signaturae adparent ; nulli vero custodes, aut paginarum numeri.

XXVII. *Consilia Bartholomei montagnane. Tractatus tres de balneis patauinis. De compositione & dosi medicinarum. Antidotarium eiusdem.* Venetiis per Bonetum Locatellum anno 1497. in fol.

Integrum hoc opus gothico charactere in duabus columnis impressum 50 plagularum fasciculis constat. Initiales litteras florentes adpressit typographus , fasciculos litteris , & folia, exceptis octo prioribus , numeris signauit. Tituli supra relati in primo leguntur folio. Sequentia septem folia duae *Gerardi* BOLDERII ad *Iacobum* de VITALIBVS epistolae , operis tabula , & quoddam consilium de mirachiali dispositione complectuntur. His absolutis, *Bartholomei montagnane medici clarissimi consiliorum aggregatio de egritudinibus tam communibus quam particularibus a capite vsque ad pedes : & de conseruanda sanitate feliciter incipit.* Auersa folii 367 pagina tractatus de *Balneis Patauinis.* Tertia columna folii 370 tractatus de *compositione & dosi medicinarum* , & tertia columna folii 376 *antidotarium* incipit. In huius fine legitur : *Gratias altissimo deo qui antidotis domini magistri Bartholomei de montagnana. Et consequenter totius huius operis finem imponere dedit. Mandato ac sumptibus nobilis viri domini Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis . quarto nonas Augusti . 1497. per Bonetum Locatellum Bergomen-*



gomensem. Primam paginam vltimi folii regiſtrum chartarum, & *Octauiani* SCOTI ſymbolum occupant.

XXVIII. Ioannis Serapionis Practica, dicta Breuiarium, Liber de ſimplici medicina, & Platearii practica. Venetiis per Bonetum Locatellum anno 1497. in fol.

Opus iſtud, foliis 211 contentum, quoad externam formam cum immediate praecedente conuenit. In prima pagina folii primi ſequentia maiuſculis litteris impreſſa habentur *Practica Io. Serapionis dicta breuiarium. Liber Serapionis de ſimplici medicina. dicta circa inſtans Practica platearii.* Folio ſecundo primus incipit tractatus. Prima columna folii 92 *Incipit liber Serapionis aggregatus in medicinis ſimplicibus ſecundum tranſlationem Symonis Ianuenſis interprete Abraam iudeo tortuoſienſi de arabico in latinum.* Prima columna folii 169 *Ioannis Platearii Salernitani medici excellentiſſimi practica breuis feliciter incipit.* In huius fine legitur: *Impreſſum Venetiis mandato & expenſis nobilis viri domini Octauiani Scoti Ciuis Modoetienſis per Bonetum Locatellum Bergomenſem. 17 Kal. Ianuarias.* 1497. His chartarum regiſtrum & SCOTI ſymbolum ſunt ſubiecta.

SERAPIO medicus Arabus, florebat ad finem ſeculi IX. & opus practicum, Breuiarium adpellatum, ſcribebat. Tractatus de *ſimplicibus & medicinis* ab eruditis pro ſpurio, ac ſuppoſititio habetur. KESTNER *Bibl. medic.* p, 127.

XXIX. *Expoſitiones Diui Hieronymi in Hebraicas quaeſtiones ſuper Geneſim necnon ſuper duodecim Prophetas minores & quatuor maiores nouiter Impreſſe cum Priuilegio.* Venetiis per Ioannem & Gregorium de Gregoriis anno 1497. in fol.

Verba iſta in primo folio gothicis maiuſculis litteris impreſſa leguntur. Dein ſequitur liber hebraicarum quaeſtionum ſuper Geneſin decem foliis contentus. Iſtum excipiunt expoſitiones ſuper minores Prophetas, in quarum fine legitur: *Finiunt explanationes. Beati Hieronymi in duodecim Prophetas: ea quippe Solertia ac Diligentia non minus in corrigendo quam imprimendo adhibita: quam ſanctus ſancto Aflatus ſpiritu doctor efflagitet. Impreſſe Venetiis per Ioannem & Gregorium de Gregoriis fratres anno domini.* 1497. Incipit deinde expoſitio in Prophetas maiores 44 plagularum faſciculis contenta, in cuius fine nulla habetur finalis ſubſcriptio. Initiales litterae ligno inciſae, ſignaturae, & cuſtodes occurrunt, nulli vero paginarum numeri. S. Scripturae textus, & paginarum tituli gothico, & S. Doctoris expoſitio romano charactere eſt impreſſa.

Anno MCCCCXCVIII.

I. Tractatus contra vitia. Argentinae per Georgium Huſner anno 1498. in 4.

Opus iſtud gothico charactere impreſſum, ſequentem titulum ſibi habet praefixum: *Tractatus contra vicia.* In fine vero legitur: *Tractatus contra vitia ratione & auctoritate terribiliter clamans. modernis chriſticolis neceſſarius: necnon vtiliſſimus clero & laicis. Impreſſus Argentine per induſtrium Georgium Huſner ibidem incolam finit feliciter. Anno ſalutis noſtre. M. CCCC. XCVIII. quinta die decembris.*

noniæ per Benedictum Hectoris Bononiensem. Anno Salutis. M. CCCC. LXXXXVIII. Die XVIII. Decembris. His chartarum registrum & typographi symbolum subnexa sunt.

Philippus BEROALDVS, natione Italus, patria Bononiensis, Medicus, Philosophus, Orator, humaniores litteras docuit Parmae, Parisiis, & Bononiae, vbi diem obiit supremum anno 1505. Vir erat celeberrimus, & ipse inter eos, qui renascentibus litteris industria, & ingenio suo insigne monumentum addidere. FABRIC *in Bibl. med. & infim. Lat.* Lib. XV. pag. 290.

V. *Solinus De Mirabilibus Mundi.* Brixiae per Iacobum Britannicum anno 1498. in fol.

Titulus iste in primo folio gothicis litteris expressus legitur. Sequentia quatuor folia occupat tabula, etiam BARTOLINI Atriensis ad *Lucam* PASSVM & *Iulii* SOLINI ad AVTIVM epistolae excipiunt. Deinde ipsum opus romano charactere impressum, ac 34 foliis contentum incipit. Caret tantum custodibus. Folia numeris, plagularum fasciculi litteris, & initiales litterae minutiori charactere sunt signatae; prima vero initialis est figura ligno incisa, Monachum quemdam exhibens. In fronte operis legitur: *De Origine & temporibus urbis Romæ & mensibus & diebus intercalaribus. Caput I.* Prima folii 34 pagina historia ista cum sequenti finali subscriptione terminatur: *Solinus de mirabilibus mundi Brixiæ per Iacobum Britanicum impressus Anno. MCCCCIIC. Die Vigesimo Nouembris.* Huius editionis FREYTAG *Adpar.* I. p. 121. meminit. Praecesserunt eam tres aliae, quarum prima Venetiis anno 1473, secunda Parmae 1480, & tertia Brixiae eodem anno in lucem prodierunt.

C. Iulius SOLINVS Grammaticus patria, vt videtur, Romanus, quem quidam PLINIO antiquiorem, & ad AVGVSTI tempora referendum existimant. SALMASIVS isto iuniorem & quidem ducentis ferme annis contendit. Conf. FABRICII Bibl. Lat. Lib. II. p. 511.

VI. *Sermones dominicales perutiles a quodam fratre hungaro ordinis minorum de obseruantia comportati Biga salutis intitulati feliciter incipiunt.* Hagenoae per Henricum Gran anno 1498. in 4.

Verba ista operis titulum constituunt. Folium secundum occupat prologus, quem tabula quatuor foliis contenta sequitur. Folio septimo *Incipiunt sermones dominicales qui nuncupantur Biga salutis*, qui 54 plagularum fasciculis comprehenduntur. Impressi sunt gothico charactere in duabus columnis, nullosque paginarum numeros, aut custodes exhibent. Initiales litterae paruae, & signaturae sunt adiectae. Ad calcem operis legitur: *Sermones dominicales perutiles Biga salutis intitulati. a quodam fratre hungaro In conuentu Pesthien. fratrum minorum de obseruantia comportati. Impensis quoque & sumptibus prouidi viri Iohannis ryman per industrium Henricum Gran in imperiali oppido Hagenaw inibi incolam diligentissime impressi ac emendati Fininunt feliciter. Anno ab incarnatione domini. M.CCCC.XCVIII. ipsa die Vincentii martyris.*

VII. M. T. Ciceronis opera omnia Mediolani per Guilelmos Fratres anno 1498. Voll. IV. in fol. mag.

 Prime



Primo volumini praemittuntur *Alexandri* MINVTIANI ad *Ioannem Iacobum* TRIVVLTIVM epiſtola dedicatoria, CICERONIS vita ex PLVTARCHO deſumta, operum index, & opuſculum de petitione conſulatus, quae duodecim foliis comprehenduntur. Iſtud libros Rhetoricos, AESCHINIS adcuſationem contra CTESIPHONTEM, DEMOSTHENIS defenſionem aduerſus AESCHINEM, & VICTORINI enarrationem in Rhetoricos de inuentione complectitur, & 177 foliis conſtat. Ad calcem eiusdem legitur: *Horum operum: que de arte Cicero conſcripſit: & ad hanc uſque aetatem peruenerunt Alexandri Minutiani oblocatio fuit: redemptura Guilelmorum fratrum. Librarii opifices perfecerunt Mediolani. MCCCC. LXXXX. VIII. In legitimo Ludouici SF. Angli Principis Sapientiſſimi Ducatu.*

Volumen ſecundum, quod CICERONIS orationes continet, 250 foliis conſtat. In eius fine ſequens habetur notitia: *Impreſſit Alexander Minutianus nono Kalendas Decembres. 1498. in Inclyta ciuitate Mediolani Ludouici Marie Angli legitimi Ducatus anno tertio.* His orationum index eſt ſubnexus. Volumen tertium, 175 foliis comprehenſum, epiſtolas, & *Pomponii* ATTICI vitam complectitur. In volumine quarto libri philoſophici habentur. Iſti fragmentum *Aratiphaenominon* finem imponit. In fine duorum vltimorum voluminum nulla inuenitur finalis ſubſcriptio.

Editio praeſens elegantiſſima eſt, ſiue typus, qui romanus & nitidus eſt, ſiue charta, quae alba admodum ac firma, ſiue marginum amplitudo ſpectetur. Folia numeris, plagularum faſciculos litteris ſignauit typographus, ac in cuiuslibet faſciculi finem cuſtodem adpoſuit, initialesque litteras minutiore charactere ſed raro admodum adnotauit. Diſtinctionis ſigna omnia occurrunt. Iſtius editionis meminit cl. SAXIVS in *Catal. libr. Mediol. Edit.* p. DC. IV. Aſt haud parum errauit, dum, nullam epiſtolam aucupatoriam operibus iſtis fuiſſe praemiſſam, animaduertiſſet.

VIII. *Liber de triplici regione clauſtralium & ſpirituali exercicio Monachorum: omnibus religioſis non minus vtilis quam neceſſarius*, Moguntiae per Petrum de Fridberg anno 1498. in 4.

Titulus iſte rubro colore expreſſus in primo folio legitur. Secundum folium TRITHEMII epiſtola ad abbates congregationis Bursfeldenſis occupat. Folio tertio *Incipit liber de triplici regione clauſtralium: & de ſpirituali exercicio nouiciorum.* Auerſa folii 92 pagina *Finis adeſt exercicii ſpiritualis clauſtralium per Petrum Fridbergenſem in nobili vrbe Maguntina Octauo Idus Auguſtias. Anno ſalutis. M. CCCC. XCVIII.* Deinde ſequitur *ſpiritualis exercitii compendium*, quinque vltimis foliis contentum. Initiales litterae, cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur. Typus eſt gothicus. Plagularum faſciculi, quorum tredecim numerantur, litteris ſunt inſigniti.

IX. *Vocabularius breuiloquus cum arte diphtongandi punctandi & accentuandi.* Norimbergae per Antonium Koberger anno 1498. in 4. mai.

Praemittuntur vocabulario, praeter titulum ſupra relatum, & praefationem, GVARINI ars diphtongandi, tractatus de punctis & accentibus. Folio ſeptimo *Incipit breuiloquus vocabularius.* Integrum hoc opus, gothico charactere in duabus columnis impreſſum, 37 plagularum faſciculis conſtat. Caret cuſtodibus, paginarum numeris. Signaturas & initiales litteras paruas adiecit typographus. Ad calcem operis ſequentia habentur: *Finit Vocabularius Breuiloquus triplici alphabeto diuerſis ex auctoribus. necnon corpore vtriuſque*

iuris



iuris collectus ad latinum sermonem capessendum utilissimus. Impressus Nurnberge, per Antonium Koberger. Anno domini. M. CCCC. XCVIII. die. XIII. mensis Iulii. Alterius editionis Basileae anno 1480 typis excusae supra p. 124 N. III. meminimus.

X. Dionysii Areopagitae quaedam opera. S. Ignatii Episc. & Mart. vndecim epistolae. S. Polycarpi epistola. Parisiis per Ioann. Higmann & Wolfgangum Hopylium anno 1498. in fol.

Primam paginam figura ligno incisa, in cuius medio, & infra quam operis contenta leguntur. In auersa eiusdem folii primi incipit *Ambrosii oratoris & monachi Camaldulensis ordinis prefatio in translationem librorum sancti Dionysii Areopagite*, quam materiarum index, & istum *Iacobi* FABRI Stapulensis ad lectores epistola excipit. Haec priora quatuor folia complectuntur. Deinde initium sumit *Dionysii Areopagite Atheniensium episcopi, & Galliarum apostoli: celestis hierarchie liber ad Timotheum Ephesine ciuitatis episcopum.* Prima folii 102 pagina S. DIONYSII opera desinunt. Auersa folii 103 praemisso *Iacobi* FABRI argumento, S. IGNATII epistolae inchoant. Istas prima folii 116 pagina S. POLYCARPI epistola ad Philippenses excipit. Prima folii 117 pagina inuenitur *Operum Beatissimi Dionysii & Vndecim Epistolarum diui Ignatii Antiochensis ecclesie Episcopi, & unius beati Polycarpi Smyrneorum antistitis: discipulorum sanctorum Apostolorum, & martyrum Ihesu saluatoris mundi felicissimorum: ad ipsius ihesu saluatoris. sapientie sapientum, & regis martyrum omnium honorem finis. In alma Parhisiorum schola per Ioannem Higmanum & Wolfgangum Hopylium artis formularie socios. Anno ab incarnatione eiusdem domini nostri Ihesu Christi* 1498 *die sexta Februarii.* Auersam eiusdem errata & chartarum registrum occupant. Typus gothicus est. Initiales litteras paruas, foliorum numeros, & signaturas typographus adpressit: custodes desiderantur.

XI. Ioannis Annii Viterbiensis ord. Praedic. Commentaria super opera diuersorum Auctorum de Antiquitatibus loquentium, ad Hispanorum Reges Ferdinandum, & consortem eius Elisabetham. Romae per Eucharium Silber alias Franck anno 1498. in Fol.

Integrum hoc opus, cuius textus gothicis maiusculis, & commentaria romanis litteris sunt impressa, 34 plagularum fasciculos, litteris signatos, complectitur. Desunt custodes, paginarum numeri. Tres priores litterae initiales ligno incisae; reliquae minutiori charactere sunt expressae. Distinctionis signa omnia obseruantur.

In fronte primae paginae legitur: *Fratris Ioannis Annii Viterbensis Theologiae professoris ordinis predicatorum: de commentariis Antiquitatum ad Christianissimos Hispaniarum Reges, Ferdinandum & consortem eius Elisabetham Epistola incipit.* Epistolam folio secundo excipit praefatio, quam secunda columna eiusdem folii primus liber, operis conspectum in se continens, sequitur, & auersa folii decimi pagina terminatur. Prima vndecimi vacua est. Auersam occupat ALEXANDRI VI. S. P. priuilegium typographo concessum. Folio duodecimo incipiunt *Eiusdem fratris Ioannis Annii Viterbiensis commentaria super Mirsilum. Liber VI.* In fine chartarum registro legitur subiectum: *Commentaria fratris Ioannis Annii Viterbensis ordinis predicatorum Theologie professoris super opera diuersorum auctorum de Antiquitatibus loquentium confecta finiunt. Rome in Campo flore Anno domini. M. CCCC. XC-VIII*



VIII. Die III. mensis Augusti Impressa per Eucherium Silber alias Franck. Sedente sanctissimo in xpo patre & domino. d. Alexandro Papa. VI. Anno eius Sexto. Laus deo.

Hac de editione AVDIFREDVS agit in *Catal. Roman. Edit.* p. 343 & seqq. eamque pro secunda habendam esse autumat; primam enim ipse ANNIVS anno 1497 prelo Romae supposuit. In praesenti editione id animaduertendum est, videlicet librorum indicem cum iisdem quoad ordinem haud consonare, sic locum secundi libri liber sextus obtinet. Ex quo patet, istam non ab ipso auctore, a quo, vt operis sui partes, iuxta ordinem a se in earum digestione praestitutum, imprimerentur, neglectum fuisse haud credendum erit, sed ab alio, qui Anniani operis ordinem reformare voluit, simulque congruam nouo ordini tabulam aptare neglexit, fuisse curatam. Conf. AVDIFEDVM l. cit.

XII. *Lectura fratris Pauli scriptoris ordinis minorum de obseruantia quam edidit declarando subtilissimas doctoris subtilis sententias circa Magistrum in primo libro.* Tubingae per Ioan. Otmar 1498. in fol.

Opus istud, quod titulum mox relatum praefixum habet, in duabus columnis gothico charactere est expressum. Signaturas, & foliorum numeros adpressit typographus; nullos vero custodes, nullasque initiales litteras. Folio 37 praemisso prologo nimis prolixo, prima incipit distinctio. Secunda columna folii 183 *Explicit exacta expositio & subtilis subtilissimarum sententiarum, quas doctor subtilis in primum librum suum circa magistrum Petrum Lumbardum in vnum congessit. ordinaria lectura ordinarie facta in conuentu fratrum minorum in alma vniuersitate Tuwingn. vbi & impressa est per huius artis gnarum Magistrum Iohannem Ottmar. Anno salutis. M. CCCC. XCVIII. XXIIII. die Martii.* His errata sunt subnexa. Additum est *inuentarium punctorum huius libri per folia & columnas* tredecim foliis contentum.

XIII. Publii Gregorii Tiferni opuscula quaedam. II. Iouiani Pontani Nenia & epigrammata. III. Francisci Octauii Elegiarum libellus & epistolae. IV. Sulpitiae Carmina. LXX. Venetiis per Bernardinum Venetum anno 1498. in 4.

Prima pagina folii primi vacua est. In auersa TIFERNI opuscula recensentur. In fronte secundi folii legitur capitalibus litteris expressus: PVBLII GREGORII TIFERNI POETAE ILLVSTRIS HYMNVS IN TRINITATEM. In prima folii 20 pagina TIFERNI opuscula desinunt. In auersa eiusdem omnium opusculorum in hoc volumine contentorum tituli habentur, quibus subiectum legitur: *Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum. Anno domini. M. CCCC. XCVIII. Mensis Iunii Die undecimo.* Folio 21 incipit LIBELLVS ELEGIARVM FRANCISCI OCTAVII AD IVLIAM, quem eiusdem epistolae sequuntur. Folio 37 IOVIANI PONTANI POETAE VMBRI NENIA initium sumunt, & auersa folii 39 terminantur. Eiusdem epigrammata, & SVLPITIAE carmina in nostro exemplari desiderantur. Characteres sunt romani. Initiales litteras & signaturas typographus adiecit. Desunt paginarum numeri, & custodes.

XIV. *Pla-*



XIV. *Platynæ de honesta uoluptate: & ualetudine: uel de obsoniis: & arte Coquinaria libri decem.* Venetiis per Bernardinum Venetum anno 1498. in 4.

Titulus iste in primi folii prima pagina legitur. In auersa incipit *Platynæ de honesta uoluptate: & ualetudine ad amplissimum ac doctissimum. D. B. Rouerellam. S. Clementis Presbiterum Cardinalem. Liber primus.* Integrum hoc opus romano charactere impressum, 22 plagularum fasciculis, qui litteris sunt insigniti, constat. Initiales litterae librorum ligno sunt incisae; capitum vero minutiori charactere signatae. Custodes, & paginarum numeri desiderautur. Ad calcem operis legitur. *Platynæ de honesta Voluptate & Valetudine: Seu de arte coquinaria & cibariis Libri Decimi & Vltimi Finis. Venetiis Bernardinus Venetus Impressit Anno Domini. M. II. D.*

Baptista, seu vt alii volunt, *Radulphus Bartholomaeus* PLATINA a patria Piadena, vico ditionis Cremonensis dici voluit, cum proprio nomine *Sachus* diceretur. Hic ingenii laude commendatus Cardinali BESSARIONI, atque sub PIO II. abbreuiatoris munere functus, post iras PAVLI II. apud SIXTVM IV. gratiosus, atque anno 1475 Praefectus Bibliothecae Vaticanae diem obiit anno 1481 aetat. 60. Vir erat ab eruditis ob insignia ingenii sui monumenta maximopere celebratus. Conf. FABRIC. *Bibl. med. & infim. lat. Lib. XV.* p. 303. BLOVNT *Cens. Script.* p. 339.

XV. Guarini Veronensis Grammatices regulae. Venetiis per Ioan. de Cereto anno 1498. in 4.

Opus istud quatuor plagularum fasciculis contentum, romano charactere est impressum, initialibus litteris ac signaturis instructum; caret vero & custodibus, & paginarum numeris. In fronte primae paginae legitur capitalibus litteris impressum: GVARINI VERONENSIS VIRI PERITISSIMI GRAMMATICALES REGVLAE INCIPIVNT. In fine sequentia habentur: *Impressum Venetiis per Ioannem de Cereto alias Tacuinum de Tridino M. CCCC. LXXXXVIII. die VIII. Februarii.* His typographi symbolum habetur subiectum. Alterius editionis Venetiis anno 1485 euulgatae supra p. 124 N. XXI. meminimus.

XVI. *Sermones funebres vulgariter; litteraliterque pronuntiandi, Item sermones nuptiales pulcherrimi.* Venetiis anno 1498. in 8.

Titulus iste in primo legitur folio. Primam paginam secundi folii epigramma ad lectorem occupat. In auersa eiusdem *Gregorii* BRITANICI epistola ad *Paulum* ZANE Episcopum Brixiensem incipit, quam istius ad BRITANICVM epistola excipit. Folium quartum implet sermonum tabula, ad cuius finem sequens habetur notitia: *Hoc preclarum opus imprimi curauit Lucas Antonius Florentinus. ad honorem & gloriam domini iesu christi & genitricis eius uirginis Marie. Anno domini. M. CCCC. XCVIII. die. III. mensis Aprilis In ciuitate Venetiarum.* Deinde initium sumunt quorumdam virorum orationes funebres, & nuptiales a *Gregorio* BRITANICO Ord. Praedicatorum, Alumno editae, quae in duabus columnis gothico charactere impressae vndecim plagularum fasciculis comprehenduntur. Carent paginarum numeris & custodibus; initiales litterae minutiori charactere sunt adnotatae. Ad calcem operis tantum legitur subiectum: *Finis.*



XVII. *Tractatus Preclarissimi de Bannitis & materia bannitorum vtilissimi Excellen. Iurisconsulti Domini Nelli de sancto Geminiano ciuis florentini. Et veri statutorum interpretis.* Venetiis per Paganinum de Paganinis anno 1498. in fol. mai.

Tractatus iste, qui titulum prae atum sibi habet prafixum, decem plagularum fasciculis contentus, in duabus columnis gothico charactere est impressus, nullosque exhibet custodes, aut paginarum numeros. Signaturae, & initiales litterae paruae obseruantur. In fine eiusdem legitur: *Venetiis per Paganinum de paganinis. Anno domini. M. CCCC. LXXXXVIII. Die. X. mensis Octobris.*

XVIII. Baptistae de S. Blasio tractatus centum quaestionum de centum differentiis inter arbitrum & arbitratorem. Venetiis per Paganinum de Paganinis anno 1498. in fol.

Externa huius editionis forma cum immediate praecedente in omnibus conuenit. Plagularum fasciculis tribus absoluitur. Ad calcem eiusdem legitur: *Explicit sollemnissimus tractatus centum questionum de centum differentiis inter arbitrum & arbitratorem compilatus per clarissimum utriusque iuris doctorem dominum Baptistam de sancto blasio de patauio. Impressus quoque est venetiis per me Paganinum de paganinis. die. IX. mensis maii. M. CCCC. XCVIII.*

XIX. Felini Sandaei Commentarii in varios iuris canonici titulos. Venetiis per Andream de Thoresanis de Asula anno 1498. in fol. mai.

Integrum hoc opus in duabus columnis gothico charactere praestanti chartae impressum, 301 foliis, exceptis duabus tabulis, constat. Tam folia, quam plagularum fasciculi numeris sunt insigniti. Custodes etiam, & initiales litterae paruae obseruantur. In fronte primi folii legitur: *Felini Sandei Ferrariensis Iuris interpretis eminentissimi. Sacrique palatii apostolici causarum auditoris meritissimi. Aurea commentaria in titu. de probationibus. de Testibus cogen. & de Presumptionibus cum noua emendatione Feliciter incipiunt.* Quarta columna folii 301 *Expletum est hoc preclarum opus famosissimi Iuris vtriusque interpretis. d. Felini Sandei Ferrarien. Sacri palatii apostolici auditoris. Impressum Venetiis per Andream de Thoresanis de Asula. Anno domini currente. M. CCCC. XCVIII. die. XVII. Martii.* His operis tituli, & priuilegium de non recudendo subiecti sunt.

XX. *Ioannis Pici Mirandulae omnia opera.* Venetiis per Bernardinum Venetum anno 1498. in fol.

Titulus iste in prima pagina folii primi capitalibus litteris legitur impressus. Isti mox tractatuum index, & aliorum eruditorum, de quibus epistolae sunt insertae, nomina subiecta sunt. In auersa eiusdem habetur *Ioannis Francisci* PICI ad *Ludouicum Mariam* SFORTIAM epistola dedicatoria, quam *Ioannis* PICI vita per eumdem scripta excipit. Vitae subnectitur S. CYPRIANI carmen de ligno crucis. Folio vndecimo ipsum opus a prooemio incipit. In epistolarum fine legitur: *Opuscula hæc Ioannis Pici Mirandulæ Concordiæ Comitis*



mitis Diligenter impressit Bernardinus Venetus. adhibita pro uiribus solertia & diligentia ne ab archetypo aberraret. Venetiis Anno salutis. M. CCCCLXXXXVIII. die. IX. Octobris. Haec excipit chartarum registrum CVM GRATIA ET PRIVILEGIO. Sequuntur deinde *Testimonia eius & doctrinae, ac disputationum aduersus Astrologos* libri XII. eodem anno impressi, qui tamen in nostro exemplari desiderantur.

Hanc editionem cl. DENIS *in Memorab. Bibl. Garell.* p. 180 descripsit. Typus est romanus. Initiales litteras tum florentes tum paruas a liecit typographus, plagularumque fasciculos litteris signauit. Desunt custodes & paginarum numeri.

XXI. *Omnia opera Angeli Politani, & alia quaedam lectu digna, quorum nomina in sequenti indice uidere licet.* Venetiis per Aldum Manutium anno 1498. in fol.

Volumen praesens 52 plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Initiales litteras minutiori charactere signauit typographus, ac custodes adposuit; paginarum numeros vero omisit. Typus, qui Romanus ac perelegans est, & chartae praestantia haud parum praesentem extollunt editionem. Distinctionis signa omnia obseruantur.

Tituli loco verba supra relata in primi folii prima pagina leguntur. Auersam eiusdem *Aldi* MANVTII ad *Marinum* SANNVTVM Patritium Venetum epistola dedicatoria occupat. In ista indefessam SANNVTII in elaborandis historiis diligentiam depraedicat: excusat operum POLITANI collectionis imperfectionem, multisque immaturam eius mortem ideo maxime deplorat, eoquod in scientiarum prouincia quamplurima elaboranda promisisset. Folium secundum *index earum, quae hoc volumine continentur*, implet. Folio tertio incipit ANGELI POITIANI EPISTOLARVM LIB. PRIMVS. Epistolas excipiunt Miscellanea, ista HERODIANI historia de imperio post MARCVM e graeco translata, EPICTETI Stoici *Enchiridion* e graeco a se interpretatum, *Alexandri* APHRODISEI *super nonnullis physicis dubitationibus solutiones, Praefationes, Orationes, latina & graeca poemata &c.* In fine legitur: *Venetiis in aedibus Aldi Romani mense Iulio M. II. D. Impetrauimus ab illustrissimo Senatu Veneto in hoc libro idem quod in aliis nostris.* In vltimis duobus foliis chartarum registrum, & *Monodia in Laurentium* MEDICEM conspiciuntur.

Huius editionis meminerunt BAVR, qui eam *rarissimam* & *splendidissimam* adpellat, FREYTAG *adpar. I.* p. 666, qui adfirmare non dubitat, se illa, si *Georgii* VALLAE opus de *rebus expetendis* & *fugiendis* excipiatur, elegantiorem & splendidiorem non vidisse, quae ex ALDI officina in lucem prodiit, & cl. DENIS in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 182.

Angelus a monte Politiano — Hetruriae oppido — loco natali POLITIANVS dictus, sumtu & promotione COSMI Florentinorum Principis, cum *Marsilio* FICINO bonis litteris institutus est, in quibus tanta felicitate profecit, vt breui temporis spatio sui aeui homines doctos eruditione aut aequaret, aut superaret. Graecae latinaeque linguae peritissimus, Gramaticus, Orator, & Poeta insignis. Obiit vir iste ob multa ingenii sui monumenta ab omnibus celebratus anno 1494. aetatis 40. BLOVNT *Cens. celebr. Auct.* p. 357.

XXII. *Biblia cum Tabula nuper impressa & cum summariis nouiter editis.* Venetiis per Simonem Beuilaquam anno 1498. in 4. c. figg.

Praemittuntur Bibliis istis praeter titulum praefatum tabula omnes libros, eorumque capitula continens, alphabeticus Gabrielis BRVNI index, S. HIERONYMI prologus, ac

Q q 2 summaria,



summaria, quae 26 folia complectuntur. Denique ipsa Biblia 57 plagularum fasciculis contenta, gothico charactere in duabus columnis praestanti chartae impressa, initialibus litteris, ac figuris ligno incisis, materiaeque adcommodatis illustrata incipiunt. Desunt custodes, & paginarum numeri. In Apocalypsis fine leguntur versus isti *Fontibus ex grecis hebreorum, quoque libellis &c.* quibus subiectum habetur: *Impressum venetiis per symonem dictum beuilaqua.* 1498 *die octauo Maii.* Sequuntur dein interpretationes hebraicorum nominum secundum alphabeti ordinem, 36 foliis contentae. In auersa vltimi folii pagina conspicitur typographi symbolum.

XXIII. S. Hieronymi quorumdam librorum noui testamenti, Salomonis & Psalterii explanatio. Venetiis per Ioan. & Greg. de Gregoriis anno 1498. in fol.

Explanatio ista romano, textus vero S. Scripturae & paginarum tituli gothico charactere sunt impressi. Initiales litterae ligno sunt incisae, custodes, & signaturas adposuit typographus. Foliorum numeri desiderantur. Plagularum fasciculi 35 numerantur. In fine expositionis Psalterii legitur: *Finiunt insignia hæc atque præclarissima Diui Hieronymi opera. . . . Habes itaque studiosissime lector Ioannis & Gregorii de Gregoriis fretus officio ea nouiter impressa commentaria: Vnde totius ueteris & noui testamenti: ueritatem rectumque sensum quam facillime apprœhendere possis: quæ si tuæ omnino bibliothecæ ascripseris magnam consequeris uoluptatem :maioresque in dies fructus suscipies. Venetiis per præfatos fratres Ioannem & Gregorinm de Gregoriis. Anno domini.* 1498. *die* 25 *Augusti. Cum priuilegio quod nullus citra decem annos ea imprimere ualeat nec alibi impressa in terras excellentissimo uenetorum dominio subditas uenalia afferre possit sub pœnis in ipso contentis.* Haec sequitur chartarum registrum cum typographorum symbolo.

Eiusdem S. HIERONYMI Prophetarum expositio anno 1497 typis euulgata supra p. 299. N. XIX. recensita habetur.

Anno MCCCCXCIX.

I. *Hec practica narrat de presenti anno & sequentibus quam plurimis de nouis raris & inauditis rebus & gestis que futura sunt in hoc mundo.* Argentinae anno 1499. c. figg. in 4.

Verba ista in prima pagina primi folii maiusculis litteris impressa leguntur. His subiecta est figura ligno incisa, qualem auersam quoque occupat. Folio secundo in prima pagina habetur praefatio. In auersa tertii ipsae prophetiae, praemissis sequentibus quinque nominibus, quorum personae in praefixa figura exhibentur, scilicet: *Ptolomeus. Aristoteles, Sybilla. Brigida. Reinhardus lolhardus*, initium sumit. Opus istud gothico charactere impressum, ac 45 figuris illustratum, octo plagularum fasciculis constat. Prima initialis littera ligno incisa adparet; reliquae vero minutiori charactere sunt adnotatae. Desunt custodes, & paginarum numeri. In fine sequentia leguntur: *Emendatum denuo presagium hoccine impressioni quoque iterum deditum Anno domini. M. CCCC. XCIX. In inclita vrbe Argentina vltima die mensis Decembris cum carminibus Pindari preclarissimi poete rem omnem rectissime ennuntiabitis & concludentibus. Nemo venturum potuit deorum nosce fortunam quam futuri. Ceca mens nobis, hominumque multa, preter optatum tulit ipse casus Tristia.*



Tristia. & rursus miseris subactam Extulit rebus propere voluptas. Nunc pluit & clarus nunc Iupiter ethere surgit Desperandum est viuis: fata vitam inuenient. Non est nosce vestrum tempora atque momenta. Primam paginam vltimi folii figura occupat.

Huius editionis meminerunt cl. GEMEINER *in den Nachrichten* p. 279. PANZER in *Annal. Litterat. teut.* p. 229, qui plures huius operis editiones, tam in lingua italica, quam latina ac teutonica elucubratas memorat, ac *Ioannem* LICHTENBERGER Eremitam Alsatum eiusdem auctorem laudat.

II. Bartholomaei Sybillae Ordinis Praed. Speculum peregrinarum quaestionum. Argentinae per Ioan. Grüninger anno 1499. in 4.

Praemittitur operi praeter eiusdem titulum, cui figura ligno incisa subiecta est, materiarum index, nouem foliis contentus. Opus romano charactere impressum, ac 254 foliis contentum a praelocutione ad ALPHONSVM Aragoniae Regem incipit. Initiales litteras paruas, signaturas, & foliorum numeros, si priora decem excipiuntur, adiecit typographus. Ad calcem operis sequentia habentur: *Speculum peregrinarum questionum: Bartholomei Sybille Monopolitani: Sacre pagine professoris. variis theologie: & vtriusque censure: Philosophorum & Astrologorum documentis exornatum: Cuilibet intuenti: & precipue in agro dominico laboranti perutile. Bene perspectum & emendatum Opera & expensis circumspecti viri Ioannis Grüninger ciuis Argentin. ad laudem dei & legentium vtilitatem: consummatum: Finit. Anno christiane salutis post Millesimum quadringentesimum nonagesimo nono* 14. *Kalendas Septembres.* Hanc editionem Romana de anno 1493, & Parisiana de anno 1497 praecesserunt.

Bartholomaeus SYBILLA Apulus Monopoli, qua & Ignatia noua dicitur, ciuitate episcopali ortus, ibidem ordinem Praedicatorum amplexus, ad seculi XV. finem claruit, summus sua aetate Philosophus, ac primi etiam nominis Theologus habitus est. QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 8,2.

III. *Terentius der Hochgelert vnd aller brüchlichest Poet. von latin zu teutsch Transferiert, nach dem Text und nach der glos. In sinem VI. büchern. Vss dem ein yeglicher mensch erkennen mag die sitten vnd gemüt der andern menschen.* Argentinae per Ioan. Grüninger anno 1499. c. figg. in fol.

Titulus iste in prima pagina folii primi figuram ligno incisam, comoediarum aulam cum Spectatoribus, ac personis agentibus exhibentem, subiectam habet. In auersa eiusdem teutonicum legitur carmen, in quo pauca de coemediarum auctore earumque argumentis, ac vtilitate differuntur. Istud versionis auctoris praefatio, registrum, ac instructio, quomodo liber iste legendus esset, excipiunt. Folio nono coemediae ab ANDRIA initium sumunt. Cuilibet earum figura ligno incisa, quae integram implet paginam, scenis vero minor praemittitur. Illarum textus charactere teutonico maiusc., glossae minusculo sunt expressae. Signaturas, initiales paruas, & foliorum numeros typographus adpressit. Ad calcem operis prima folii 168 pagina legitur: *getruckt in der keiserl chen vnd frien statt Straßburg von Hans Grüninger. Vnd seliclich geendet vff zynstag vor sant Gregorien tag. Nach Cristi geburt.* 1499. Hac de editione cl. PANZER in *Annal. Litterat. teut.* p. 242 mentionem fecit.

IV. *Ex-*



IV. *Expositio ac meditatio in psalmum* Miserere. *frtaris Hieronymi de Ferraria ordinis predicatorum. quam in vltimis diebus vite sue edidit.* Augustae per Ioannem Froschauer anno 1499. in 4.

Titulo isti figura ligno incisa, Saluatorem, & auctorem exhibens, in prima pagina folii primi subnexa habetur. Eadem figura in auersa eiusdem adparet. Folio secundo *Incipit expositio ac meditatio in psalmum Miserere. fratris Hieronymi de Feraria ordinis predicatorum quam in vltimis diebus vite sue edidit.* Impressa est ista in duabus columnis gothico ac minusculo charactere, initiales litteras ligno incisas, ac signaturas exhibet; nullos vero paginarum numeros, aut custodes. Secunda columna folii 12 *Explicit expositio ac meditatio in psalmo Miserere. fratris Hieronymi de Ferraria ordinis predicatorum. Impressum Auguste per Ioannem Froschauer. XCIX.*

Hieronymus SAVONAROLA Ferrariae anno 1452 ortus, ordinem Praedicatorum 1475 ingressus, omnes vitae suae annos in continuo praedicationis munere exegit, & tandem aetatis suae anno 46 Christi vero 1498. ab ingrato populo Florentino in crucem actus, ac corpus eius igni traditum est. Qualis, & quantus iste vir fuerit, docent eius scripta, animarum zelus, ac insignis pietas, QVETIF T. I. *Script. Praed.* p. 884.

V. *De iurare & blasphemare De sabbati sanctificatione. De parentum & bonoratione & inbonoratione. De bonoris detractione. De magno mendicii vicio ac de peccatorum grauitate libellus egregius fructiferusque ac salubris.* Augustae per Ioannem Froschauer anno 1499. in 4.

Verba ista tituli loco in prima pagina primi folii leguntur. In auersa eiusdem, praemissis capitulorum argumentis, ipsum opusculum incipit. Terminatur in auersa folii septimi, linea 3, cui subiectum habetur: *Anno salutifere mellifiueque ac felicissime natiuitatis domini nostri ihesu christi. M. CCCC. XCIX. Id opusculum magno cum studio & fideli diligentia ac mira arte per Iohannem Froschauer in famosa imperialique ciuitate Augusta impressum est* &c. Sequuntur *Breuis magnarum indulgentiarum oratio*: *Angelicum magne virtutis canticum ad vincendos demones*, & *Benedictio optima ab altissimo edita ad benedicendum cum ea populum seu homines singulos.* His prima folii 8 pagina finis imponitur. Desunt custodes, & paginarum numeri. Signaturae, & initiales litterae paruae occurrunt. Typus est gothicus. Hac de editione cl. ZAPFIVS in *Histor. typogr. August.* altum tenet silentium.

VI. Viola Sanctorum seu Martyrologium. Augustae anno 1499. in 4.

Hoc opus gothico charactere impressum in fine haec tantum habetur: *Viola sanctorum finit feliciter*: *Anno domini M. CCCC. XCIX. die VIII. mensis Februarii.*

VII. Guilelmi Postilla super epistolas & euangelia tam dominicalia quam de Sanctis. Augustae per Ioannem Schoensberger anno 1499. in 4.

Primum folium desideratur. Folio secundo *Incipit postilla super Euangelia. Et primo dominicalis secundum sensum litteralem iuxta concordantias euangelistarum.* Postilla ista super euangelia tredecim plagularum fasciculis constat. Ista vero super epistolas, quae ab auctoris



auctoris praefatione incipit octo illorum complectitur. Charactere hoc opus impressum est est gothico, & quidem in duabus columnis. Desunt custodes paginarum numeri, & initiales litterae. Prima pars figuris ligno incisis est illustrata. Ad calcem operis legitur: *Guilherini Postilla super epistolas & euangelia per totius anni circulum currentia. Perque Iohannem Schensperger Auguste impressa : Anno ab incarnationis salutifero : M.CCCC.XCIX. Explicit foeliciter.*

VIII. *Liber decretorum siue panormia Iuonis accurato labore summoque studio in vnum redacta continens.* Basileae per Michalem Furter anno 1499. in 4.

Titulus iste in prima pagina primi folii legitur. Auersam figura ligno incisa occupat. Folia secundum & tertium implet *Sebastiani* BRANT praefatio ad *Ioannem* GOTZONEM Augustensem; quartum vero operis tabula. Deinde IVONIS opus a prologo octo foliis contento initium sumit. Auersa folii noni *Incipit panormia Iuonis carnothensis episcopi.* Prima folii 178 pagina *Reuerendi peritissimique iuris consulti Iuonis panormie carnotensis episcopi commendatissimi : de varia scripturarum distinctione (diuina opitulante gratia) Expensis Michaelis Furter elaborota. Anno fructifere incarnationis. M. CCCC. XCIX. Mensis Martii die sexta. Feliciter expliciunt.* His subnexa sunt typographi insignia. Typus est gothicus. Initiales litterae ligno incisae occurrunt. Folia, exceptis quatuor prioribus, numeris, & plagularum fasciculi litteris sunt signati. Custodes desiderantur.

IX. *Speculum finalis retributionis tam bonorum operum quam malorum : egregii sacre theologie doctoris : fratris Petri Reginaldeti : de ordine fratrum minorum : In quo speculo diffuse elucidatur contemplatio penarum & gaudiorum eternalium.* Basileae per Iacobum de Pfortzen anno 1499. in 4.

Opus istud, gothico charactere in duabus columnis impressum, decem plagularum fasciculis, qui litteris sunt insigniti, comprehenditur, nullos exhibens custodes, aut paginarum numeros. Initiales litteras paruas adiecit typographus. Verba supra relata in prima folii primi pagina leguntur. In auersa eiusdem habetur praefatio. Folio secundo ipsum opus incipit. Ad calcem operis legitur: *Finit speculum finalis retributionis compositum per reuerendum magistrum Petrum Reginaldeti sacre theologie professorem : ordinisque fratrum minorum. Impressum Basilee per magistrum Iacobum de pfortzen Anno nostre salutis Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono. Finis.* Primam vltimi folii paginam typographi insignia occupant.

X. *Baptiste Mantuani Carmelite : de patientia aurei libri tres.* Basileae per Ioan. Bergmann de Olpe anno 1499. in 4.

Integrum hoc opus in tres libros diuisum, ac romano charactere impressum, vndeuigenti plagularum fasciculis, qui litteris sunt signati, constat. Desunt custodes, & paginarum numeri, signaturas & initiales litteras typographus adposuit. Titulus supra relatus gothico maiusculo charactere impressus, in prima pagina folii primi legitur, cui subiectum habetur : 1499. *Nihil sine causa : Olpe.* Folium secundum typographi dedicatoria epistola ad *Wymmarum* de ERKLENS Aquensis ecclesiae Decanum occupat. Istam excipiunt capitulorum



tulorum argumenta, quae auctoris ad *Franciscum* FANTVCIVM epistola sequitur. Auersa folii sexti pagina incipit *Venerandi fratris Baptistæ Mantuani Carmelitæ Theologi ad Carolum Antonium Fantucium patricium Bonon. Isagoges ad patientiam: Liber primus.* Ad calcem tertii libri legitur: *Impressum Basilee opera Iohannis Bergman de Olpe. XVI. Kl. septembres. Anno salutis. M. CCCC. LXXXXIX. principante diuo Maximiliano cui salus & victoria. Amen.* His *Sebastiani* BRANT carmen ad *Wimmarum* de ERKLENS subnexum legitur. Huius editionis FREYTAG in *Adpar.* II. 953. meminit, ac illam, Brixiae anno 1497 typis euulgatam, primam esse, adfirmat.

XI. *Philippi Beroaldi de felicitate opusculum.* Bononiae per Benedictum Hectoris anno 1499. in 4.

Opusculum istud quatuor plagularum fasciculis contentum, & romano charactere expressum titulum supra relatum sibi praefixum habet. In auersa folii primi pagina incipit BEROALDI ad Marchionem Badensem IACOBVM, cui opusculum istud inscripsit, epistola. Folio tertio inchoat ORATIO PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS DE FELICITATE HABITA IN ENARRATIONE GEORGICON VIRGILII ET COLVMELLAE. In vltimo folio leguntur *Distichon ad auditores extemporaliter effusum: Endecasyllabon ad Illustrissimum Ioannem Bentiuolum*, & ad *Germaniam.* His habetur subnexum: *Impressum Bononiæ a Benedicto Hectoris Diligenter & emendate Anno Salutis. Millesimo undequingentesimo. Idibus Aprilis. Illus. Io. Bentiuo. II. Reip. Bononiensis habenas feliciter moderante.* Adcedit chartarum registrum. Desunt custodes & paginarum numeri. Initiales paruas & signaturas typographus adposuit.

XII. *Declamatio Lepidissima Ebriosi Scortatoris Aleatoris de uitiositate Disceptantium: Condita a Philippo Beroaldo.* Bononiae per Benedictum Hectoris anno 1499. in 4.

Titulus iste in prima pagina primi folii legitur. In auersa incipit auctoris ad *Sigismundum* GOSSINGERVM ecclesiae Vuratislauiensis Canonicum epistola dedicatoria, quam folio tertio, praemisso operis argumento, ipsum opus initium sumit. Externa huius editionis forma cum immediate praecedente in omnibus conuenit. Plagularum fasciculi, litteris signati, tres numerantur. In fine legitur: *Impressum Bononiæ a Benedicto Hectoris Diligenter & emendate Anno Salutis Millesimo vndequingentesimo. Illus. Io. Ben. Reipu. Bononiensis habenas feliciter moderante.* His chartarum registrum & typographi symbolum subiecta sunt.

XIII. *Oratio Prouerbiorum condita a Philippo Beroaldo. Qua doctrina Remotior continentur.* Bononiae per eumdem anno 1499. in 4.

Praemisso titulo isto, ac auctoris epistola dedicatoria ad *Christophorum* VAITIMILLIVM Scholasticum Bohemum, PROVERBIALIS *Oratio Philippi Beroaldi* initium sumit. Constat quatuor plagularum fasciculis. Reliqua huius editionis forma externa praecedentibus quoad omnia consonat. Ad calcem orationis sequentia habentur: *Philippi Beroaldi Oratio prouerbialis Impressa Bononiæ per Benedictum Hectoris chalcographum accuratissimum Anno Salutis. M. Vndequingentesimo. Die XVII. decembris sub diuo Ioanne Bentiuolo secundo de patria bene merito.* Auersam vltimi folii paginam typographi symbolum occupat.

XIV. *Vio-*

XIV. *Viola anime per modum dyalogi : inter Raymundum Sebundium : artium : medicine. atque sacre theologie professorem eximium- & dominum Dominicum Seminiuerbium. De hominis natura (propter quem omnia facta sunt) tractans. Ad cognoscendum se deum. & hominem.* Coloniae per Henricum Quentell anno 1499. in 4.

Verba ista in prima folii primi pagina leguntur. His subiectum habetur epigramma romano charactere impressum, auersam eiusdem occupat *Matthaei Herbeni epigramma ad lectores.* Tribus foliis sequentibus habetur *Distinctio libri cum tabula.* Denique ipsum opus gothico charactere impressum, ac 17 plagularum fasciculis contentum incipit. Caret litteris initialibus, custodibus, & paginarum numeris. In fine legitur : *Finit dyalogus de misteriis sacre passionis christi : & per consequens totus liber iste (cui viola anime inscribitur) in septem distinctus dyalogos Colonie Impensis honesti viri Henrici Quentell faustissime iam primo Impressus. Anno natalicii saluatoris nostri. M. CCCC. XCIX. Die XXIX. mensis Maii.* Huic subnexum est *Epygramma ad librum.* Auersam folii vltimi paginam occupat figura ligno incisa, cui *Ad beatam Annam Carmen* subiectum legitur.

XV. *Armandus De declaratione difficilium terminorum tam Theologicalium quam Philosophie ac Logice.* Coloniae per Henricum Quentell anno 1499. in 4.

Titulo isti in prima pagina figura ligno incisa subiecta conspicitur. Folio secundo *Incipit epistola proemialis eximii doctoris Armandi : ordinis predicatorum. in tractatus de declaratione difficilium dictorum in Logica Philosophia : & Theologia*, quam secunda folii tertii columna primus tractatus excipit. In fine vltimi tractatus sequentia habentur : *Armandi de Bello visu diui ordinis predicatorum fratris theosophie professoris eximii. necnon sacri palatii apostolici magistri bene meriti. compendium difficilium terminorum theologie. philosophie. atque logice declaratiuum. longis lucubrationibus in floridissimo agrippinensi studio denuo reuisum elimatumque Opera atque impensis prouidi viri Henrici Quentell ciuis Colonien accuratissime exaratum Felici metha quieuit. in nobilis euangeliferi Bartholomei profesto Anno proximo ante iubileum centesimum.* Sequitur deinde capitulorum tabula nouem foliis contenta. Integrum hoc opus in duabus columnis gothico charactere impressum 18 plagularum fasciculos, litteris signatos complectitur. Desunt custodes, & paginarum numeri. Initiales litterae paruae adiectae habentur. Alterius editionis Basileae anno 1491 typis excusae iam supra meminimus.

XVI. *Therentii Comici Poetæ lepidissimi. sex Comediarum opus elegantissimum vigilantissimo studio emendatissime impressum.* Coloniae per Henricum Quentell anno 1499. in 4.

Opus istud romano charactere impressum, ac viginti plagularum fasciculis contentum, nullos exhibet paginarum numeros, aut custodes. Initiales litteras minutiore charactere signauit typographus, ac signaturas adpressit. Titulus supra relatus cum tribus distichis in prima pagina folii primi legitur. In auersa habetur TERENTII epitaphium. Folio secundo Comoediae initium sumunt. In earum fine legitur : *Publii Therentii afri poete comici sex comediarum liber studio peruigili a mendis quibus scatebat ereptus. nouoque vt vides caractere*



exaratus Colonie opera atque impensis prouidi viri Henrici Quentell ciuis eiusdem felici metha quieuit. In sacris virginum. quarum sanguine atque sepultura sancta decora est colonia. Anno virginei partus ante iubileum centesimum. Iubilaeum istud anno 1500 fuit celebratum; itaque opus praesens anno 1499 typis fuisse euulgatum, necesse erit. Alterius editionis P. I. p. 83 mentio facta fuit.

XVII. Pelbarti de Themeswar ord. Min. Quadragesimale. Hagenoae per Henricum Gran, anno 1499. in 4.

Integrum hoc opus, gothico charactere in duabus columnis impressum, vndeuiginti plagularum fasciculos, litteris signatos, complectitur. Initiales litterae paruae adparent, nulli vero custodes, aut paginarum numeri. In primo folio tituli loco sequentia habentur: *Sermones Quadragesimales Pomerii fratris Pelbarti de Themeswar diui ordinis sancti Francisci incipiunt feliciter.* Ad calcem operis legitur: *Sermones Quadragesimales per fratrem Pelbartum de Themeswar. professum diui ordinis sancti Francisci comportati. Inpressique ac diligenter emendatum expensis prouidi Iohannis Rynman in imperiali oppido Hagenaw per industriosum Henricum Gran Finiunt feliciter Anno salutis nostre millesimo quadringentesimo nonagesimo nono. X. die mensis Nouembris.*

XVIII. *Pars estiualis sermonum Pomerii de sanctis.* Hagenoae per Henricum Gran anno 1499. in 4.

Externa huius editionis forma cum immediate praecedente conuenit. Opus 35 plagularum fasciculis contentum, titulum supra relatum sibi praefixum habet, quem tabula alphabetica excipit. Folio nono primus sermo initium sumit. Ad vltimi sermonis finem legitur: *Sermones Pomerii de Sanctis comportati per fratrem Pelbartum de Themeswar: professum diui ordinis sancti Francisci: impressi ac diligenter reuisi per industrium Henricum Gran in imperiali oppido Hagenaw: expensis ac sumptibus prouidi Iohannis rymman Finiunt feliciter: Anno ab incarnatione domini millesimo quaterque centesimo nonagesimo nono. vigesima die Februarii.* Adiecta est S. IOANNIS *Elemosinarii* Patriarchae Alexandrini historia.

XIX Iacobi Locher de partu monstroso carmen heroicum. Ingolstadii anno 1499. in 4.

In prima pagina folii primi conspicitur partus monstrosi figura ligno incisa cum sequenti inscriptione: *Monstrosa hominis forma.* Isti subiectum est *Decatostichon Philomusi ad Lectorem.* In auersa eiusdem legitur *Ad Iouem pro Germania votum Philomusi.* Primam folii secundi paginam LOCHERI ad *Vdalricum* DINGLER epistola VI. Cal. Decembris Ingolstadii scripta occupat. In auersa eiusdem incipit *Carmen heroicum Iacobi Locher philomusi de partu monstrifero in oppido Rhain ad ripam lyci adiacente ab egena femina edito Anno domini Nonagesimo nono supra milesimum. XV. Kalendas Decembris.* Terminatur istud in auersa quarti folii pagina, vbi viri cuiusdam figura ligno incisa adparet, hac cum finali subscriptione: *Impressus hic libellus In Ingelstadiensi studio.* Typus est gothicus. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Initialis littera minutiori charactere est indicata. Editionem istam anno 1499 in lucem prodiisse, satis ex epistola auctoris ad *Vdalricum* DINGLER data colligi posse, autumo.

XX. *Seneca*



XX. *Seneca de quattuor virtutibus cardinalibus.* Lipfiae per Melchiorem Lotter anno 1499. Latine & Theodifce. in 4.

Infcriptio ifta in prima folii primi pagina legitur; in auerfa vero SENECAE vita. Folio fecundo *Incipit liber Lucii Annei Senece de formula honeste vite. vel de quattuor virtutibus cardinalibus.* Titulum hunc fequituur SENECAE textus, textum verfio germanica pedeftri fermone compilata, iftum gloffa. Haec per integrum opus obferuantur. Typus eft gothicus. Cuftodes, paginarum numeri, & initiales litterae defiderantur. Terminatur iftud prima folii 24 pagina, linea vicefima, cui fubiectum legitur: *Impressum Lyptzk per Melchiorem Lotter Anno falutis nostre &c. Nonagefimo nono.* Aliam huius operis editionem, quae quoad eius internam conftructionem cum praefente conuenit, fupra p. 67. N.CXLVIII. defcripfimus. Hac de editione cl. PANZER in *Annal. Litterat. teuton.* altum tenet filentium.

XXI. *Illuftrium virorum Epiftole.* Per Nicolaum Wolf Lutrienfen anno 1499. in fol.

Opus iftud, romano charactere praeftanti chartae impreffum, 14 plagularum fafciculis, qui terni ac litteris fignati funt, conftat. Initiales litterae paruae adparent; nulli vero cuftodes, aut paginarum numeri. Titulus relatus, cui epiftolarum auctores fubiecti funt, prima folii primi pagina gothico maiufculo charactere impreffus legitur. Auerfam occupat *Iodoci Badii* ASCENSII ad *Antonium* KOBERGER typographum Norimbergenfem epiftola dedicatoria, in qua ait, fe KOBERGERO feptem, & triginta primariae litteraturae procerum epiftolas nuncupare. Deinde magnis laudum encomiis eius labores, quibus litterarium orbem ditauerat, prelo euulgatos, ac viros, quos ad terfe, & fine mendis imprimendos codices adhibebat, extollit. Obfecrat, ne *in huius operis expunctione fciolus quifpiam vigilias ac lucubrationes inuertat, vitioque det. quod neglego: intellego . . . atque alia quaedam praeter fcribentium confuetudinem auctorum ipforum cenfuram fecutus fuerit.* Scripfit hanc epiftolam ex officina fua litteraria, ad idus Februarias anno 1499. Folio fecundo *Epiftolarum illuftrium virorum Liber Primus* incipit. Ad finem libri duodecimi legitur *Epigramma de Angelo Politiano*, & operis conclufio ad KOBERGERVM, cui fubiectum habetur: *Hoc opus diligenter impreffum eft Anno a natali chriftiano. M. CCCC. XCIX. ad Idus Februarias. In officina Nicolai Wolf Lutrien.* His fubiectum eft chartarum regiftrum.

Opus iftud praeftantiffimum Parifiis typis fuiffe excufum, fequenti permotus motiuo adferere haud dubito. Iuxta MAITTAIRE BADIVS anno 1499 Parifiis fequentis operis editionem procurauit, & *Nicolaus* WOLF anno 1500 ibidem typographicam exercuit artem; vnde, praefentem epiftolarum collectionem ibidem in lucem prodiiffe, verifimile videtur.

XXII. Baptiftae Mantuani Carmelitae Parthenice B. V. Mariae, & S. Catharinae, eiusque aureum opufculum contra impudice fcribentes cum Iodoci Badii Afcenfii explanatione. Parifiis per Thielmannum Keruer anno 1499. in 4.

Cuilibet horum opufculorum cum operis titulo Bibliopolae fymbolum praefixum eft; ad finem vero typographi infignia fubnexa habentur. Primum viginti plagularum fafci-

 culis



culis constat. In auersa primi folii pagina legitur BADII epistola ad *Laurentium* BVRELLVM Carmelitam Regis Confessarium, ac Cistercienfem Episcopum. Sequuntur deinde MANTVANI vita, operum eiusdem index, alphabetica Tabula, verborum apologetici declaratio, auctoris epistola, & apologeticon. Haec priora fexdecim folia occupant. Tandem *Parthenice Mariana* cum BADII explanatione incipit.

Opusculo fecundo praemittuntur BADII ad *Henricum* VALLVPHINVM, MANTVANI ad *Bernardum* BEMBVM epistolae, alphabeticus index, & BADII praeambulorum compendiosa traditio. Denique ipsa Parthenice foliis 106 contenta initium fumit.

Tertium Opusculum praecedunt BADII epistola ad *Nicolaum* de QVERCV, quaedam animaduerfiones, rerum & verborum index. Folio tertio auctoris contra impudice fcribentes liber primus incipit. Prima folii 20 pagina terminatur opus, cui subiectum legitur: *Impressum est autem hoc opus ficut & precedentia arte atque industria Thielmanni Keruer Teutonis: Expensis vero proborum bibliopolarum Parrhisien Ioannis confluentini & Ioannis pusilli. id est vt vulgatius dicam. Pour M. Hanse de coblenz demeuorant en la rue de la Harpe a Insne raye: & Iehan Petit demourant en la rue faint Iaques au hion dargent a Paris ad Idus octob. Anno* 1499. His fubnexa funt typographi infignia. Characteres, quibus impressa funt haec tria opufcula, romani funt. Initiales litteras, paginarum numeros, & fignaturas typographus adiecit.

XXIII *De calamitatibus temporum seu contra peccatorum monstra aureum Baptiste Mantuani Poema familiariter succincte declaratum.* Parifiis per Thielmannum Keruer 1499. in 4.

Externa huius editionis forma immediate praecedenti in omnibus confonat. Titulus fupra relatus cum Bibliopolae fymbolo in prima folii primi pagina confpicitur. In auerfa eiusdem incipit BADII ad *Iohannem* BRISELOTVM epistola dedicatoria, quam rerum, ac verborum index, & animaduerfiones excipiunt. Haec priora quatuor folia implent. Deinde *F. Baptiste Mantuani Carmelite theologi ad Reuerendum in Christo patrem ac dominum. D. Oliuerium Carafam Sabinen. episcopum & cardinalem Neapolitanum de fuorum temporum Calamitatibus liber incipit.* Liber tertius prima folii 151 pagina fequenti finali fubfcriptione terminatur: *Impressum autem esse folerti opera Tielmanni Keruer: impensis bibliopolarum, quos id venale habere diximus: Anno* 1499. *Pridie nonas feptembris. Laus deo.* Sequuntur adhuc *Francisci* CERETI Parmenfis ad *Iacobum Mariam* de LINO Bononienfem, & Bibacii TILETANI ad BADIVM carmina. Auerfam folii vltimi paginam typographi fymbolum occupat.

XXIV. *Epithoma expositionis Canonis misse magistri Gabrielis Biel facre theologie licentiati.* Tubingae anno 1499. in 4.

Opus istud decem plagularum fafciculis contentum, gothicoque charactere impreffum, nullas exhibet initiales litteras, nullos cuftodes, aut paginarum numeros. Infcriptio fupra exfcripta in prima folii primi pagina rubro colore expreffa legitur. In auerfa eiusdem habetur *Henrici* BEBELII Iuftingenfis ad facerdotes carmen, cui fubnexum legitur: *Ex Thubingen Anno* 1499. Folio fecundo incipit *Wendelini* STAINBACH ad *Fridericum* MEINBERGER Bibliopolam epistola 21 Februarii 1499 fcripta, quam *Henrici* BEBELII exhortatio ad *Wendelinum*, *Gabrielis* BIEL epitaphium, & prologus in expofitionis Miffae abbreuia-

abbreuiationem excipiunt. Auerſa folii ſexti *Partis prohemialis capitulum primum* incipit. In fine ſequentia habentur: *Explicit Epithoma expoſitionis ſacri canonis miſſe. laudatiſſimi viri Gabrielis Biel ſacre theologie licentiati. In Thuwingn impreſſum.* ſubnectuntur errata.

XXV. Variorum Auctorum Graecorum Epiſtolae. Partes II. Venetiis per Aldum Manutium anno 1499. in 4.

Prima pars, quae 26 epiſtolas comprehendit, 31 plagularum faſciculis, ſecunda, quae nouem continet, 19 conſtat. Initiales litterae paruae, cuſtodes, & ſignaturae in vtraque parte occurrunt; nulli vero paginarum numeri. Typi elegantia, ac chartae praeſtantia editionem maximopere commendant. In prima folii primi pagina tam graecus, quam latinus titulus legitur. iſte ita ſonat: *Epiſtolæ diuerſorum philoſophorum. oratorum. Rhetorum ſex & uiginti Quorum nomina in ſequenti inuenies pagina.* In auerſa eiusdem auctorum nomina graece; in prima vero ſecundi latine leguntur. In auerſa eiusdem incipit epiſtolas ſcribendi inſtructio, quam folio ſeptimo prima epiſtola excipit. In fine habetur chartarum regiſtrum, cui ſubnexum legitur: *Venetiis apud Aldum menſe Martio M. I. D. cum priuilegio ut in ceteris.*

Secunda pars a graeco, ac latino epiſtolarum ſyllabo initium ſumit. In auerſa folii primi pagina *Aldi* MANVTII ad *Antonium* CODRVM VRCEVM epiſtola legitur. Folio ſecundo incipit S. BASILII epiſtola. Chartarum regiſtro epiſtolis adiecto, habetur ſubnexum: *Venetiis apud Aldum. eadem qua cætera conditione.* Hanc editionem elegantiſſimam, ac omnium aeſtimatione digniſſimam cl. DENIS in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 187 deſcripſit.

XXVI. *Margarita noua Baldi. Singularia ſeu RepertoriumBaldi ſingularia Angeli.* Venetiis per Bernardinum Venetum anno 1499. in fol. mai.

Titulum iſtum opus praeſens ſibi praefixum habet. Folio ſecundo incipit *Margarita noua Baldi: & Singularia eiuſdem ſeu Repertorium cum ſingularibus Angeli integra & perfecta & optime digeſta que vſque in hanc diem ob impreſſorum incuriam manca & mutilata erant.* Conſtant iſta vndeuiginti plagularum faſciculis, ſuntque in duabus columnis gothico charactere impreſſa. Cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur.. Initialis littera cuiuslibet litterae primae ligno inciſa eſt; reliquae vero minutiore charactere ſunt indicatae. Ad calcem operis legitur: *Explicit Margarita noua Baldi cum ſingularibus ſeu Repertorium Baldi. Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus Anno domini. M. CCCCLXXXXIX. VIII. Menſis Nouembris.* His ſubnexa ſunt chartarum regiſtrum, typographi ſymbolum, & priuilegium.

XXVII. *Cirurgia magiſtri de largelata.* Venetiis 1499. in fol.

Verba iſta primo leguntur folio. Secundo *Incipit liber primus Cirurgie magiſtri petri de Largelata de bononia artium & medicine doctoris.* Opus iſtud in duabus columnis gothico charactere impreſſum 131 foliis comprehenditur. Initiales litterae florentes adparent: folia numeris, & plagularum faſciculi litteris ſunt inſigniti. Cuſtodes deſiderantur. Quarta columna folii 127 *Preſtantiſſimi artium & medicine doctoris magiſtri Petri de*



Largelata chirurgie finis conspicitur. Sequuntur capitulorum argumenta, quae prima folii 131 pagina sequenti notitia terminantur: *Venetiis* 1499. *die* 12 *Septembris.*

XXVIII. *Scribendi Orandique modus. per Anthonium Mancinellum,* Vlmae anno 1499. in 4.

Septem plagularum fasciculis hoc opus gothico charactere, quem tabula III. N. IV. exhibet, impressum, absoluitur. Caret custodibus, & paginarum numeris. Signaturas & initiales litteras paruas adposuit typographus. Titulus supra relatus in primo folio cum typographi insignibns habetur. Folium secundum occupant operis tituli, & MANCINELLII ad *Valerium* CRISPINVM epistola dedicatoria. Folio tertio opus inchoat. In eius fine sequentia habentur: *Impressum Vlme anno salutis Dominice.* 1499. *Tredecimo Kalendas Septembris.* In auersa folii vltimi pagina typographi insignia iterum conspiciuntur. Quis vero iste sit, ex litteris H. & S. quae in illis adpositae sunt, eruere haud possum. Duplicem huius operis editionem supra pagg. 249 & 287 descripsimus.

XXIX. *Ars epistolandi Francisci nigri veneti doctoris clarissimi,* Anno 1499. in 4.

Opusculum hoc gothico charactere impressum, & foliis 32 contentum, tam signaturis, quam foliorum numeris est instructum. Initiales litterae partim sunt omissae, partim paruis indicatae. Primam paginam folii primi figura ligno incisa cum inscriptione supra relata occupat. Folio secundo ipsum opus initium sumit. Ad calcem eiusdem legitur: *Opusculum hoc de arte scribendi epistolas quam diligentissime emendatum charactere. Impressum Anno domini. M. CCCC. XCIX.* Alterius editionis supra p. 171 N. XXVI. mentio facta fuit.

XXX. *Sermones Gabrielis de festiuitatibus gloriose virginis marie.*Anno 1499. in 4.

Titulus iste in prima pagina folii primi; in auerso vero sermonum numerus legitur. Folia tria sequentia operis tabula complectitur. Deinde incipiunt sermones in duabus columnis gothico charactere impressi, & quatuordecim plagularum fasciculis contenti. Desunt custodes, paginarum numeri, & initiales litterae. Ad finem sequentia habentur: *Finis sermonum de festiuitatibus virginis gloriose feria secunda post festum Otmari sancti abbatis Anni* 99.

Anno MD.

I. Iacobi Wimpfelingi Adolescentia, Argentinae per Martinum Flach anno 1500. in 4.

Hoc opus 84 foliis, exceptis quatuor prioribus, contentum romano charactere impressum est. Initiales litterae, & custodes desiderantur; signaturas vero, & foliorum

numeros



numeros typographus adiecit. In prima pagina folii primi legitur: *Ad illustris domini Ludouici Comitis in Leuenstein filium primogenitum. D. Wolfgangum Adolescentia wympfelingii.* Vltima haec duo verba gothico maiuſculo charactere ſunt expreſſa. Iſtis ſubiectum habetur *Cratonis* VDENHEIMII in praeſens opus tetraſtychon. Auerſam eiusdem *Philippi* FVRSTENBERGII ad pueros carmen occupat. Sequuntur deinde capitulorum argumenta, auctores a WIMPFELINGO in hoc opere adhibiti, & admouitio ad puerorum praeceptores. Denique ipſum opus a dedicatione ad *Ludouicum* de LEWENSTHEIN ac Baronem de SCHARPFENECK directa incipit. Auerſa folii 70. conſpicitur figura ligno inciſa, mortem exhibens: prima folii 71 altera hominem mundi vanitatem deplorantem, & prima folii 72. pagina tertia occurrit, qua homo cum morte luctans repraeſentatur. Prima folii 73 pagina *Finit Adoleſcentia wympfelingii.* Adiecta ſunt quaedam amici alicuius ad WIMPFELINGVM de *concordantia antiquorum & modernorum*, & de euangelicae hiſtoriae veritate, ac in auctoris defenſionem contra detrectatores diſtichon. His habetur ſubnexum: *Adoleſcentia Vympfelingii: Iuuenibus non ſolum: verum & adultis: ad ſectandas virtutes perutilis: Finit fœliciter. Ex officina prouidi viri Martini Flach ciuis Argentinenſis: ſexto Kalendas Septembris: Anno milleſimo quingenteſimo.* Primam, vltimi folii paginam errata implent. Opus iſtud ab eruditis egregium vocatur, quod praecepta ad mores ingenue formandos, partim ab ipſo auctore ſcripta, partim ex variis & optimis ſcriptoribus collecta continet. Editio haec eſt omnium prima, ac rariſſima, de qua nec MAITTAIRE, nec FREYTAG, nec BAVR, licet plures earum memorent, notitiam habuerunt.

II. Ioannis Bapt. Medic. Doctoris liber de confutatione hebraicae ſectae, Argentinae per Martinum Flach anno 1500. in 4.

Opus iſtud gothico charactere impreſſum, ac 139 foliis contentum, ſequentem titulum ſibi habet praefixum: *Liber de confutatione hebraice ſecte.* In fine ita legitur: *Liber de confutatione hebraice ſecte finit feliciter. Ex officina prouidi viri Martini Flach ciuis Argentinenſis In vigilia Mathei apoſtoli & euangeliſte Anno milleſimo quingenteſimo.*

III. *Ortulus anime.* Argentinae per Wilhemlum Schaffener de Roperswiller anno 1500. in 12.

Praemittuntur huic libello precatorio praeter titulum Calendarium; quaedam de anni partibus, de ventis, de complexionibus, opuſculi quoque index, & meditationes ante officium B. V. MARIAE perſoluendae. In prima libelli pagina legitur rubro colore impreſſum: *Ortulus anime.* In auerſa conſpicitur figura ligno inciſa, annuntiationem B. Virginis repraeſentans. Folio ſecundo *Incipit officium ſiue Curſus beate Marie virginis iuxta ſtatum Vrbani pape ſecundi editum in concilio apud. Clarummontem celebrato.* Curſum B. V. MARIAE excipiunt orationes de paſſione domini, aliae orationes, benedictiones & gratiarum actiones, preces ad beatam virginem, ad Sanctos &c. Hic libellus gothico charactere impreſſus, ac figuris illuſtratus, 38 plagularum faſciculis conſtat. Initiales litteras partim adpoſuit typographus, partim omiſit. Deſunt cuſtodes, & paginarum numeri. In fine legitur rubro colore impreſſum: *Impreſſum per me uilhelmum ſchaffener de Roperſwiler. XV. die Marcii. Anno domini. M. d. in inclita ciuitate. Argentin.*

IV. *Excep-*



IV. *Exceptiones Legum Romanorum cum tractatu actionum: earumdem longinquitate.* Argentinae per Ioan. Schott anno 1500. in 4.

Titulum istum gothico maiusculo charactere impressum sequuntur prologus, & capitulorum argumenta, tribus foliis contenta. Tunc EXCEPTIONVM LEGVM IMPERIALIVM LIBER PRIMVS incipit. Folia, exceptis quatuor prioribus, numeris, & fasciculi litteris insigniti. Custodes desiderantur. Characteres sunt romani. Auersa folii 38 pagina *Exceptiones legum Romanorum cum tractatu Actionum: eorundemque varietate & longinquitate: finiunt fæliciter. Impressum per Iohannem Schott. in inclita ciuitate Argen. Anno. M. CCCCC. feria quarta post festum omnium sanctorum.*

V. *Das buch der Cronicken vnnd geschichten mit figuren vnd pildnussen von Anbeginn der welt biss auff diese vnsere zeit.* Augustae per Ioan. Schoensberger anno 1500. in fol.

Hoc chronicon ad exemplar illius, quod ad annum 1493. descriptum habetur, & *chronicon Schedelianum* dicitur, recusum est. Omnia in isto, quae in originali comprehenduntur, figurae quoque ligno incisae, sed non eiusdem magnitudinis, ac venustatis, inueniuntur. Titulus supra relatus in prima pagina folii primi litteris ligno incisis expressus legitur. In auersa eiusdem incipit operum sex dierum historia, quam columna tertia folii sexti prima aetas excipit. Quarta columna folii 295 septima aetas terminatur. Dein sequitur PII II. historia Europae, quae quarta columna 327 sequenti subscriptione terminatur: *Hie endet sich das buch der Cronick vnd geschichten mit figuren vnd pildnissen von anbeginn der Welt biß auf dise vnser Zeit. gedruckt vnd volent in der Kayserlichen statt Augspurg durch Hannsen Schönsperger Im iar nach Cristi geburt vnsers herren M. CCCCC.* His adnexa est geographica Germaniae tabula cum eiusdem explicatione. Finem huic operi index vndecim foliis contentus imponit. Characteres sunt germanici. Paginae singulae in duas sunt distinctae columnas. Foliorum numeri, signaturae & initiales litterae occurrunt, nulli vero custodes. Versionem hanc germanicam *Georgius* ALT Norimbergensis procurauit. Huius editionis meminerunt cl. ZAPFIVS *in Hist. typogr. Aug.* p. 136 & cl. PANZER *in Annal Litterat. teuton.* p. 247. qui & aliam ab eodem typographo anno 1496 typis euulgatam recensent.

VI. *De modo studendi in vtroque iure: cum nominibus omnium scribentium in iure. Interpretationes omnium titulorum legum & canonum.* Basileae per Michaelem Furter anno 1500. in 4.

Verba ista in prima pagina folii primi leguntur; in auersa vero *Sebastiani* BRANT ad *Arnoldum* zum LVFFT in *Ioannis Baptistae* de CASALVPIS tractatum de *modo studendi* commendatio elegiaca. Folio secundo incipit *Modus studendi in iure accuratissimus*, qui auersa folii duodecimi pagina terminatur. Istum excipiunt *Exceptiones siue declarationes omnium titulorum iuris tam Ciuilis quam Canonici per Sebastianum Brant. collecte. & reuise.* Inscripsit istas *Andreae* HELMVT. Constant istae vndeuiginti plagularum fasciculis. Initiales litteras, &signaturas adiecit typographus; custodes autem, & paginarum numeros omisit. Typus est gothicus. Ad finem legitur: *Impressum Basilee per Michaelem Furter*

atque



atque per Sebastianum Brant (licet perfunctorie) reuisum. Anno salutifere incarnationis. atque aurei iubilei. i Millesimo quingentesimo Kal. septembribus.

VII. *Sextus decretalium cum certis additionibus Ioannis Andree.* Basileae per Ioan. Amerbach & Ioan. Froben anno 1500. in 4.

Titulus iste in prima folii primi pagina; in auersa vero *Sebastiani* BRANT praefatio legitur. Folio secundo, & sequentibus quatuor habentur tractatus de arboribus, & sexti tituli. Auersam folii sexti paginam occupat figura ligno Incisa cum *Seb.* BRANT epigrammate. Denique ipse inchoat sextus 24 plagularum fasciculis contentus, & gothico charactere impressus, in cuius fine sequentia rubro colore expressa leguntur *Sexti decretalium opus: vnacum apparatu: atque additionibus ex nouella Iohannis Andree viri dissertissimi collectis: in vrbe Basilien. opera atque industria magistri Ioannis de Amerbach & Iohannis Froben de Hammelburg diligenter impressum: felici fine consummatur.* Sequuntur *Constitutiones Clementinarum* cum Extrauagantibus, duodecim plagularum fasciculis contentae. In earum fine legitur rubro colore impressum: *Summas igitur ineffabili deo agimus gratias: qui tandem ad finem huius operis Clementis, totiusque iuris Canonici cursum & completionem: feliciter & salubriter perduxit: Ioannem de Amerbach & Iohannem Froben de Hammelburg Basilee impressioni operam dantibus: Regnante Maximiliano rege Romanorum inclyto. Anno salutis. M. CCCCC. Kalendis decembribus. Lector Vale.* His *Sebastiani* BRANT ad iuris studiosos carmen subnexum habetur. Initiales litterae & signaturae occurrunt, nulli autem custodes, aut paginarum numeri.

VIII. *Grammatica. P. Francisci nigri A. veneti Sacerdotis oratoris facundissimi: cum metrica arte eiusdem cunctaque poematum genera perpulchre elucidans.* Basileae per Iacobum de Pforzen. anno 1500.

Integrum hoc opus gothico charactere impressum, tam signaturis quam foliorum numeris ac initialibus litteris instructum 103 foliis constat. Inscriptio supra relata vnacum typographi insignibus in prima pagina folii primi conspicitur. Folium secundum NIGRI ad *Leonardum* BOTTE epistola dedicatoria occupat. Folio tertio primus liber initium sumit. Auersa folii 94 pagina *Explicit liber decimus & vltimus de poemate & poesi: ac poetarum officio.* Reliqua folia, praemisso prologo, materiarum index complectitur. In fine legitur: *Facundissimi oratoris. P. Francisci nigri. Grammatice artis opusculum: opera honesti viri Iacobi de pfortzen impressorie artis magistri: in vrbe Basiliensi. Anno nostre salutis M. CCCCC. duodecimo Klas. Aprilis feliciter est consummatum.*

IX. *Orationes Multifariæ a Philippo Beroaldo Editæ recognitæque cum Appendicula Aliarum quoque oratiuncularum.* Bononiae per Benedictum Hectoris anno 1500. in 4.

Titulus iste in primi folii prima pagina, & in auersa BEROALDI ad MARTINVM Bohemum epistola leguntur. Folio secundo prima oratio initium sumit. Orationibus eiusdem poemata adcedunt. In eorum fine ita legitur: *Opus Philippi Beroaldi. quo Orationes & poemata continentur. Impressum a Benedicto Bibliopola, Anno Salutis Millesimo*



quingentesimo. *Cal. Nouembribus. Inclyto Io. II. Bentiuolo : Rei. Pu. Bononiensis Moderatori Saluberrimo.* His subiectum est typographi symbolum. Externa huius editionis forma cum illa, quam supra p. 300. N. IV. descripsimus, in omnibus conuenit. Plagularum fasciculi sexdecim numerantur.

X. *Persius cum Commentariis Ioannis Britannici & eius recognitione.* Brixiae per Iacobum Britannicum anno 1500. in fol.

Opus istud, quinque plagularum fasciculis contentum, romano charactere est impressum, signaturis, ac initialibus litteris florentibus, nulli vero custodibus, aut paginarum numeris, instructum. Titulus supra relatus in primi folii prima pagina legitur. Dein sequuntur BRITANNICI ad Senatum & Populum Brixianum dedicatio, PERSII vita, ac prologus. Folio tertio IOANNIS BRITANNICI BRIXIANI COMMENTARII IN PERSIVM AD SENATVM POPVLVMQVE BRIXIANVM CVM RECOGNITIONE incipiunt. Ad calcem operis sequentia habentur : *Impressum Brixiæ per Iacobum Britannicum Brixianum anno domini. M. CCCCC. die XXI. Iulii.* Alterius editionis cum *Ioannis* BRITANICI commentariis Venetiis anno 1492 typis euulgatae p. 194. N. XIV. mentio facta fuit.

XI. S. Antonini Summula Confessionis · II. Eiusdem decisiones in foro conscientiae. III. Angelici de Perigliis tractatus de societatibus. Per Angelum Britannicum anno 1500. in 8.

Haec opuscula gothico charactere in duabus columnis praestanti chartae impressa 26 plagularum fasciculis comprehenduntur. Initiales litterae vel florentes, vel paruae adparent. Folia 171 priora numeris sunt signata. Custodes desiderantur. Primum folium in praesenti exemplari deest. Folio secundo *Incipit summula confessionis utilissima* &c. Folio 157 *Incipiunt alique conclusiones & decisiones in foro conscientie collecte per eundem Reuerendissimum fratrem Antoninum ordinis fratrum predicatorum : quondam Archiepiscopum flo. ad instantiam fratris dominici de Cathalonia.* Istas excipit tabula materiarum, & *Versus decem preceptorum.* Hos Angeli de Perigliis tractatus de Societatibus sequitur. Ad huius finem legitur : *Ad honorem & laudem Dei eiusque Marie. Impressit hoc opus Defecerunt nuncupatum cum multis additionibus : ut quisque intueri potest Angelus Britannicus Ciuis Brixianus : die XXVII. Feb. M. CCCCC.* Hanc editionem Brixae in lucem prodiisse, inde patet, eoquod iuxta MAITTAIRE *Angelum* BRITANNICVM non alibi prelum habuisse, constet.

XII. Raymundi Summula cum explanationibus. Coloniae per Henricum Quentell anno 1500. in 4.

In folio separato titulus operis, eiusque contenta leguntur. Folio dein primo summula his verbis inchoat : *Circa initium summule Raimundi de summa* &c. Auersa folii 148 *Explicit summula Raymundi diligenter correcta & denuo emendata omnibus clericis utilissima. Impressa Colonie impensis Henrici Quentell Anno salutis. M. CCCCC. mensis Iulii.* Adiecta est operis tabula septem foliis contenta. Desunt initiales litterae, & custodes. Signaturae, & foliorum numeri occurrunt. Typus est gothicus.

XIII. *Acta*



XIII. *Acta Scitu dignissima docteque concinnata Constantiensis concilii celebratissimi.* Hagenoae per Henricum Gran anno 1500. in 4.

Verba supra relata in prima pagina folii primi leguntur. His subiectum est *Iacobi* LOCHER decatostichon ad lectores. Auersam eiusdem *Conradi* SVMMERHART ad *Hieronymum* CROARIAM epistola: folium secundum *Iacobi* LOCHER ad eumdem carmen admonitorium, & CROARIAE ad SVMMERHART & LOCHER epistola occupant. Folio tertio incipiunt *Concreta & acta concilii Constantiensis.* In auersa vltimi folii pagina legitur *Philomusi Elogium ad Constantiam*, cui subnexum habetur: *Acta & decreta generalis concilii Constan. diligenter & elaborata & impressa in imperiali oppido Hagenow per industrium Henricum Gran inibi incolam. Expensis prouidi viri Iohannis Ryman. Finiunt feliciter Anno salutis nostre Millesimo quingentesimo. die XI. Mensis Aprilis.* Plagularum fasciculi litteris signati, quatuordecim numerantur. Typus est gothicus. Initiales litteras minutiori charactere indicauit typographus. Custodes, & paginarum numeri desiderantur.

XIV. *Sermones Gabrielis de tempore.* Tubingae per Ioannem Otmar anno 1500. in 4.

Titulus iste in primo legitur folio. Sequentia sexdecim folia operis praefatio *Henrici* BEBELII ad *Wendelinum* STEINBACHIVM, & carmina ad omnes concionatores, atque sermonum index complectuntur. Folio 15 incipiunt *Sermones de tempore notabiles & formales diuini verbi concionatoris Gabrielis biel sacre theologie licentiati In ecclesia metropolitana S. martini moguntin. fere omnes per eundem ad populum predicati.* Impressi sunt gothico charactere in duabus columnis. Desunt custodes, paginarum numeri, & initiales litterae. Ad calcem eorum legitur: *Expensis Friderici meynberger ductuque magistri Iohannis Otmar in Tubingen Anno iubileo millessimo quingentesimo. decima die martii Ob hoc non immerito laudes dicamus altissimo* &c.

XV. Ioannis Naucleri Tubingensis Tractatus de Simonia. Tubingae anno 1500. in 4.

Hoc opus gothico charactere in duabus columnis impressum, vndecim plagularum fasciculis, si quatuor priora folia quoque numerantur, constat. Caret custodibus, & paginarum numeris. Initiales litterae paruae, & signaturae occurrunt. Priora quatuor folia BEBELII tetrastichon ad lectores, eiusdem elegia ad *Ioannem* NAVCLERVM, registrum, & correctura complectuntur. Deinde ipsum opus a prologo initium sumit. Ad calcem operis legitur: *Tractatus de symonia perutilis editus a speciali viro Iohanni nauclero vulgariter vergenhanß nuncupato decretorum doctore famosissimo. Necnon ecclesie collegiate Thubingensis preposito. Eiusdemque vniuersitatis Cancellario dignissimo feliciter explicit. XXVIII. Kalen. Iunii. Anno* 1500. Nullus dubito, quin opus praesens eodem anno Tubingae in lucem prodierit.

XVI. *Opus aureum vtriusque iuris luminis domini baldi de perusia super feudis cum additionibus doctissimi domini Andree barbacia necnon aliorum claris-*

 simorum

XIX. Tibullus cum Cyllaenii Veronensis, Catullus cum Parthenii Veronensis & Palladii Patauini ac Propertius cum Philippi Beroaldi commentariis. Venetiis per Ioannem Tacuinum anno 1500. in fol.

Haec poemata 25 plagularum fasciculis contenta, romano impressa sunt charactere, ac litteris initialibus florentibus, & signaturis sunt instructa. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. In prima pagina folii primi ea sunt indicata, quae in hoc volumine contenta sunt. In auersa eiusdem incipit *Bernardini* CYLLAENII ad *Baptistam* VRSINVM carmen, quod eiusdem praefatio in TIBVLLVM excipit. In auersa folii secundi initium sumit ALBII *Tibulli equitis Romani poetæ clarissimi liber primus.* Folio 39, praemissis diuersorum praefationibus, CATVLLI *epigrammata* inchoant. Folio 101 incipit *Propertii poetæ Eligiographi Clarissimi liber primus ad Tullum.* In fine quarti libri legitur : *Impressum Venetiis per Ioannem de Tridino de Cereto alias Tacuinum. M. D. die uero. XIX Maii Regnante inclyto Principe Augustino Barbadico.* His subiecta habentur *Hieronymi Salii Fauentini in inuidum carmen*, typographi symbolum, & chartarum registrum.

XX. Regulae quatuor primae adprobatae: scilicet S. Benedicti, S. Basilii, S. Augustini, & S. Francisci. Venetiis per Ioannem de Spira anno 1500. in 4.

In prima pagina folii primi rubro colore legitur impressum : *Habes in isto volumine lector candidiss. quatuor. primum approbatas religiosis quibusque viuendi regulas : Egregiaque nonnulla pariter : haud mediocre quidem emolumentum studiosis omnibus ac deuotis : sed & iucunditatem non modicam allatura. Que vero sint omnia sequenti intus facie (ni graue sit) seriatim specta. Immortalesque bonorum omnium largitori Deo optimo maximo gratias habe.* His Bibliopolae symbolum subiectum est. In auersa eiusdem habetur ad lectorem admonitio. Primam secundi folii paginam *contenta in hoc volumine*; auersam vero figura ligno incisa occupant. Folio tertio incipit S. BENEDICTI vita ex S. GREGORII dialogorum secundo libro desumta. In fine sequens habetur notitia *Collecta atque ordinata sunt hec omnia per D. Io. Fran. Brixianum monachum congregationis sce Iustine ordinis sci Benedicti de obseruantia : ac per eundem iterum atque iterum emendata : peruisaque diligenter. Ad omnipotentis dei laudem cunctorumque iucunditatem & commodum deuotorum. Absoluta vero Venetiis felicibus auspiciis diui martyris Georgii : necnon monachorum cenobii : ipsius inuictissimi christi militis nomini digne addicati Cura & impensis nobilis viri Luc. Antonii de Giunta Florentini. Arte & solerti ingenio magistri Ioannis de Spira Anno salutis dominice. M. CCCCC. Idibus Aprilis. Deo gratias.* Sequitur operis tabula quatuor foliis contenta.

INDEX

I N D E X

AVCTORVM ET LIBRORVM ANONYMORVM, QVI IN DVABVS PARTIBVS RECENSITI SVNT. NVMERVS ROM. PARTEM; ARABICVS PAGINAM DESIGNAT.

A

B de





Ger-

Tt Laua-

Pelbarti



Q.

R.

S.

T t 2 Sixti

Vincen-



W.

Z.

I. O. G. D.



ERRATA SIC CORRIGE.

Pag.	Linea.	
8	8	Cerberus
52	1	64
71	14	Septiformis
89	23	patrem
94	9	Venetiis
95	15	1490
96	4	98
100	14	nullaeque
111	8	poſt 1491 adde: ſeptima
126	13	inuictis
—	22	Nam
131	34	quaedam - quaedam
134	8	florentinum
138	9	benefecit
139	12	44
145	30	1460
158	25	90
153	6	memorabile
148	30	perutili
176	27	incorpari
188	26	introductorius
194	20	Caſpar
208	7	1359
209	22	29
210	27	ſermones
212	3	milimum
214	81	ſanitate
217	7	XXXVIIII
222	14	intuentem
234	26	latinitate.
237	31	Manitio Romano
238	15	reportantes
—	23	tractans
239	30	poſt verbum *compoſitum* adde: Duae editiones
240	11	Sequuntur
—	12	reliquae
243	29	impreſſo
248	10	dominice
251	7	iuuentutis
262	8	38
268	17	1481
276	26	adde Sletſtatini
277	38	24
279	5	145
282	32	theutunico
285	36	nouae
286	33	verbo fidem adde: facit
292	12	170
295	23	Tulius
298	2	ſed ad
301	11	tabula, quam
303	8	verbo leguntur adde: implet.
309	4	271
310	32	habet.

AB ANNO 1783. EX OFFICINA LIBRARIA
FRATRVM VEITHIORVM
PRODIVERVNT SEQVENTES LIBRI:

Bonalii (*Raymundi*) Idea Confesſarii juxta Doctrinam *S. Francifci Salefii*. 8. 1787.
Piſti Aletini, ſeu *Mamachii, Ordinis Praedicat.* Epiſtolae contra Anonymi Libellum: *Quid eſt Papa?* 2. *Vol.* 8. 1788.
Veith (*Laurentii*) Diſſertatio contra RICHERII *Syſtema* de eccleſiaſtica & politica Poteſtate. 8. 1783.
Veith (*Laurentii*) de gemina Delectatione coeleſti & terrena relative victrice. 8. 1785.
Veith (*Laurentii*) Scriptura facra contra Incredulos propugnata. 8. *Pars prima*. 1789.
Veith (*Francifci Antonii*) Bibliotheca Auguſtana, complectens Notitias varias de Vita & Scriptis Eruditorum, quos Auguſta Vindelica Orbi litterato vel dedit vel aluit. 8. 6. *Vol.* 1785 - 1790.

Bergier, der durch ſich ſelbſt widerlegte Deismus. 8. 2. Bände. 1786.
Brauns (Heinrich) Kern auserleſener Gebether. 8. 1785.
Brauns (Heinrich) katholiſches Kirchenjahr zu Heiligung der Sonn- und Feſttage 8. 2. Theile. 1785.
Brauns (Heinrich) Geſchichte und Predigten Jeſu, nebſt der Apoſtelgeſchichte. 8. 1787.
Cambaceres (Königlichen Hofpredigers) ſämmtliche Predigten. 8. 3. Bände. 1785.
Cochin kurze Reden, oder vertrauliche Unterrichte über die Evangelien auf alle Sonntage und die vornehmſten Feſte des Jahres. 8. 2. Bände. 1788.
Erdts (Paulin) kurzgefaßte gelehrte Geſchichte der Religion, worinn die Denkungsart der wahren und Afterphiloſophen von Anfange bis auf unſere Zeiten gründlich vorgeſtellt wird. 8. 2. Bd. ꝛc. 1784.
Predigt-Entwürfe (neue ausgearbeitete) auf alle Sonntage. 8. 1790.
Storchenau (Siegmunds von) geiſtliche Reden auf alle Sonntage des Jahres. 4. Bände. 8. 1786.
Wahre Beſchaffenheit des Zwiſtes, welcher ſich zwiſchen dem apoſtoliſchen Nuntius zu Kölln, und den drey geiſtlichen Churfürſten bey Gelegenheit eines Circularſchreibens an die Pfarrer ihrer Diöceſen erhoben hat. Mit mehrern Beylagen. 8. 1788.
Zugabe zur Philoſophie der Religion, 5ter und letzter Band. 8. 1789.

...phorum Augustanorum.

...brosii Keller.

E F G G H H I J L L M M

S S S T T V V v.

s z t u v x.

...tonii Sorg.

... X S T V X Y Z.

s t u v x y z.

... Schoensberger.

K L M M N O P Q R S S

... u x y z.

... Q R S T V.

... v x y z.

Froschauer.

R S T V.

u v x

Baemler.

k L M M N O P Q R S S T T V.

s t u v x y z.

flanzmann Typogr. Augustani.

NORSTVYZ.

rſßstvuxyz.

ni Kaeſtlin Typogr. Auguſt.

MNOPQRSTVXY

zſstuvxy.

Therhoernen Typogr. Colon.

PQRSSSTTVXZ.|| M

stuvxy

oelhoff Typogr. Colon.

PQRSTVV.|| F

stuvxp

ouiae ab Elia de Luoffen anno 1470 impreſſi,

IMMMHOPPQRSTV

sſtuuxxyq̃z.rz

...ae Typographi Memming.

...D R O D R Q R R R S T T U V X.

...z ſ s t u v x.

...choiffer Typogr. Mogunt.

...M M N O P P Q Q Q R S T

...n o p q r z ſ s t v u x.

...O P P P Q Q R S T T.

...p q q r ſ ß t u v x.

...äſſler Typogr. Ulmenſis.

...P Q R R S T V.

...ſ s t u v x.

...Monach. N. LX. p. 73.

...P Q R S T V.

...r ſ s ? t u v x.

J. Bapt. Stainberger sc. Aug.